



Presb. Jacobi de Matanis, Parochi S. Jacobi Pistorij An. 1733



SYNODUS
PISANA.

SYNODUS
DIOECESANA
AB ILLUSTRIS. AC REVERENDIS. DOMINO
D. FRANCISCO
FROSINI PISTORIENSE
S. R. I. COMITE
ARCHIEPISCOPO PISANO
INSULARUM CORSICÆ, AC SARDINIÆ PRIMATE
ET IN EIS LEGATO NATO
HABITA IN ECCLESIA PRIMATIALI PISANA
Diebus VI. VII. & VIII. Mensis Julii
Anno Salutis M. DCCVIII. Stylo Pisano.





PISIS, M.DCCVIII.
Ex Typographia Francisci Bindi Impress. Archiepiscopalis.
SUPERIORUM PERMISSU.

FRANCISCUS

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

ARCHIEPISCOPUS PISANUS


Insularum Corsicæ, & Sardiniæ Primas,

Et in eis Legatus Natus

Venerabilibus Fratribus, Canonicis, & Capitulo

Primatialis Ecclesiæ Pisanæ, omnibusque Parochis,

Et Clero universo Nostræ Diœcesis S.



T si nobis est natura ipsa, divino quodam irradiante lumine, quod signavit Dominus super (*a*) nos, magistra justitiæ. Et si nos ab ea bonum edocti, & malum, priùs legem sentiamus in corde, quàm sculptam legamus in Tabulis; nihilominus, cùm antiquæ, ac hæreditariæ infirmitatis pondere pressi, tam facilè homines ferantur ad lapsum, auxilio indigent legum, quibus, vel fulciantur, ne cadant, vel si ceciderint, honestè surgere compellantur. (*b*) Omnes itaque, Venerabiles Fratres, dilecti filii, ut audistis, beneficium legis, alii ad exercitium virtutis, alii ad emendationem accipiunt erroris; non tamen omnes portant onus legis, quia non omnes sub lege sunt, quæ timorem incutit, non tri-

(*a*) Psal. 4.

(*b*) Galat. 5. v. 18.

tribuit charitatem. Justis si quidem lex, Apostolo docente, (c) posita non est, scilicet non imposita super eos, qui cùm normam præceptionis impleant judicio voluntatis, metu pœnarum, tanquam legis jugum portantes, pungi, ac stimulari non egent; Minemur pœnas illis, qui non ratione, non virtute ducuntur: Illis verò, qui sponte sua faciunt, quæ leges imperant, sola ponatur ante oculos pro earum implemento dilectio. Quàm facilè proinde sit Ecclesiasticis Viris leges constituere, quæ hactenus expendebamus, declarant. Quàm verò minus operis habeat, vobis implendas proponere, ea quoque animi alacritas, ea cordis assentientis effusio, qua illas in primis habitis Nostris Synodalibus Comitiis excepistis, satis, & abundè demonstrat. Quamobrem non recti æstimatores vestræ pietatis, ac obedientiæ fuissemus, si hanc à vobis paternis admonitionibus, stimulisque Pastoralis animadversionis admotis, obtinere studeremus; ferè ac dubium Nobis esset, quin, dum tam alacres Auditores fuistis, futuri quoque essetis Factores. Solus igitur, Amor, qui difficultatis nomen erubescit, suasorem apud vos agat, & impulsorem; loquatur ipse ad aures cordis, vobisque suadeat, quàm dignitati muneris vestri, cui pascendum Gregem suum Pastor æternus commisit, eas leges custodire conveniat, quæ ad ipsius Gregis diriguntur salutem. Amor vobis commemoret insigne hujus Ecclesiæ vestræ, totique Orbi celebre decus, simulque ostendat, quàm deceat in ea, tot meritis, tot titulis, ac honoribus cumulata ecclesiasticam eminere disciplinam, eaque servare, quæ servandæ illius gratia statuuntur. Ipse vobis enumeret beneficia Patribus vestris à Deo collata, ut ea exequentes, quæ ad illius cultum, ac obedientiam decernuntur, hanc saltem illi retri-

(c) D. Paul. 1. ad Timoth. Ep. 1. v. 9.


tributionem Amoris reddatis. Hoc Sacerdotalis conditio postulat; Hoc debitum grati animi obsequium exigit, Hoc dies ipsa, qua fuit Nostra convocata Synodus, efflagitat. Divino debebant mandato omnes ex Israel quotannis indicta die filiis suis narrare, qua ratione longam duramque servitutem in Ægypto perpessi, de illa fuissent in manu forti divinitùs educti, ut grata hæc divinæ Beneficentiæ anniversaria recordatio foret quasi signum in manu, quasi monumentum ante oculos, & ut lex Domini in ore ipsorum, unde faciliùs ad Dei Amorem, & cultum, legisque sibi datæ adimplementum accenderentur. [d] Hæc dum contemplaremur, factum à Deo existimavimus, quòd prima Nostra Synodus, alio tempore designata, ad hoc non præmeditatum à Nobis protraheretur. Attendite Mysterium; Audite misericordias, quas fecit Dominus cum Patribus vestris. Beatus Petrus Apostolorum Princeps, cùm ex Antiochia se Romam transferret, ad Pisana litora appulsus, Ecclesiam ad gradus vicini Maris fundavit, ibique sex ferè mensibus permanens super Altare, per eum primo post transitum citra mare in medio ipsius Ecclesiæ erecto, sæpiùs Missarum solemnia celebrans prima jecit in Italia Catholicæ Fidei fundamenta. Cùm verò post tot Carceres santificatos, tot decoratas Catenas, tot pro lege Domini exsuperata tormenta, ad Martyrii gloriam in Urbe pervenisset, hanc ipsam Nostram Ecclesiam, quam discipulis suis, ut crebris frequentarent obsequiis, fideliter commendaverat, Beatus Clemens, in Apostolatum succedens, in ejusdem Petri honorem, ac nomen dedicavit; [e] Qua igitur die hujus dedicationis anniversaria memoria in eadem Ecclesia solemnis agebatur, principium hæ Nostræ Synodales Constitutiones habuerunt, ut tam memora-

(d) Exod. 13. v. 5. 8. & seq.

(e) Hæc omnia de D. Petro habentur in Brevi Innoc. VI 8. Id. Maii Pontificatus eius anno III. Dom. verò 1355. ad Carolum Imperatorē.

morabilis Beneficii, quo Patres vestros Dominus è tenebris in admirabile lumen suum vocavit, & ab ipsa nascente Ecclesia in divinæ paternitatis adoptionem assumpsit, celebri recordatione ad earum implementum, quibus divina gloria, animarumque salus maximè promovetur, non minùs pio, quàm grato cordis obsequio ardentiùs Amore impellente accenderemini. Sint igitur etiam vobis, quasi signum in manu, ut in iis custodiendis operum exhibitione dilectionem vestram probetis: sint tanquam monumentum ante oculos vestros, ut in iis assiduè meditantibus ignis exardescat Amoris, quem Deus requisivit à Petro in pascendis ovibus præferendum; sint tanquam lex Domini in ore vestro, ut ad divinam gloriam promovendam, ad studium virtutis excitandum alios etiam illas implere non minùs exemplo, quàm voce doceatis; (f) Deus interim pacis, ac dilectionis vobiscum sit.

(f) D. Paul. Corinth. cap. 13.



ORA-



O R A T I O
HABITA AD SYNODUM
A DOMINO
NICOLAO MARIA LISCI
Canonico Ecclesiæ Primatialis.





Eminem vestrum ignorare arbitror, quanta felicitas primis illis Mundi temporibus homini contigerit, in quibus nondum regnabant invidiæ, nondum ferrum fraterno Sanguine inquinatum pacis domicilia turbaverat, nondum vitiorum ferax callidissimus Serpens in Arbore scientiæ occulta Venena inserverat, nondum Terra opportunum datura cibum, vectigalem Sudorem depoposcerat.

Lapsus fuit Adam in peccatum, & in eo omne Genus humanum inquinatum fuit; Per unum hominem peccatum intravit in Mundum, & per peccatum Mors, & ita in omnes homines Mors pertransiit; Sed Clementissimus Deus, ut Nos redimeret, proprio Filio suo non pepercit, sed prò Nobis omnibus tradidit Illum in similitudinem hominum factum, ut pretio Sui Sanguinis à captivitate Dæmonis Nos liberaret, & sic Diabolus confusus, Mors Soluta, Paradisus apertus; &



cum

cùm Inimici essemus, reconciliati sumus Deo per Mortem. Filii Ejus; Non tamen hisce contentus, post suam Divinissimam Resurrectionem, & antequam rediret in Cœlum parare Nobis Regnum, ad Doctrinam suam propagandam, & ut Populos ad sui obsequium traheret, non armatos Milites, sed inermes Apostolos misit, infirma Mundi elegit, ut fortia confunderet, quod admirans Augustinus ait; Paucis, obscurissimis, minimis, indoctis credidit Mundus; Misit Apostolos simplicitate instructos, misit Eos sicut Agnos inter Lupos; Iacta sunt prima Christianæ Fidei fundamenta, sparsa prima Doctrinæ Christi semina, non in aliquo vili oppido, sed in Urbe Terrarum Orbis Domina, in Urbe omnium superstitionum Magistra, in Urbe Legum arbitra, in Urbe Orbis Capite; Quid contra Christi Fidem Tyrannorum profuere Minæ, cùm astiterunt Reges Terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum Ejus? Quid Sævientium Tortorum manus? Quid Carceres, Quid flagella, Quid varia Tormentorum genera, Quid Mortis angustiæ? Brevi nata est Christiana Religio, aucta est, promulgata est Apostolicis irrigata sudoribus, et Martyrum Sanguine. Speciosis Evangelizantium pedibus coronata Capita subiecerunt Reges; Promulgatæ Christi Doctrinæ crediderant Populi. Antiquus autem ille humani Generis hostis, non diù passus Ecclesiam Dei in pristina sua tranquillitate permanere, multis, variisque modis persecutus est Eam, incipientem videlicet per Tyrannos, proficientem per Hæreticos, jam lætam, & florentem per depravatos Mores. Prodierunt enim infestissimi quidam hostes, seu potiùs immania quædam hæresum Monstra, quæ etiam ad ipsam Filii Divinitatem oppugnandam ab ipsis propemodum Averni latebris emerserunt. Insurrexerunt, inquam, Hæretici hæc, & alia prava Dogmata disseminantes in Populis, & perversitate Doctrinæ suæ Fidem Catholicam obnubilabant, Simplices in Errores inducentes, indoctosque à Catholicæ Fidei veritate, ad falsa Dogmata trahere conantes.

Fuit primus Cerinthus Neronis Imperatoris, & Divi Petri temporibus, quem multi arbitrantur unum fuisse ex his, qui Mosaicæ Legis Cæremonias Christiano homini necessarias esse asseruerint, & ob quos Hie-

Hierosolymis primum Apostolorum Concilium celebratum fuit; Deinde prò ut Necessitas, & Ecclesiæ incolumitas exposcebat, alia Concilia habita sunt ad Hæreticorum detegenda, & oppugnanda consilia, conatusque opprimendos; Ultimū tandem Tridentinum, in quo Divino afflante Spiritu, unanimi Patrum consensu sancitum fuit, ut Diœcesana Synodus quotannis celebraretur, & sic tutiùs, atque securiùs, non tantùm majores in hostes arma dirigere, atque hæreses debellare, sed minutas etiam incursiones, Vulpesque parvulas ad Vineam Domini devastandam erumpentes, omnino reprimere Sacrosanctis Constitutionibus caveretur.


Exemplo igitur Christi Domini Supremi Pastoris, qui in ipso Ecclesiæ primordio, antequam Discipulos suos per omnes Mundi partes ad Evangelium prædicandum mitteret, priùs voluit in unum congregari, ut ipse tamquam Dominus, & Magister Eis daret aliqua peculiaria præcepta in Pastorali Officio servanda. Illius inquam exemplo, Sacrosancti Concilii jussu, Vigilantissimi Præsulis Nostri hortatu benigno, Ejusdemque Pastorali solicitudine inquirendi supra Populos Nostræ Diœcesis circa Eorum mores, & Statum, rationemque vivendi, huc convenistis, Sperantes, quòd sicuti in Nomine Domini congregati sumus, sit Ipse etiam in medio Nostrum affuturus illuminando mentes nostras tenebris obductas ad dicendum quod bonum est in oculis suis, ut dirigere possimus Populi Nostri pedes in salutis Æternę Viam, & ut communi omnium Vestrum plausu statuatur, quid deceat, quid non deceat, quid impediat, quid expediat, quid ex debito Nostri Officii Nobis incumbat. Verumenim vero, sicuti Eorum, qui in Republica præsunt, non authoritate tantùm, & imperio, sed multò magis exemplo moventur, & reguntur cœteri, eorumque spectant Populi judicia, sensusque, & in hæc, vel illa voluntatum propensiones, quid illi potissimum laudent, & ament, quid in pretio, & honore, quid in oblectamentis, & deliciis habeant, & quo inclinant illi, eodem ipsi propendent. Sic Nostros Populi mores inspiciunt, Fratres, qui in hac Spirituali Republica in Sortem Domini vocati fuimus ad dandam Scientiam

Salutis Plebi Ejus in remissionem Peccatorum. Nos sumus Genus electum, regale Sacerdotium, Gens Sancta; taliter exhibere debemus Corpora Nostra, ut non vituperetur Ministerium Nostrum, sed tamquam lucernæ positæ super Candelabrum Nostris Moribus, & Vita aliis exemplo simus; Videte Fratres mei Amantissimi, quantùm interiùs, exteriùsque in ipsa vivendi norma à Majoribus Nostris, & à Primitivę Ecclesię Sacerdotibus declinaverimus. Considerate quantam Dignitatem contulit Nobis Deus, quanta est prærogativa Ordinis Nostri, & quòd de Manibus Nostris non recipit in holocaustum Vitulos, neque de Gregibus Nostris hircos, non corruptibilia Auri, & Argenti munera, sed pretiosi Corporis, & Sanguinis Agni Immaculati; Jam Vobis innotescit quali vinculo adstricti simus ad hominum scelera, & flagitia obiurganda, & ad illos de salutis Suæ periculis admonendos. Quis igitur ex Nobis de Salute sua se omnino putet esse securum, cui aliena etiam crimina timenda sunt? In quantis quæso periculis versamur, qui non de una tantùm Anima, sed de tot Animarum Gregibus rationem reddituri sumus? Instante Domini Passione dormiebant quidem Apostoli in Horto, non tamen Omnes, sed unum tantùm Petrum arguit Dominus de Somno, quippe qui in tanto Fidei, rerumque omnium discrimine, non modò Ipse vigilare, sed alios etiam ad vigilandum cohortari debuerat. Quæ ergo, ut verbis utar Gregorii, erit districtio iniquitatis propriæ, si irremeabilis culpa est negligentia curę alienę? Nam si Subditorum peccata incorrepta perenni reatu Nos obligant, audacia iniquitatis proprię quibus Nos pœnis ligat? Nos igitur Nos Christo Summo Iudici rationem reddere debemus non tantùm de his, quæ quisque gessit in corpore suo, sed arctiùs de his, quæ quisque gessit in Corpore Christi, quod est Ecclesia, à qua Parochi Divino ducta Spiritu instituti fuerunt, ut pretiosissimum istud Animarum Depositum Ecclesiæ fidei commissum à multis Custodibus tutiùs asservaretur, quàm si uni tantùm commissum esset. Tibi Clementissimus Deus, ut Optimo Pastori, commisit hujus Nostrę Diœcesis regendas Oves. Tui muneris est, quando id bonum animarum regimen exposcat, inquirere à Sacerdotibus, & præ-


cipue

cipuè à Parochis tamquam vocatis in auxilium tuum ad easdem pascendas, gubernandas, quo studio eas curent ab omni lepra peccati, quomodo segregent ab Ovili Lupos, Latrones à Domesticis arceant. Nos sumus Operarii illi, quibus Dominus Noster verus Paterfamilias locavit Vineam suam de fructu Manuum suarum plantatam Universalem scilicet Ecclesiam, quæ quot Sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Ad eam etiam excolendam nullo tempore destitit Operarios mittere, ut det fructum in tempore, Divinaque custodię munimine Eam quasi pro sepe vallavit, ne facilè Infernalium pateret incursibus Bestiarum. Nostrum est igitur curare, ne exterminet Eam Aper de Sylva. Nostrum est Vulpes, quamvis parvulas, arcere; exiguum enim quantumvis fuerit malum, si neglectum, ingens parit periculum, istudque, quando nascitur, facilè opprimitur, inveteratum autem fit plerumque robustius. Nos igitur, ut Cœlestes Antesignani nostris moribus, & Vita Gregi Nobis commisso prævie ante faciem Domini studeamus parare vias Ejus; Quis enim in Nobis videns humilitatem, animo non erit compunctus? Quis nostram mansuetudinem aspiciens, tamquam Agnus in tribulationibus, in angustiis, non obmutescet? Quis ità pecuniæ deditus, ut voluntariam cernens in Nobis paupertatem, non illicò Mundi odium conceperit? Quis Fornicator, aut Avarus, Nos in Oratione assiduos, Sæculi voluptates, Mundique illecebras fugientes prospiciens, non studuerit imitari? Memoramini pristinos dies, in quibus hæc Vinea Nostra dedit odorem suum, & usque ad Cœlos Sanctitatis Palmites extulit. Ipsos habemus Advocatos apud Deum cœlestibus decoratos Coronis de Virginitate candidis, & de Martyrio purpureis. Studeamus igitur Eorum vestigiis inhærere, ut assequamur, & gaudia. Mementote non habere Nos hic manentem Civitatem, sed futuram inquirere debere, ubi Cives erimus Sanctorum, & Domestici Dei. Elaboremus Carissimi in hac Vinea Domini, quam Ipse, ut jam dixi, de fructu Manuum suarū plantavit, ne si fortasse otio torpentes inveniamur, Cœlestis Ille paterfamilias Nos perdat, & Vineam suam locet aliis Agricolis. Non Nos deterreat certamen laborum, quandoquidem Vigilan-

gilantibus Corona, Fidelibus gaudium, laborantibus Æterna Merces promittitur. Exhibeamus Nos in omnibus, sicut Dei Ministros, ita enim fiet, ut Christi Fideles nostro moniti exemplo Synodales has Constitutiones, salubria hæc præcepta juxta Sacrorum Canonum, & Sanctorum Patrum mentem edita, libentiùs amplectantur.



IN-



INDICTIO SYNODI

FRANCISCUS

Omnipotentis Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Gratia Archiepiscopus Pisanus, Insularum Corsicæ, & Sardiniæ Primas, Dictæque Sedis Apostolicæ in eis Legatus Natus.





UM inter gravia Pastoralis solicitudinis munera, quibus urgetur quotidiè infirmitas Nostra, præcipuum sibi vindicet locum injuncta Nobis veterum Canonum, Tridentinique Concilii Decretis Diœcesanæ Synodi convocatio; Optavissemus profectò multo ab hinc tempore post factam Diœcesis Visitationem, hoc quoque Officii Nostri debitum implevisse. Verò, cùm pluribus, variisque causis præpediti ad hoc tempus, quo currere incepit quintus Nostræ ad hanc Insignem Ecclesiam Primatialem Translationis annus, coacti fuerimus, non sine magno, ac assiduo Cordis Nostri mœrore Synodi celebrationem differre, ne longiùs fructus protrahatur, quem ex ea sperare Nobis licet, largiente Domino, qui congregatis in Nomine suo propitiùs adest;

cam

cam indicere, ac celebrare ſtatuimus die proxima ſexta Julii ſub auſpiciis Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quorum die Commemorationis Octavo læta Feſtivitas, totique Orbi terrarum, cujus ipſi reverentiam promeruerunt, veneranda, ad exultationem, & ſpiritualem fidelium jucunditatem prorogata, clauditur, & coronatur; ut quemadmodum Nobis notas fecerunt vias vitæ, per illas etiam Gregem Noſtrum prælucente Clero feliciter dirigere ſalutaribus doceant inſtitutis; Nobiſque precibus, ac meritis ſuis obtineant, ut idem ſpiritus, qui dedit illis magnalia loqui, det etiam inprimis Noſtris Synodalibus Comitiis, quorum ipſi Eccleſiæ Magiſtri fuerunt, eructare Cordi Noſtro Verbum bonum, eaque in Domino decernere, quæ neceſſaria erunt, ut floreat, quemadmodum ſemper in hac Noſtra Eccleſia Primatiali, tot ſpecioſis Titulis decorata, floruit Eccleſiaſtica diſciplina; Pietas excitetur, boni mores firmentur, vel ſi qui corrupti fuerint, corrigantur.

Quamobrem hiſce Noſtris Literis omnes in Domino monemus, & in virtute ſanctæ obedientiæ; ac ſub pœnis Sacrorum Canonum jure ſancitis præcipimus omnibus, & ſingulis Dignitatibus, Canonicis, & Clero Eccleſiæ Primatialis Piſanæ, nec non Præpoſito, Dignitatibus, Canonicis, cæteriſque Beneficiatis Inſignis Collegiatæ Civitatis Liburni; Inſuper Plebanis, Præpoſitis, Archipresbyteris, Prioribus, Parochis, Vicariis Perpetuis, ſive temporalibus, & Eccleſiarum Curam habentium Rectoribus etiam exemptis quocumque nomine nuncupentur, reliquiſque Beneficiatis, & Clericis univerſis, qui de jure, vel conſuetudine ad indictam Synodum accedere teneantur; Ut præſtituta die proximè futuri menſis Julii, quem diem inchoandæ Synodi certum indicimus, cum propriis ſuorum Beneficiorum, vel Eccleſiarum Indumentis primo mane in Eccleſia Primatiali conveniant, nec pro ſe alios mittant, niſi qui forte legitima cauſa, per Nos appro-

ban-

banda fuerint impediti, neque inde sub iisdem pœnis discedant, nisi completa Synodo, seu licentia à Nobis, seu Vicario Nostro Generali impetrata.

Venientes igitur omnes, viam monstrante Domino, veniant alacri animo, & cùm exultatione ad audiendam vocem sermonum ejus, & induentes, illis maxime diebus, quibus tot oculos spectatores habebimus, humilitatem, modestiam, neminique habitu, incessu, gestu, vel sermone ullam dantes offensionem, dirigant in conspectu Dei vias suas, ut prosperum iter faciat eis ad custodiendas justificationes suas. Antequam tamen illud aggrediantur; Si quis aliquid in præsenti Nostra Synodo pro suæ conscientiæ, ac prudentiæ dictamine proponendum duxerit, ad Nos, vel Vicarium Nostrum Generalem in tempore deferat, ut quod in Domino visum fuerit expedire, decernamus.

Diebus vero iter eorum præcedentibus, Parochi omnes, qui præsertim Capellanos non habent, diligenter inquirant, si quos in eorum Parœciis ægrotos habeant, eosque visitent, etiam non requisiti, vicinisque Sacerdotibus, etiam Regularibus commendent, & ubi non sunt Sacerdotes, Nos consulant ut, ne ex illorum absentia spirituale forsan detrimentum aliquis patiatur, provideamus.

Verum recogitantes nobiscum, quod cum sufficientia Nostra ex Deo sit, frustra, ni custodierit ipse Diœcesim hanc, vigilaret pro ea custodienda tenuitas Nostra; omnem fiduciam, omnemque Ecclesiarum solicitudinem proiicimus in eum, qui fecit Nos Ministros, utinam cum Apostolo dicere possemus, idoneos; & nunquam deserit sperantes in se; Ac propterea Sacerdotes omnes monemus, ut dum Omnipotenti Deo super Altare immaculatam offerunt Hostiam, orent pro Nobis, & collectam dicant, donec Synodus expedita non fuerit, de Spiritu Sanctò ad implorandum auxilium in tempore tam opportuno; Hortamur Sacras Virgines, ut

 dum

dum & ipsæ in Oratione perseverantes ad sponsum Animarum suarum loquuntur, uberem fructum Votis Nostris obtineant. Fundant tandem unanimiter omnes coram Deo preces suas, ut Sanctus Spiritus repleat totum hunc Sacrum Synodalem Consessum, in quo Sacerdotes Nostri in eodem Spiritu Congregati erunt sedentes, mentemque Nostram lumine suæ claritatis illustret, quo cognoscentes quæ agenda sunt, ea quæ recta sunt agere pro Divini Cultus incremento, pro Animarum salute valeamus; Ad quod faciliùs obtinendum publicas preces tam in Civitate, quàm in Diœcesi peculiaribus præmonitionibus indicemus. Datum Pisis ex Palatio Archiepiscopali die septima Junii 1708. Stylo Pisano.

Franciscus Archiepiscopus Pisarum.

Alexander de Salvettis J. U. D. Cancell. Gener. Archiepisc.



IN.

INDEX CAPITUM,

Quæ in his Synodalibus Constitutionibus Continentur.

PARS PRIMA.



De

PARS SECUNDA.

CON-



CONSTITUTIONUM SYNODALIUM

PARS PRIMA.

De Fidei cultu, & professione.

CAPUT I.



IDES, quemadmodum est bonorum omnium, sit etiam Nostrarum Synodalium Constitutionum firmissimum fundamentum, & cùm ab ipsa sumat nostra salus initium, sumant etiam istæ, quæ ad salutem commissi Nobis Gregis coadiuvandam maximè diriguntur.

Catholicam igitur Fidem, quam ab Apostolis traditam Patres vestri ab ipso Apostolorum Principe, Divini afflante Numinis aura ad Pisana litora ducto (a) in iisdem nascentis Ecclesiæ primordiis receperunt, quamque proprio Sanguine contra Christiani nominis hostes frequenter, ac strenuè protectam, ad vos illibatam transmiserunt, devoto obsequio, veraque synceræ Religionis pietate semper profiteamur, integram, inviolatamque servemus.

Ejus verò publicam professionem, juxta formulam in Constitutione Pii Quarti [b] præscriptam, & ad id semper in Nostra Cancellaria retinendam, omnes, & sin-

(a) Baron. in Annal. Tom. p. anno Christi 44. Claud. Imper. 1. n. 310.

(b) Pius 4. Constit. 80. Injunctum nobis, edita Idibus Novembris 1564.

ſinguli ad Animarum Curam promoti intra duos menſes ab adeptâ Beneficii poſſeſſione in manibus Noſtris, ſeu Vicarii Noſtri Generalis ſub pœnis a Concilio Tridentino ſtatutis [*c*] emittant, & hęc emiſſa cum expreſſione cauſæ, diei, menſis, anni, necnon loci, & teſtium, qui ſaltem duo adhibeantur, in libro ad hunc uſum ſpecialiter deſtinato, per Cancellarios adnotetur. Qui, ſi negligentes in hoc fuerint, duorum aureorum pœna pro qualibet vice multentur. (*d*)

Idem pariter præſtent omnes alii, qui vel ex conſuetudine, vel ex Conſtitutione Pii Quarti (*e*) profeſſionem facere tenentur.

Qui verò ad Dignitates, & Canonicatus [*f*] Eccleſiæ Primatialis, quique ad Parochiales Eccleſias, quarum collatio pertinet ad Capitulum, promovebuntur, in eodem quoque Capitulo profiteantur.

Nullus quoque ad audiendas in poſterum Confeſſiones, ſeu ad Concionandum eligendus [*g*] ad tanti operis miniſterium admittatur, niſi aut aliquando emiſerit, aut coram Nobis, ſeu Vicario Noſtro Generali Fidei profeſſionem emittat.

Præterea, cùm in iis, quæ ad Fidem, pietatemque tuendam attinent, ſumma vigilantia, ac ſolicitudine ſit laborandum, Parochi omnes diligenter inquirant, an intra fines eorum Parœciæ aliquis hæretica pravitate imbutus, vel ſuſpectus, vel quovis modo de Catholica Fide malè ſentiens reperiatur; eumque, ſi repererint, ne aliæ Chriſti Sanguine redemptæ, ſibique commiſſæ Oves ullo modo inficiantur, ſtatim ad Noſtrum, ſeu Sacræ Inquiſitionis Tribunal deferant, (*h*) Populumque moneant de ſtricta obligatione illos denunciandi, nec non de diro anathemate, quo feriuntur, ſi deſides in ea fuerint adimplenda, memores tàm ipſi Parochi, quàm cæteri Confeſſarii beneficium abſolutionis nemini poſſe impendi, qui eos denunciare renuerit.

Ulteriùs, ne Fidei, aut innocentiæ candor vetitorum librorum lectione lædatur, & venenum, quod in eis

(*c*) Seſſion. 24. de reform. cap. 12.

(*d*) Synod. Piſan. de anno 1616. & 1625. tit. p. in utraque §. Profeſſio. 1650. & 1678. cap. p. in utraque pariter §. hæc autem.

(*e*) Pius 4. Conſtit. 88. In Sacroſanctâ, edita Idibus pariter Novēb. 1564.

(*f*) Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. Pius 4. d. Conſtit. 89. Sac. Congr. die 18 Aprilis 1500. penes Pyrrhum. Corrad. Prax. Benef. lib. 2. cap. 16. n. 24.

(*g*) Concil. Mediol. 5. par. p. tit. quæ ad Fidei tuendæ &c. Sac. Congreg. apud Niccol. lucubrat. Can. lib. 1. tit. 1. n. 11.

(*h*) Innoc. 4. Conſtit. 18. noverint edita die 15. Julii 1254.

eis legendis bibitur oculis, serpat in Animam, Decreto Sacri Concilii Tridentini, (i) necnon regulis Indicis librorum prohibitorum, quas Typographi, & Bibliopolæ apud se teneantur habere, adamussim servatis, nemo in posterum, vel per se, vel per alium quicquam imprimere præsumat sine Nostrà approbatione, & licentia, (l) quæ in fronte, vel calce librorum semper apponatur; impressa verò non priùs ex Officina prodeant, aut exponantur venalia, quàm cùm suis exemplaribus fuerint collata, cæteraque serventur quæ a Venerabilibus Nostris Prædecessoribus Francisco de Bonciani, & Juliano de Medicis constituta fuerunt. (m)

(i) Sess. 4. §. et Impressoribus.

(l) Concil. Lateran. 5. sub Julio 2. & Leone Decimo sess. 10. §. Sacro approbante.

(m) Synod. Pisan. Anno Domini 1616. tit. 4. & Anno 1625. tit. pariter 4.

Tandem, cùm Sacræ Scripturæ divinitus, [n] dicente Apostolo, inspiratæ Fides nostra maximè nitatur, quicumque illius verba, et sententias ad scurrilia, vana, & fabulosa, voce, vel scriptis detorquere præsumpserit, graviter arbitrio Nostro ex Sacri Concilii Tridentini (o) Decreto punietur. Qui verò ad obscœna, & impias superstitiones, diabolicas incantationes, divinationes, libellos etiam famosos detorserit, tanquam sacrilegus Verbi Dei temerator, indignusque, qui communicet cum fidelibus, excommunicationem Nobis reservatam incurrat.

(n) D. Paulus 2. ad Timot. cap. 3.

(o) Sess. 4. decret. de edit. & usu Sacr. Libr.

De Doctrina Christiana.

CAPUT II.

CUM autem Fides ex auditu concipiatur, (a) nullusque possit fide credere, nisi priùs, quæ sunt credenda sibi proponi, aut prędicari audiat, ne magno cordis Nostri mærore de Ovibus Nobis creditis illud Apostoli dicatur: *Quomodo audient sine prædicante.* (b) Parochis, & omnibus quomodolibet Curam Animarum habentibus, sub obtestatione Divini Judicii præcipimus, ut singulis diebus Dominicis, & Festis, convocato Populo ad signum Campanæ post prandium,

(a) D. Paul. ad Roman. cap. 10. vers. 17.

(b) D. Paul. ad Rom. cap. 10. vers. 14.

dium, vel alio tempore magis eidem Populo commodo, & opportuno, illum doceant Catholicæ Fidei rudimenta, & omnia quæ scitu omnibus necessaria sunt ad æternam consequendam salutem. (c)

Similiter inter Missarum Solemnia, breviter simul, ac facilitate Sermonis ad Populi captum accomodata, unum, aut alterum ex Articulis Fidei, qui in Symbolo continentur, aut unum ex Præceptis Decalogi, aut aliquam ex Petitionibus Orationis Dominicæ respectivè explicent, ac declarent. Aliquando de Sacramentis, eorumque necessitate, & veritate, præsertim de modo confitendi; aliquando de gravitate peccati, ejusque effectibus, [d] de Filiorum educatione; aliquando de Novissimis, de Passione Domini Nostri Jesu Christi verba salutis habeant, ut hoc modo ipsi Parochi prædicationis munus ex Decreto Concilii Tridentini [e] sibi graviter injunctum præstent, ac utiliter exequantur; & illi, quos jam ætate provectos pudet cum pueris ad addiscendam Doctrinam Christianam in Ecclesia convenire, hac saltem diligentia in lege Domini erudiantur: quod ut faciliùs obtineant, Catechismi Romani libro tàm necessario, ac utili ad mentem Sanctissimi Domini Nostri Clementis Undecimi (f) præcipuè utantur.

Nec non in festis anniversariis, solemnibusque diebus, quibus Ecclesia a Spiritu Sancto instructa Redemptionis nostræ Mysteria (g) fidelibus recolenda proponit, Parochi pariter omnes eadem Mysteria inter Missarum Solemnia, quolibet ex prædictis diebus recurrente, declarent Populo, ut sic in rebus Divinis faciliùs instruantur, simulque ad eorum dierum religiosiorem cultum eodem tempore accendantur.

Et cùm actus Virtutum, nempe Fidei, Spei, & Charitatis, qui media necessaria sunt ad salutem, elicere necessariò teneamur, timereque forte possimus, ne plures ob eorum incuriam, & ignorantiam nedum semel in vita, quod minimè sufficere, contrariis damnatis Propositionibus [h] Innocentius Undecimus declaravit,

(c) Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. sess. 24. de reform. cap. 4.

(d) Concil. Burdigalen. sub. Greg. XIII. & Henrico 3. An. 1583. tit. 13. de Paroch. § sciant, §. Proinde §. Parochi; Decr. Visit. Apost. Pisanæ §. Parochus singulis Diebus.

(e) Conc Trid. d. sess. 5. c. 2. & sess. 24. de refor. c. 7.

(f) Epist. Pastor. Sac. Congreg Episc. & Regul. jubente Sanctissimo D. N. Clem. XI. die 16. Martii 1705. §. Quinto. Concil. Med 5 p. 1. t. t. quæ ad Prædicat. &c. & Doct. Christ. §. qua in re.

(g) Concil. Mediol. 3. tit. quæ ad Concionat. pertinent. §. quo igitur.

(h) Inter Proposit. damnatas ab Innoc. XI. die 2. Martii 1679. Proposit. 5. & 6. nec non 16. & 17.

vit, verum etiam nec unquam elicuerint: ideo mandamus, ut eosdem Actus Virtutum, una cum Actu Contritionis semper post Missam singulis festis diebus Parochi omnes, Animarumque Rectores, nondum Sacris Vestibus exuti clara, & intelligibili voce recitent, Populusque eadem voce ad verbum repetendo Parochos præeuntes sequatur.

Pro qualibet verò vice, qua hęc omnia integre non adimpleverint, pœnam subeant duorum Aureorum, (*i*.) quibus Nostræ Cancellariæ persolutis, vel emantur tot Piarum Imaginum munuscula, pueris, & puellis eorum Parœciæ ad Doctrinam Christianam addiscendam convenientibus distribuenda, vel tot eleemosynæ destinentur pueris, seu puellis pauperibus ejusdem Parœciæ erogandæ, ut alacriùs ad eam frequentandam alliciantur.

(*i*) Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. Synod. Pis. A. D. 1616. 1625. 1650. 1678. in omnibus tit. 2. de Doctr. Christ.

Quam pœnam [*K*] eodemque modo applicandam incurrant etiam Parochi illi, qui singulis annis testimonium factum a tribus viris fide dignis de prædicto integro adimplemento, Nobis, seu Vicario Nostro Generali Solemni Consecrationis Nostræ Primatialis Ecclesiæ die quotannis non exhibuerint.

(K) Synod. Pis. Ann. 1678. cap. 2. de Doctr. Christ.

Et si quem nihilominus tam gravi suo muneri per tres menses defecisse Nobis constiterit, deputato cum honesta mercede, ex fructibus suæ Ecclesiæ persolvenda, alio Sacerdote, qui id præstet, censuris aliisque pœnis ex auctoritate Nobis a Concilio Tridentino (*l*) tradita pro contumaciæ qualitate coercebitur.

(*l*) Can. 58. Conc. Apostol. Trid. vero sess. 5. cap. 2. 6. itaque Sacr. Congr. Episc. & regul. in Bergomen. die 22. Novembris 1592.

Verumtamen non formidine pœnæ, sed Animarum salutis Amore solicitus unusquisque Parochus, populum sibi subjectum omni studio ad hoc cæleste pabulum in Ecclesia vocet, ac alliciat; si verò renuerit, exeat in plateam, & vicos, ut compellat intrare.

Proindeque illum frequenter admoneat (*m*) de gravi obligatione sciendi, quæ sine Animæ jactura ignorari nullatenus possunt; contestetur eos qui hæc ignorant ex gravi præcepto debere ad Ecclesias, ubi ea docentur tamdiu convenire, quamdiu illa perdiscant.

(*m*) Decr. S. Congr. Concil. die 19. Januar. 1619.

Mo-

Moneant pariter parentes de exactissima [n] in extremo die ratione reddenda, ni filios ad Ecclesiam mittant necessaria ad salutem edocendos, illisque notificent, quòd ni moniti emendentur, ad Sacramentorum participationem, donec in re tam gravi non resipuerint, non admittentur. (o)

Quòd si nihilominus negligentes fuerint, quàm Pastorali charitate dignum esset, quòd Parochi Domini Nostri Jesu Christi vestigia sequendo, qui per vicos, & plateas transibat evangelizare Regnum Dei, vel pueros, & ipsi greges ducentes, vel viros agros colentes, evangelica industria quærerent, ac adirent, eosque sumpta opportunitate ad salutem necessaria docerent!

Meminerint insuper non tantùm Parochi, sed Confessarii omnes Propositionis damnatæ a Sanctissimo Pontifice Innocentio Undecimo, quæ est in ordine 64. *Absolutionis capax est homo, quantumvis labores ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem nesciat mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi.* (p) Ac propterea rudes quò ad hæc interrogent, (q) priùs quàm illis Absolutionem impertiantur, videantque Parochi, ac reformident, ne aliqua ex ovibus suis ex hoc, quòd eam ex negligentia non docuerint, a necessario Sacramentorum pabulo sit repellenda; sciantque, quòd diu clamabit adversus eos apud Deum Anima illius, quamdiu eam non erudierint, & si peribit, sanguis ejus e manibus suis requiretur.

Ut consulatur verò ipsis Parochis in hoc tam sancto, tamque necessario opere adimplendo; volumus, ut Clerici omnes proprium Parochum adjuvando (r) se in docendo Christianæ Doctrinæ rudimenta exerceant, nec sperent ad ulteriores Ordines promoveri, nisi inter alia requisita testimonium proprii Parochi de hoc adjumento sibi præstito Nobis exhibeant.

Sacerdotes verò per Dominum Nostrum Jesum Christum, & per Charitatem Sancti Spiritus obsecramus, ut memores docendi officium in populis suscepisse (s) velint

(n) Conc. Mediol. 5. par. p. tit. quę ad prędic & Doctr. Christ. §. Porro. Concil. Tolet. sub Pio 4. A. 1565. Act. 3. can. 5.

(o) Decret. S. Congr. Conc. die 10 Jan. 1619. Epist. Pastoral. S. Cong. Episc. & Regul. jubente SS. D. N. Clem. XI. die 16. Martii 1703. §. Quarto.

(p) In Decr. Innoc. xi. feria 5. die 2. Martii 1670.

(q) d. Decret. S. Congr. de anno 1619. §. Ac propterea.

(r) Cap. ut quisque de vit. & honest. Cler. Conc. Mediol. 4. par. 2. de doct. Christ. & Synod. Mediol. 4. par. p. de Doct. Christ.

(s) Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 14. Conc. Tolet. 4. tempore Honorii p. cap. 24.

velint & ipsi se Parochis adhibere adjutores, ut in hoc munere experti magis idonei ad Parochiales Ecclesias reddantur, quod non solùm in earum concursu, verum etiam in Capellaniis, cæterisque muneribus obtinendis, in quibus nostrum judicium expectatur, primum considerabimus.

Omnes etiam Ludimagistri juxta Decretum Leonis X. [t] die sabbati, vel altero in hebdomada magis opportuno Alumnos suos Doctrinam Christianam, Deique timorem, quod est initium sapientiæ, doceant.

(t) Leo x. in Conc. Lateran. 5. sess. 9. can. 7. & Const. 7. Supernæ §. 31. D. Carol. Conc. Med. V. p. 1. tit. quæ ad Prædicat. §. Ludi magistri.

Tandem, ut nihil omittamus, quod Pastoralis Nostra solicitudo, qua pro salute Animarum Nobis creditarum urgemur, contribuere possit, ut alacriùs hoc sanctum opus impleatur; Parochis, Sacerdotibus, & Clericis quibuscumque aliis Doctrinam Christianam in Ecclesia Parochiali docentibus, pro qualibet die, quo eam docuerint, Indulgentiam quadraginta dierum, illis verò, qui ad eam addiscendam in eorum Ecclesia Parochiali convenerint, viginti dierum pro qualibet die in forma consueta concedimus, & impertimur.

De Prædicatione Verbi Dei.

CAPUT III.

VErbum Dei est panis vitæ, & intellectus, (a) quo cibari fidelium Animas ab ipso Christianæ Religionis exordio docuit Redemptor Noster, qui ab ejus Vicario Divo Petro, & ab omnibus, qui Pastoris fungerentur officio, ut pascerent oves suas (b), in argumentum Amoris exegit. Quomodo verò saluberrimum hunc Panem administrare, puerisque frangere ex Decreto Sacri Concilii Tridentini [c] Parochi debeant, ne in Nostra Diœcesi lamentationes Hieremiæ (d) renoventur: *Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis;* supra præcepimus; & nunc ejus omnimodam observantiam iterum præcipimus.

(a) Eccles. cap. 15.

(b) Joann. cap. 21.

(c) Sess. 5. cap. 2. & sess. 24. de reformat

(d) Hier. Thren. cap. 4.

Cùm autem Regulares tanquam Nostri Adjutores in hoc

hoc munere obeundo vicariam operam navent, nullatenus audeant, cujuscumque Ordinis sint, extra suas Ecclesias prædicare (*e*) ni priùs a Nobis, seu Vicario Nostro Generali facultatem in scriptis, & gratis obtinendam acceperint. In Ecclesiis verò, seu quibuscumque Oratoriis sui Ordinis, vel ad Crates Sanctimonialium eorum jurisdictioni subiectarum, licèt clausis januis, sermonem quoque non habeant, ni pariter coram Nobis priùs se præsentaverint, & Nostram Benedictionem obtinuerint, sub pœnis, & Censuris in Constitutione Gregorii XV. & Clementis X. (*f*) comminatis.

Mandamus itaque omnibus, & singulis Parochis, & Ecclesiarum Rectoribus, ne permittant in eorum Ecclesiis prædicare non tantùm prædictis Regularibus, verum etiam quibuscumque Sacerdotibus, ac Clericis (*g*) quominus laicis [*h*] qui forte ovium contenti, Pastoris munus assumere sibi non debent, nisi viderint licentiam manu nostra, seu Vicarii Nostri Generalis sibi subscriptam exhiberi; si secus fecerint, graviter arbitrio Nostro punientur.

Ad hoc tamen Prædicationis Officium salubriter exequendum, studeant omnes, qui illud vel facultate a Nobis habita, vel pastorali debito subeunt, ne dicta repugnantibus factis evacuent, [*i*] sed in omnibus bonorum operum se ipsos exemplum præbentes, non solum audiantur, verum etiam videantur Prædicantes.

Doctrinam, vel eloquentiam non ostentent, [*l*] ne affectatæ facundiæ lenocinio prædicationis fidem corrumpant, eorumque verba in pretium plausus, aut favoris conciliandi miserabiliter perdant, sed in simplicitate sermonis ad captum, & fructum auditorum accommodati [*m*] non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, Christum, & hunc Crucifixum prædicantes, ea omnino servent, quæ constituta sunt a Leone X. in Concilio Lateranensi, & ab Innocentio XI ac Sanctissimo Domino Nostro Clemente XI. (*n*) in literis per Sacram Congregationem transmissis, & in calce hujus

(*e*) Conc. Lateran. 5. sub Leone x. sess. 11. habita die 9. Decemb. 1516. Idem Leo x. Constit. 21. supernæ Majestatis §. 3. Conc. Trid. d. sess. 5. de reform. cap. 2. sess. 24. de reform. cap. 4.

(*f*) Gregor. xv. Const. 28. inscrutabili Clem. x. Const. 7. Superna.

(*g*) Leo x. d. Const. 21. §. 3. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 4. Conc. Cameracen. 1565. tit. V. cap. 4.

(*h*) Cap. excommunicamus 13. §. quia. cap. sicut in uno 14. de heret. Conc. Lateran. 4. cap. 3. Constantien. sess. ult. Treveren. cap. 2.

(*i*) Origen. dub. 10. in cap. 14. ad Roman. Hieronym. in cap. 18. Proverb. lib. 2.

(*l*) Leo x. Constit. 21. §. 1. Simeon. Thessalonic. Archiep. de Sacr. Ordin. p. 2. lib. de Sacr. Pœnit. floruit sæculo 12.

(*m*) Cap. oportet c. 8. q. p. D. Gregor. in cap. sit Rector dist. 43. Chrysost. serm. 43. D. Francisc. de Sales Ep. Geneven. Epist. lib. 1. Epist. ad virum Eccl. cap. 2.

(*n*) Conc. Lateran. 5. sub Leone x. sess. xi. Liter. circular. S. Congr. die 6. Julii 1680. nec non sub die 16. Martii 17-3. §. 5.

hujus primæ Nostræ Synodi ponendis, ut eas Parochi omnes una cum tota hac nostra Synodali Constitutione Concionatoribus legendas præbeant, ac omnino observandas.

Sacram Scripturam ad suos non contorqueant, sed eo sensu interpretentur, & adducant, quem Catholica Ecclesia, & consentiens Sanctorum Patrum auctoritas comprobavit. [o] A fabulis, & historiis apocryphis, à vanis, & curiosis quæstionibus, à miraculis, quæ probata scriptoris fide non commendentur, abstineant, [p] ea tantù madferentes, quę digna Templo Dei, digna Christianis moribus, digna piis auribus judicentur.

Caveant, ne quemquam nominatim reprehendant, vel ita verbis depingant, ut conjici possit, de quo loquantur, [q] memores Christi charitatis, & modestiæ, qui Discipulis proditionem, non proditorem aperuit.

Arguant, sed Auditores non mordeant, & exaspetent, (r) ne nimia increpationis asperitate offensi, nec increpationē recipiant, nec salutem; Tales enim se gerant, ut Auditores diligere, & vitia persequi solo pietatis studio, ac Animarum salute ducti videantur. (s)

Parentes præsertim increpent, qui filiorum educationem negligunt. (t) Ardeant in Ecclesiarum profanatores. [u] Clament adversus eos, qui Festa contemnunt, (x) ne locis, ac diebus, qui ad Divinum, Sanctorumqne cultum instituti sunt, in Divinam offensionem, & Animæ perniciem abutantur.

Volumus ulterius, ut Conciones diurnis tantùm horis, passionis verò Domini Nostri Jesu Christi lucescente die, nunquam verò nocturno tempore (y) habeantur sub pœna quatuor aureorum a Parochis, & sodalitatum Confratribus, qui in eorum Ecclesiis permiserint, Pauperum Conservatorio persolvenda.

Indulgentias populo, nullaque alia Edicta publicentur, nec aliquem etiam paupertatis nomine com-

(o) Conc. Lateran. 5. sess. 11. vers. mandamus, Concil. Provinc. Mediol. 1. par. p. tit. de prædic. verb. Dei. Synod. Pisan. 1616. & 1625. tit. 3.

(p) Leo x. d. Cōstit. 11. §. 5. D. Franc. de Sales. citata epist. cap. 3. D. Carol. Acta Eccl. Med. p. 4. Instruct. Prædicat. Verbi Dei §. materia veræ Concionis.

(q) Concil. Med. 1. d. tit. de Prædicat. Verbi Dei §. ne quemquam, Acta Vul. Mediol. p. 4. Instruct. de Præd. Verb. Dei §. materia.

(r) D. Greg. lib. 24. moral. cap. 9.

(s) Conc. Mediol. p. d. tit. de prædic. Verb. Dei vers. ne ostcotandæ. Idem D. Carol. Act. pr. 4. Instr. Prædic. §. de materia S. Cōcionis. vers. ne cum reprehendat.

(t) D. Carol. in d. Instruct. Præd. eod. §. vers. de filiorum. Conc. Prov. 5. par. p. tit. quæ ad prædicationem vers. porrò.

(u) D. Acta Instruct. §. peccata studio Concion. vers. immodestus.

(x) Conc. Prov. Mediol. 3. par. p. tit de fest. dier. cultu vers. ut illorum.

(y) Conc. Mediol. 1. par. p. tit. de Prædic. Verb. Dei vers Sacra Concio. Synod. Diœc. Pisan. tit. 3. 1616. & 1625.

mendent sine Nostra, vel Vicarii Nostri Generalis licentia. (z)

Adventum Antichristi, aut certum Judicii diem prædicare non audeant, nec asseritas inspirationes, seu revelationes publicare, nisi à S. Sede Apostolica, vel ab ordinario loci in casibus permissis examinatæ ac approbatæ fuerint sub excommunicatione latæ sententiæ in Concilio Lateran. V. & in Constitutione Leonis X. soli Pontifici reservata. (aa)

Quæcumque nostra animadversione cognoverint indigere, exacto Prædicationis munere, vel ante, si celerius remedium gravitas rei postulaverit, Nobis deferant.

Tandem (bb) cùm, qui ex Verbo Dei est, verbum Dei audiat, idcirco omnes, qui in sortem Domini electi, & Divino cultui mancipati sunt, adhortari summoperè placet, ut sacris Concionibus, quantum poterunt, interesse studeant, Parochis verò, nisi aliter necessitas cogat, præcipitur. [cc]

(z) d. Conc. Mediol. I. eod. tit. vers. Indulgentias. d. Synod Diœc. Pisan. 1616. & 1625. tit. citat.

(aa) Conc. Lateran V. sess. 11. §. tempus, & quoniam, Leo x. Const. Supernæ Majestatis 21. §. 5. 7. & 8.

[bb] Ioan. cap. 8. vers. 40. Conc Avenonien. sub Card. Tira io lo io S. Philippi Neri 1505. tit. 44. de quadragesima.

(cc) d. Conc. Mediol. I. eod. tit. vers. Episcopi dd. Synod. Pisan. 1616. & 1625. tit. citat.

De Blasphemis.

CAPUT IV.

FO detestabilis Blasphemantium impietas prolapsa est, ut eorum ora, ne maledicta in Deum, ac Sanctos tam impudenter evomere audiantur, nondum obstruere tot Sanctissimorum Pontificum Constitutiones potuerint. [a]

Nos itaque pro viribus tam execrabile scelus, quo nil pejus, nil magis impium, & cujus comparatione omne quippe peccatum leve est, (b) à Nostra Diœcesi penitus eradicare cupientes, contra illos tam Clericos, quàm laicos pœnas, & multas a Leone Decimo, & Pio Quinto (c) constitutas indicimus, eorumque Constitutiones ab omnibus, ut par est, observari mandamus.

Omnes pariter per Nomen Domini Nostri Jesu Chri-

(a) Leo x. constit. §. 33. Supernæ 3. non. Maii 1514 Julius 3. Const. 23. In multis p. Februar. 1554 Pius V. Constit. 5. Cum primùm Kal. Aprilis 1566. Greg IX. in cap. statuimus de Maledicis.

[b] D. Hieron. in cap 28. Isaiæ. Chrysost. in Psal. 95.

(c) d. Const. 7. § 33 ad Abolendam, d Const. 5. §. 10. ad Abolendum verò.

Christi, qui redemit nos in Sanguine suo, rogamus, & adhortamur, ut si quem blasphemare audierint, acriter increpent, & nisi resipuerit, deferant puniendum, uberrimam a Deo mercedem expectantes, praeter decem annorum Indulgentiam, quam memoratus Leo Decimus deferentibus est elargitus. [d]

Parentes in filios acriter animadvertant. Domini verò famulos, (e) quos monitos non emendatos repererint, sine spe ulterioris indulgentiç è domo eiciant, ne facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi.

Parochi quoque è sacro Altari frequenter invehant, ultorem Deum denuntient, qui lapidibus obrui, morteque puniri blasphemantes antiqua lege mandavit, [f] qui ob hujusmodi delicta famem, Terræmotus, & pestilentias immittit. (g) Ultricem etiam Ecclesiam notificent, quæ illos à participatione Sacramentorum, donec emendentur, reiicit, & nisi pœnituerint, ab ejus Sacris Liminibus, ecclesiasticam denegando sepulturam, mortuos etiam repellit. [h]

Confessarii pariter omnes, cùm facultatem opportunam absolvendi vel habuerint, vel obtinuerint, memores sint, quòd ex Decreto Leonis Decimi absque gravissima pœnitentia severi Confessoris arbitrio injungenda, blasphemantes absolvere non debent. (i)

Qui verò blasphemias hæreticales aliquem evomuisse audierint, vel scierint, illum denuntient, & si recusaverint denuntiare, Confessarii eos non absolvant, donec munus suum non impleant.

(d) D. Constit. 7. §. 33.

[e] Calest. Episc. ad Vener. ceterosq. Galliarum Episcopos. Innoc. in c. error dist. 83. D. August. super Epist. Joan. tract. 7. can. non putes c. 23. q. 5.

(f) Levit. cap. 24.

(g) Auth. ut non luxur. homin. vers. propter talia.

(h) Cap. Statuimus 2. de maledicis.

(i) D. Const. 7 §. 33. vers. in fero autem.

De Sortilegis, Maleficis &c.

CAPUT V.

Cum inter alia Pastoralis sollicitudinis munera Nobis præcipua invigilare custodia sit demandatum, (a) ut omnem divinatoriam, sortilegam, magicam, ac veneficam artem è Diœcesi ad Fidei integritatem conservandam inviolatam penitus eradicemus; Omnes

(a) Cap. contra Idolorum &c. cap. Episcopi 12. c. 26. quæst. 5.

nes, & ſinguli, qui futura, & ex libero hominis arbitrio pendentia, *cùm noſtrum non ſit ſcire tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate*, (*b*) ſolumque Deus noſcat abſcondita cordis, [*c*] audent prædicere, ac divinare.

(*b*) Act. Apoſt. cap. 1.
(*c*) Pſalm. 40.

Vel ſint, qui ex motu Syderum, Aſtrorumque curſu, & aſpectu certa judicia metiendo, obligatam illis humanam judicant voluntatem, pretiumque ſibi faciunt mendacia. [*d*]

(*d*) Cap. illud c. 26. q. 2. cap. igitur primo, c. 26. q. 3. & 4. Xyſt. 5 Conſtit. 17 Cæli, & terræ edita die 0. Januar. 1586.

Vel qui ex vanorum ſomniorum imaginibus certas, & ipſi præditiones ſumendo, malefacientium ſequuntur vanitatem. [*e*]

(*e*) Eccleſ. cap. 34. verſ. 5. cap. ſed & illud c. 26. q. 3. & 4. D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 6 in corpore.

Vel qui avium cantum, volatum, ac numerum, (*f*) vel manuum lineas, pedumque ſigna, vel frontis, vultuumque lineamenta temerè obſervando, *vident vana, & divinant mendacium*. [*g*]

(*f*) D. cap. igitur p. c. 26. q. 3. & 4

[*g*] Ezech. cap. 13.

Vel qui per ſortes divinatorias hoc, aut illo modo cadentes occulta, & futura prænunciando, ſibi futurorum cognitionem uni Deo reſervatam uſurpant. (*h*)

(*h*) Leo 4. in c. ſortes 7. ca. 26. quæſt. 5.

Sciant, quòd (futuris eventibus ex naturalibus cauſis neceſſario, vel frequenter provenientibus, quæ ad divinationem non pertinent, dumtaxat exceptis) damnantur à jure Divino, & reprobantur ab Eccleſia, & quòd, ni ſe correxerint, ad æternam tendunt perditionem. (*i*) Cùm omne ſtudium, omniſque ars ad futuros eventus, & fortuitos caſus prænoſcendos fallax, ac vana ſit improborum hominum aſtutia, & Dæmonum fraudibus introducta, è quorum operatione, conſilio, & auxilio omnis divinatio promanat, ſive quòd expreſſè ad futura manifeſtanda invocetur, ſive quòd Dæmones ipſi pravitate ſua, & odio in genus humanum occultè, etiam præter hominis intentionem, ſe ingerant, & intrudant variis in quæſtionibus futurorum, ut mentes hominum pernicioſis vanitatibus, & fallaci contingentium prænuntiatione implicentur, & in omni iniquitatis genere depraventur. [*l*]

(*i*) Cap. qui ſine 7. ca. 26. quæſt. 1.

(*l*) D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 2. in corpore. Xyſt. 5. allegata Conſtit. 17. §. quare.

Graviter ſciant damnari quoque, & reprobari omnes, & ſinguli, qui ad depellendos morbos, vulnera-

que

que hominum, vel animalium curanda, ad sistendum sanguinem, verbis, signis, cantionibus, orationibus, scriptis, quas vocant *Brevia* ligaturis, anulis. Characteribus, præsertim ignotis, aut quibuscumque aliis modis utuntur, qui cùm naturaliter nequeant hos effectus producere, neque ad id sint ordinati, ad magicarum artium molimina reducuntur. [*m*]

Graviùs qui dæmoniacis, ac nefandis superstitionibus ad thesauros inveniendos, ad turpes amores conciliandos, ad actus conjugales impediendos, ad morbos inferendos, ad hominum, seu animalium fœtus, ad fruges agrorum, ad arborum fructus, ad pecora suffocanda, & extinguenda, aut quocumque alio modo in aliorum damnum, & jacturam utuntur. (*n*)

Gravissimè verò, & tanquam pleni indignatione Dei, ab Ecclesia quoque penitus repellantur (*o*) omnes illi, qui expressè in prædictis cum Dæmone paciscuntur, secumque pacta infidelis, & dolosæ amicitiæ constituentes suum faciunt illud Isaiæ: *Percussimus* (*p*) *fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum*, &, quòd detestabilius est, ipsis Dæmonibus immolant, illos adorant, ab illis petunt, & accipiunt responsa, & pro suis pravis desideriis auxilia ab illis implorantes pro re fœtida in fœdissimam se tradunt servitutem; Fidemque, quam in susceptione Baptismi susceperunt abnegantes, sanctam Crucem conculcant, Sacramentis, Oleis, rebusque sacris abutuntur, & Dæmonem in dominum, & patronum sibi assumentes, ei adorationes exhibent, & obedientiam. (*q*)

Contra quos omnes ad eorum temeritatem refrenandam Sacrorum Canonum, Sanctorumque Pontificum Constitutiones, (*r*) ac pœnas, nostrasque arbitrarias opponimus, ad rationem excessus respectivè solvendas.

Nec non contra omnes, qui prædictos consulunt, eos in eorum domibus recipiunt, eorumque ope utuntur, seu eorum damnatas artes addiscunt. (*ſ*)

Nullus pariter eorum libellos, scripturas quascumque,

(*m*) Cap. illud 6. c. 26. q. 2. D. August. de Doctr. Christ. cap. 20. D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 2. in corpore.

(*n*) Cap. sciendum ca. 26. quæst. 3. & 4.

[*o*] Cap. illud 6. c. 26. quæst. 2.

[*p*] Isaia cap. 28. v. 15.

(*q*) Innoc. 8. Const. p. summis. 4. Non. Decembris 1484.

(*r*) d. Const. p. Innoc. 8 Jo. 22. Const. 13. super illius, Xysti. 5. Const. 17. Cœli, & terræ Gregor. 15. Const. 46 omnipotentis Dei edita die 20. Martii 1623.

[*ſ*] Jo. 22. d. Const. 13. super. c. qui divinationes c. 26. q. 5 Conc. Mediol. 1. par. p. tit. de magic. artib.

que, ex prædictis damnatis erroribus quicquam continentes, habeat, aut teneat, vel in ipſis ſtudere præſumat ſub pœnis, & cenſuris in Conſtitutionibus Joannis Vigeſimi Secundi, & Xyſti Quinti contentis. (t)

[t] D. Conſt. 13. & Conſtit. 17.

Parochis verò omnibus mandamus, ut diligenter inquirant, an in eorum Parœciis hujuſmodi ſerpant errores, Nobiſque deferant, ne progrediantur, & Ager Dominicus Nobis ad cuſtodiendum commiſſus, hujuſmodi peſtiferis vepribus expurgetur.

Moneant quoque populos, quòd juxta Conſtitutiones Xyſti Quinti, & Gregorii XV. tenentur prædictos ad noſtrum, vel Sacræ Inquiſitionis Tribunal deferre. Et ni deferant, non abſolvantur. [u]

(u) Xyſt. 5. d. Conſt. 17. Gregor. XV. Conſt. 46. ſuperius allegat. §. 3.

Tandem ad omnem vanam obſervantiam a perſonis præſertim rudibus removendam, quæ faciliter ob ignorantiam decipi poſſunt, doceant Populum, ſuperſtitioſum eſſe expectare quemcumque effectum à quacumque re, quem illa res, ſeu à quibuſcumque mediis, quem illa media non ex ſua natura, nec ex inſtitutione Divina, nec ex ordinatione, vel approbatione Eccleſiæ producere poſſunt.

De Judæis.

CAPUT VI.

Ne tolerantia Sanctæ Matris Eccleſiæ, quæ in memoriam Dominicæ Paſſionis (a) eos apud ſe benignè patitur diverſari, abutantur Judæi, injurias pro gratia (b) hæreditario more Chriſtianæ pietati reddentes, ex Sacrorum Canonum, Apoſtolicarumque Conſtitutionum Decretis ſub graviſſimi arbitrii pœnis obſervandum edicimus.

(a) Innoc. 4. Conſt. 2. Julius 3. Conſt. 24. §. 2.

(b) Clem. 8. Conſt. 19. §. 1. cap. & ſi Judæos de Judæis.

Quòd nullatenus audeant Judæi Dominicis, ac aliis de præcepto Eccleſiæ feſtis diebus in publico laborare, vel laborari, aut quidquam aliud facere, quod à veneratione, cultuque Sanctorum temporum ſit alienum, [c] nec carnes comedere, vel palàm vendere temporibus illis

(c) Conc. Narbon ſub Greg. 7. tit. de Judæis. Conc. Avenion. §. de Judæis, Tolet. 12. tit. de Jud. Paul. 4. Conſt. 3. cum nimis §. 5.

illis, quibus apud nos prohibentur. [d] Nec in publicum prodire, minusque aliquid tribus illis ante Pascha diebus lamentationum, ac Passionis Dominicæ palàm, vel secretò in contemptum Christianæ Religionis attentare; [e] Nec quosvis libros, & Codices ipsos Talmudicos, Cabalisticos, aut alios nefarios, ac à summis Pontificibus tot Constitutionibus damnatos, sub pœnis in eisdem contentis retinere. [f]

Similiter, cùm sæpè malorum consortia innocentes etiam corrumpant, quo magis eos, qui proni sunt ad vitia, graviter interdicimus, ne Christiani cum Judæis cohabitare, [g] seu in eisdem ædibus vivere, & commorari, neque cum illis convivia, & commessationes agere (h) aut ab illis Azyma (i) sumere, neque ad eorum nuptias [l] dies festos [m] ac synagogas accedere (n) neque eorum Comœdiis, & choreis interesse, (o) cum illis ludere, aut in iisdem balneis lavari, [p] & familiaritatem [q] ac conversationem habere præsumant.

Et cùm nimis deforme sit, quòd filii liberæ filiis famulentur Ancillæ, (r) sciant Christiani omnem eorum diuturnam in famulatu subiectionem (s) esse interdictam: quamobrem nullus ex illis aliquo stabili, seu assiduo servitutis genere (t) se Judæis addicant, nullus cum tanto christiani nominis dedecore domesticis eorum usibus quocumque colore, aut prætextu famuletur. (u) Nullus maximè vespere Feriæ sextæ, integraque sabbathi die, illis etiam ad breve tempus deserviendo, ignem, seu lumen accendat (z). nunquam verò panes azymos conficiat; ne præter periculosam familiaritatem eorum, superstitiosis ritibus cooperans, eorum etiam communicet impietatibus.

Verùm, si extra prædicta domestica, & familiaria ministeria in diem, vel horam quisque illis operam suam locaverit, cibum tamen apud eos, vel cum eis non capiat. (aa)

Eru-

(d) d. Conc. Narbon. eod. tit. de Jud. Conc. Avenion. d. § de Judæis.

[e] Cap. in nonnullis 15. de Jud. Conc. Narbon. loc. cit. Conc. Matiscon. 1. sub Pelagio 2. cap. 14. Conc. Aurelian 3 cap. 29

(f) Jul 3 Const. 23. cum sicuti. Innoc. 4. Constit. 12. Gregor. 13 Const. 70. §. 10. Clem. 8. Const. 20. cùm hebræorum §. 1. adductus exemplo Innoc. 4. Jul 3. Clem. 4. Gregor. 9 Honor. 4. Joann. 22. Paul. 4. Gregor. 13. ut in d. Constit.

(g) Can. Trull. can. 11. Concil. Lateran. 3. sub Alex. 3. cap. 26. Lateran. 4. sub Innoc. 3. cap 68. cap. nullus c. 28. q. 1. cap. Judæi de Jud.

(h) Conc. Elibert. c. 50. Conc. Epaunen. c. 15. cap. omnes c. 28. q. 1.

(i) Can. Trull. can. 11. Conc. Laodic. sub D. Silvest. can. 38. Can. Apost. can. 70. cap. nullus c. 28. q. 1.

(l) Conc. Sabin cap. 22.

[m] Can. Apost. d. can. 70 Conc. Meld cap 73.

(n) Conc Mediol 1. p. 3. tit. de Jud.

[o] d. Conc. Mediol. 1. p. 3 tit. de Jud.

[p] Concil. Constant. 3. can. Trull. can. 11. cap. nullus c. 28. q. 1.

(q) Paul. 4 Const. 3 §. 7.

(r) Cap. & si Judæos 13. de Jud.

[s] Cap. Judæi 5 de Jud. Conc. Tolet. 4. c. 65. Conc. Tolet. 3. sub Pelag. 2. c. 14.

(t) c. præsenti c. multorum c. ad hæc de Jud. Paul. 4 Constit 3. §. 4.

(u) C. & si Judæos 13. de Judæis. Conc Matiscon. 1. c. 16 Conc. Mediol. 1. tit. de Judæis.

[z] Can. Apost. can. 71.

(aa) Concil. Mediol. 1. par. 3. tit. de Judæis. §. ne Christiani.

Erubescant pariter, & resistente Pontificio interdicto reformident mulieres Christianæ Judæorum filios, præsertim in eorum domibus lactari, [*bb*] extra verò nisi urgente necessitate à Nobis declaranda, & approbanda. (*cc*)

(*bb*) Innoc. 4. Const. 2. impia Iudæorum. §. 5. edita die 9. Maii 1224. Paulus 4. Const. 3. cum nimis §. 4. edita die 12. Iulii 1555. cap. ad hæc, cap. etsi Iudæos. de Iudæis &c. Concil. Med. 1. p. 3. tit. de Iudæis §. ne Christianæ.

(*cc*) Concil. Med. 1. p. 3. d. tit. de Iudæis §. nec verò.

Medicos Hebræos Christiani ad eorum curationem non vocent, ne dum corporis infirmitates sanare cupiunt, Animarum salutis immemores reddantur; [*dd*] scientes, quòd, si eos nihilominus vocare præsumpserint, ex Constitutione Gregorii Decimi Tertii debent Parochi à Sacramentorum perceptione illos repellere, cum aliis pœnis in eadem Constitutione contentis. [*ee*]

[*dd*] Paul 4. Const. 3. §. 10; Can. Trull. can. 11. Conc. Sabin. c. 22. Conc. Mediol. 1. p. 3. tit. de Iud. cap. nullus 13. cap. 28 q. 1.

(*ee*) Gregor. 13. Const. cum alias 68. per tot.

Licèt autem tolerentur publici Artium professores, qui de suo artificio Judæis necessaria ministrant, dummodo tamen non in eorum domibus, aut cum ipsis habitantes, sed in officina separata, ubi actu non commorentur Judæi, artes suas exerceant. (*ff*)

[*ff*] Synod. Pisana de anno 1659. & 1678. tit. de Iud.

Prohibemus tamen, ne in Apothecis maneant Judæorum tanquam ministri, qui vulgo vocantur *Garzoni*, Judæis ipsis ibi, ut plurimum, assistentibus; ubi verò non assistant, sed omnimodam illis tanquam ministris administrationem relinquant, poterit conniveri, quòd apothecam, licèt ab Judæo conductam, atque etiam illius domui contiguam administrent, seclusa tamen, præter administrationis necessitatem, omni familiaritate cum illis. (*gg*)

(*gg*) Synod. Pisan. de anno 1659. & 1678. d. tit. de Iud. §. interdicitur.

Nullus vero, ne simplices, & rudes adolescentes subversionis exponantur periculo, fidelis Artifex, aut minister in Judæorum Officinis artem, vel administrationem, etiam modo superius tolerato, exerceat, nisi prius à Nobis, vel Vicario Nostro Generali, habita ratione ætatis, ac morum, approbetur. (*hh*)

(*hh*) Præd. Synod. Pisan. d. tit. de Iud. §. interdicitur.

Ulterius nec pueri, nec puellæ Christianæ ad scholas Hebræorum accedant, cujuscumque facultatis addiscendæ prætextu. (*ii*)

(*ii*) dd. Synod. Pisan. dd. tit. §. Pueri.

Adversus verò prædictis omnibus inobedientes arbi-

arbitrio Nostro, & pœnis constitutis à venerabilibus Prædecessoribus Nostris Cardinali Scipione, & Francisco de Comitibus Ilcii, agatur. (*ll*)

Tandem (quod horret) si quis ad hanc cœcitatem pervenerit, ut Judæorum opera ad sortes divinatorias, vel rem magicam, aut actionem quamcumque superstitiosam, seu ad maleficia, & veneficia conficienda, vel dissolvenda uteretur, ipso facto excommunicatus existat absque speciali Nostra facultate non absolvendus; ipsique Judæi hanc opem præstantes denuncientur debitis pœnis puniendi. [*mm*]

(*ll*) Præd. Synod. dd. tit. de Iudæis §. qui non paruerint.

(*mm*) Gregor. XIII. Constit. 70. §. 3.

De Sacramentis, eorumque administratione.

CAPUT VII.

QUo major est dignitas, quò uberior Sacramentorum est fructus, eò diligentius, ac intima animi pietate, externoque cultu, & veneratione tractanda, ac percipienda sunt.

Primum igitur quilibet Parochus, ac Sacerdos, cujus est Sacramenta administrare, omnem adhibeat curam, ut integrè castè, pièque vitam agat; [*a*] mentemque, & animum ab omni peccati labe, purum adjutrice Divina Gratia conservet, ne vocatus ad ea administranda, immundus, tantoque ministerio indignus accedat; nam et si Sacramenta Divinam Virtutem, quæ illis inest nunquam amittant, (*b*) impuriè tamen ea ministrantibus, æternam afferunt mortem; ingrediuntur enim tunc electi Sacerdotum manibus expiati Cælestem Patriam, & Sacerdotes ipsi per viam reprobam ad Inferni supplicia festinant. (*c*)

Similiter, ut Animæ puritati externus itidem cultus, ac ornatus respondeat, præcipimus Parochis omnibus, ac Sacerdotibus ea ministrantibus, ut in eorum administratione Rochettum, & Stolam semper induant, [*d*] piaque attentione curent, ut utraque vestis, sacraque alia supellex, ornamenta, linteamina, & vasa,

(*a*) Cap. prophetavit 70. cap. necesse ea. p. q. p. Conc. Turon. 1. sub Simplicio Papa can. 1. Acta Eccles. Mediol. par. 4. Instructio de Sacram. Admin. Rit. Rom. de iis quæ in Sacram. admin. §. Quamobrem

(*b*) Augnst. in Ioan. tract 5. & contra Literas Petiliani lib. 2. c. 47. Chysost. hom. 8. in c. p. ad Corinth. Ambros. de his qui minist. initiant. cap. 5. Trid. sess. 7. de Sacram. can. 11.

(*c*) S. Gregor. Hom. 17. in Evang.

(*d*) Act. Eccl. Mediol. p. 4. Instruct. de Sacr. admin. §. in omn . Concil. Mediol. 1. p. 2. tit. de iis quæ ad Sacram.

quæ in eorum administrationis usum adhibentur, ab omni sordè munda sint [e] quodamque ecclesiasticæ munditiæ nitore, ac puritate colluceant. Nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiam in profanis. (f)

Cæremonias, & ritus à Sancta Romana Ecclesia, quam Ecclesiarum omnium matrem, & magistram agnoscimus, institutas, inviolabiliter servent, [g] singula verba, quę ad illorum formam, & mysterium pertinent, nec non ad alias orationes & preces, integrè, clarè, & devotè pronuncient, & ad hoc Rituale Romanum jussu Sanctissimi Pauli Quinti Pontificis editum, sæpiùs evolvant, attentè perlegant, ne ullo tempore ad tam sanctæ administrationis officia minùs idonei, ac parati inveniantur. [h].

Sacramentorum usum, & efficaciam populis frequenter, ac præsertim cùm ea sint administraturi, & commodè fieri poterit, explicare nitantur, [i] ut majori fructu ea recipiant, & ad ea recipienda maiori studio accendantur, & in hoc adimplendo Catechismo Romano, (l) & Instructionibus, quas adjuvante Deo, vel cum hac Nostra prima Synodo, vel alio commodiori tempore dabimus, utantur.

Antequam tamen Sacramenta illis è Populo sibi subiecto administrent, an sciant Orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, nec non Decalogi, & Ecclesiæ Præcepta experiantur, & si quem hæc Fdei rudimenta, maximèque præcipua Mysteria cognoverint ignorare, per aliquot dies ipsum arceant, donec instructus evadat. [m] Sciant tamen Parochi suum esse munus hoc interim illum instruere, (n) omnemque suam negligentiam in eo instruendo ream gravi reatu fore apud Deum, qui è manibus Pastorum Oves eorum culpa deperditas, requiret.

Populi verò cum maxima reverentia, viri nempe depositis armis, fœminæ debita corporis, ac vestium modestia, uni ab aliis separati, remotoque inani colloquio ad ea suscipienda devotè, ac humiliter accedant. [o]

Paro-

(e) Acta Eccl. Med. d. Instruct de adm. Sacr. §. Hoc etiam Rit. Rom. Rubr. de iis, quæ ad Sacr. adm. §. Curabit.

(f) Cap. relinqui §. nimis enim de Custod. Euch. &c.

(g) Innoc. 1. ad Decent. Eugub Epist. 1. Concil. Tolet. 4. can. 2. Concil. Trid. sess 7. de Sacram. Can. 13. Rit. Rom d. Rubr. de iis quę ad Sacr. admin. §. quæ verò §. dum Sacramentũ.

(h) Paulus V. Const. Apostolicæ 85. edita die 17. Iulii 1614.

(i) D. Carol. Acta. Eccles. Med. par. 4. Instruct. de Sacram. admin. §. Sacramenti. Ritu Rom. Rubr. de iis quæ in Sacr. admin. §. in Sacramentorum. Concil. Trid. sess. 24. de Reform. cap. 7. Concil. Sypont. cap. de Sacram. Conc. Rhemen. Anno 1564. can. 3.

(l) D. Carol. d. Instruct. §. Sacramenti Ritu. d. §. In Sacramentorum & §. terum.

(m) Sacr. Cong. Concil. super oblig. Paroch. docendi doctr. Christ. die 19. Ianuar. 1619.

(n) Conc. Trid. sess. 24. de refor. cap. 7.

(o) Conc. Mediol. 5. par. p. tit. quæ ad sacramentalia, & Sacramenta. Acta Eccles. Mediol. p. 4. Instr. de Sacram. admin.

Parochi quocumque die, ac noctis hora ad Sacramenta ministranda vocentur, verborum benignitate vocantes recipiant, hilarique vultu charitatem paternam significante libentissimè, & ut potest, celerrimè accedant. [p]

Ac propterea Populum sæpè numero, prout sese obtulerit occasio, Pastorali zelo præmonebunt, ut nulla habita temporis, nec loci, neque alterius cujuscumque incommodi ratione, cùm sacro eorum ministerio opus fuerit, liberè illos semper paratos, & quamcumque horam, qua possint Ovibus suis prodesse, opportunam putantes, advocent. (q)

Non tamen expectent, ut de Sacramentis conferendis ab ægrotis, vel eorum consanguineis rogentur, (r) sed ultrò ad illos non semel, sed sæpiùs, quatenus opus fuerit, accedentes, prudentia, & charitate ad Sacram Confessionem inducant, omniaque servantes, quæ à Rituali Romano sanctissimè præscribuntur, caveant, ne vel mors Sacramenta præveniat, vel morbo invalescente semimortui non sentiant. Quòd si parochorum culpa, vel negligentia, [s] sine susceptione Sacramentorum, & Commendationis Animæ suffragiis illos mori contigerit, Deo, & Nobis rationem reddent, arbitrarias pœnas pro rei gravitate daturi.

Caveant quoque, ne in Sacramentorum administratione aliquid, & si minimum, verbis, aut signis quovis prætextu, directè, vel indirectè exposcant, (t) sed quæ gratis acceperunt, gratis ministrent. (u) sin autem aliquid eis peracto jam Sacramento, spontè, ac liberè eleemosynæ titulo, ac pietatis studio à fidelibus offerri consueverit, quamquam sic datum non improbetur accipere, consultius tamen esset ad omnem avaritiæ suspicionem evitandam recusare. [x]

Sacra Olea quotannis, veteribus combustis, eorumque cineribus in Sacrarium projectis, nova sumant, nec ultra annum illis, nisi necessitas urgeat, utantur. (y) Eorum Vasa argentea sint, vel saltem stamnea [z] affabrè tamen, diligenterque elaborata. Habeant literas ex-

(p) Leo Papa Epist. 4. cap. divinis c. 23. q. 1. Rit. Rom. l. cit. §. quacumque. Acta Eccl. *Mediol.* par. 4. Citata Instruct. §. quacumque.

(q) Rit. Rom. loc. cit. d. §. *quacumque* d. Instruct. d. §. quacumque.

(r) Conc. Rhemen. cap. de extr. unct.

(s) Cælest. in cap. 2. ad Episc. Galliæ c. agnovimus c. 26. q. 6.

(t) Cap. baptizantis 99. c. nullus 100. c. placuit ut nullus c. placuit ut unusquisque c. emandari c. p. q. p. Conc. Londin. 1. cap. 3. Conc. Oxonien. p. c. 22. Mediol. p. p. 2. tit. de his quæ ad Sacr. Admin. §. cum Acta ejusd. Eccl. Med. p. 4. instr. Sacram. §. illud porrò.

(u) Math. cap. 10

(x) Concil. Tolet. 11. can. 8. temp. Adeodati Papæ An. 675. celebrati cap. quidquid, 101. c. p. q. 1. Concil. Mogunt. cap. 92. Concil. Treveren. cap. 14. Rit. Rom. Rubr. de admin. Sacram. §. illud porrò.

(y) C. literis 18. de consecr. dist. 3. c. si quis de alio 122. de consecr. dist. 4. Rit. Rom. de Sacr. Bapt. §. de Sacris Oleis vers. curent, & vers. veteribus. Conc. *Mediol.* 4. p. 2. tit. quæ ad Sacram.

[z] Ritual. Rom. rubr. de Sacram. Bapt. d. §.

extrinfecùs impreffas, quibus demonftretur Olei genus, quod intus erit, ne in illis miniftrandis per incuriam confundantur, alterumque pro altero adhibeatur [*aa*] Conferventur in Ecclefiæ loco decenti intus ferico veftito, clavibufque penes Parochum femper retinendis obferato; (*bb*) eaque fub quovis prætextu nullibi, nec in domicilio ægroti relinquantur, ni fortè adfit facerdos, qui fe diligentiffimum cuftodem polliceatur.

Plebani quolibet anno Sacerdotes, aut alios, faltem in Sacris Ordinibus conftitutos, nunquam vero laicos [*cc*] ad Primatialem Ecclefiam mittant Olea noviter confecrata recepturos. Hæc autem in capfula pariter decenti, tutòq. obferata decenter, ac devotè deferantur. Plebani poftquam receperint, Curatis tantùm, ac Animarum rectoribus Ecclefiæ Plebaniæ fubordinatis diftribuant. Sacrifta vero, feu alius eorum Cuftos, ac in Ecclefia Primatiali Diftributor referat in librum ad hoc deftinatum Ecclefiarum, & perfonarum, nomina, quibus Sacra Olea data fuerint. (*dd*).

(*aa*) Rit. Rom. loc. cit. verf. ad ufum.

(*bb*) Conc. Turon. 1. can. 20. Conc. Oxonien. can. 16. Ravennat. 2. fub Clem. 5. rubr. 7. c. ftatuimus de cuftod. Euch. Chrifmat. Conc. Med. 3. tit. quæ ad Sacram. &c. §. fanctis.

(*cc*) Ritual. Rom. Rub. de Sacram. Bapt. §. de Sacr. Oleis verf. Parochus Concil. Carthag. 3. fub Anaftafio Papa An. 379. can. 36. Concil. Vafen. Theodofio Iuniore, & Diofcoro Conful. can. 3. Mediol. p. par. 2. tit. quæ pert. ad Bapt. §. caveant.

(*dd*) Synod. Pifan. An. 1650. & Ann. 1678. in utraq. cap. 5. §. Plebani.

De Sacramento Baptifmi.

CAPUT VIII.

INter omnia Sacramenta, quæ è latere Chrifti manarunt, Baptifmus principem locum habens, nobis omnibus, qui filii Adæ nafcentes contagium mortis antiquæ prima nativitate contraximus, adeò eft [*a*] neceffarius, ut, nifi ex Aqua, & Spiritu Sancto renafcamur, Divinæ Mifericordiæ, quæ ex initio rerum ferebatur fuper aquas expertes æternam hæreditatem nobis emptam pretio magno confequi non valeamus. Quamobrem Paftoralis Noftræ folicitudinis ratio poftulat, ut omnem diligentiam, omnemque in eo adminiftrando peritiam adhiberi provideamus. Cùm enim caufa potiffimum agatur infantium, qui hoc falutari remedio carentes, Cæleſti quoque gloria fpoliarentur (*b*) *pro illis tantò impenfius loqui deberemus, quantò pro fe ipfis minus poffunt.* [*c*] Sed

(*a*) Conc. Florent. in inftr. Armen. §. 1. Conc. Trid. feff. 7. can. 5. de Baptifm.

[*b*] Auguft. lib. 5. contr. Iulian. Pelag. c. 10. De pecc. merit. & remiff. lib. 1. cap. 16. Ambrof. lib. de vocat. gent. c. 16. Gregor. lib. 7. Regeft. q. 53. ad 2.

(*c*) D. Auguft. de pec. merit. &c. lib. 3. cap. 12.

Sed cùm à Rituali Romano *(d)* omnia, quæ sunt in hujus Sacramenti administratione servanda diligenter, & accuratè edoceamur, nihil Nobis superesse videtur, quàm, ut eorum exactam, inviolabilemque observantiam Parochis, & Sacerdotibus omnibus tanti sacramenti ex officio Ministris præcipiamus. Quemadmodum tam in iis, quæ de jure Divino pro ejus validitate respectu formæ, materiæ, ac ministri absolutè sunt necessaria, quàm in iis, quæ ad illius pertinent solemnitatem, nempe ritus, & cæremonias, ex Apostolica, & antiquissima traditione receptas, & approbatas piè, ac inviolabiliter [*e*] observari districtè præcipimus.

Non tamen, cùm omnibus urgente necessitate *(f)* liceat baptizare, solicitudini Nostræ satisfactum est, quòd Parochi hæc omnia probè teneant, ac exactè exequantur, nisi ea Populum quoque doceant. Quamobrem volumus, quòd sæpè in *(g)* anno in iis, quæ ad substantiam pertinent hujus Sacramenti, & quæ ad illud validè conferendum necessariò requiruntur, plenè illum instruant; ne medium hoc ad Salutem omnino necessarium imperitia in casu necessitatis Baptizantium, inane, cum Animarum jactura reddatur.

Verùm, cùm non rarò contingat, quod Obstetrices errent, præsertim in proferenda forma, id ò unicuique mulieri sub pœnis arbitrio nostro infligendis *(h)* inhibemus, ne audeat in posterum Obstetricis munus exercere, ni facultatem specialem à proprio Parocho in scriptis habeat singulis annis prævio, ac diligenti examine renovandam. Et nihilominus, licèt fuerint approbatæ, sæpè, & saltem semel in mense à Parocho quò ad materiam, formam, & intentionem examinentur. [*i*] Parum enim semper erit, licèt multũ temporis, laboris, ac diligentiæ, ne unjus tantùm Animæ jactura fiat, à Parochis impendatur, cujus tam copioso munere redemptio agitur, ut homo Deum valere videatur. *(l)*

Quod, si quæ ex prædictis Obstetricibus, vel alius Domi

Ba-

(d) Ritual. Rom. de Sacr. Bapt. recte admin.

(e Conc. Trid. sess. 7. cap. 13. Rit. Rom. loc. cit. in princ.

(f) Conc. Later. 4. sub Innoc. 3. can. 1. Conc. Florent Decret. Eug. 4. Instruct. Arm. §. 1. Conc. Trid. sess. 7. can. 4 de Bapt. Eug. 4. Const. 23. Cantate §. 13.

[*g*] Cathec. Rom. p. 2. c. 2. n. 2; *D.* Carol. in Act Eccl. Mediol. p. 4. Instruct. de Bapt. &c. tit. quæ Parochus in Bapt. admin.

(h) Conc. Mediol. 5. sub D Carol. par. p. tit. quę ad Baptism.

(i) Conc. Med. 4. p. 2. tit. quæ ad Sacram. Bapt. Rit. Rom. loco citat.

(l) D. August. de diligendo Deo cap. 6.

Baptismum in casu necessitatis; cùm extra necessitatem laicis non liceat, [m] administraverit, Parochus, seu Sacerdos, qui cæremonias in Ecclesia supplere debet, diligenter de modo, quo puer baptizatus fuerit, præcipuè de forma prolata semper inquirat, (n) & si rectè omnia ad Baptismum necessaria servata fuisse repererit, suppleat tantùm Sacras preces, & cæremonias prætermissas, prout in Rituali Romano præscribitur. (o) si verò probabiliter dubitet, an rectè, ac validè baptizatus fuerit, eumdem sub conditione baptizet, (p) *quod enim non ostenditur gestum, ratio non sinit,* (q) *ut videatur iteratum, nec temeritas intervenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis*; Et in libro Baptismi fideliter, & sub diligenti custodia retinendo unà cum aliis adnotandis ad formam Ritualis Romani hoc ipsum plenè adnotet, & exprimat sub gravi pœna arbitrio Nostro infligenda.

Nullatenus Domi, aut in Oratoriis, (r) sed in Ecclesiis duntaxat, in quibus sunt Fontes ad hoc specialiter deputati, nisi vel à Nobis licentia, in causis tamen (s) à jure permissis, obtineatur; vel fortè mortis discrimen impendat, Baptismus administretur. Et nihilominùs in utroque casu quam primum ad Ecclesiam Infans baptizatus, si poterit, deferatur, ut Ritus, precesque consuetæ per Parochum suppleantur.

Parentibus verò districtè inhibemus, ne Baptismum filiorum quacumque causa, vel prætextu differant (t) ultra tres dies, [u] ne, dum adhuc tempus ad præbendum Redemptionis mysterium quæritur, interveniente paululum mora, inveniri non valeat, qui redimatur (x) nimis enim paternæ repugnat charitati, ut dum tempus in vana quandoque pompa ad Baptismum apparanda inaniter teritur, anima filii, pretio magno redempta, maximo, gravissimoque periculo, ex quo nunquam emergere posset, exponeretur. (y)

Quòd si culpa, vel negligentia Parochi, quem sine Sacramento Baptismatis (z) decedere contigerit, Parochus gravissimè punietur.

[m] Cap. in necessitate, cap. Diaconos de Consecr. dist. 4. Clem. unica de Baptismo.

(n) Act. Eccl. Mediol. sub D. Carol. p. 4. Instr. Bapt. §. de iis quæ Parochus Caroot. 1526. Const. ve[illegible] ab. Odonis Episc. Paris cap. 3. §. 4 Tit. 3. §. Sa[c]erdotes.

[o] Rit. Rom. de Sacr. Bapt. §. ordo supp. codi omissa

(p) Can. cum itaque 112. dist. 4. de consecr. Cat. Rom. p. 2. cap. 2. de Sacr. Bapt. n. 56. & 57. Conc. Carthag. 5. cap. 7. Asturic. c. [illegible] Const. Odon. Paris c. 3 §. 4.

(q) Leo Papa ad Rust. Narbon. Episc. Epist. 93. cap. 15. cap. in nulla dist. 4. deconsecr.

(r) Cap. Clerici 33. de consecr. dist. [illegible] c. 10 necessitate c. Diaconos de consecr. dist. 4 Conc. Colon. 2. p. 6 cap. 11. Clement. un. de Bapt. Ritual. Rom. loc. cit.

(s) 4. Clem. un. de Baptis.

(t) Eug. 4. Const. 23. Cantate §. 13. Cat. Rom. p. 2. c. 2. n. 34. Conc. Bituricen. An. 1582. Conc. Rothomag. 1585. tit. de Sacr. cap. 3.

(u) Concil. Avenion. 1594. Parisien. 1673. Vasionen. 1676.

(x) Can. Baptizari 3. dist. 5.

(y) Conc. Bitorg 1584. Rhemen 1583. Senonen. 1524 Aquen. 1583. Paril. 1557.

(z) Ex Decreto Martini 3. in cap. quicunque 122. de consecr. dist. 4.

Cu-

Curent Baptizantes, ne Infantibus nomina profana, vel quæ Ethnicorum memoriam, non sanctitatem referant, quam in Baptismo induere profitemur, sed nomina duntaxat Sanctorum imponantur, (*aa*) ut nominum similitudine ad eorum imitationem, crescentibus annis excitentur; vel si quod ob aliquam causam esset imponendum, saltem alicujus Sancti nomen in futurum retinendum superaddatur.

Nec regulares (*bb*) quicumque, nec Clerici (*cc*) sæculares Patrini sine nostra licentia ad Infantes è Baptismo suscipiendos admittantur. Reiiciantur verò omnino ab hoc Patrini munere omnes, qui à Rituali Romano excluduntur, præsertim ignorantes Fidei rudimenta. (*dd*) Adulti sine nostra licentia non baptizentur, dummodo urgens necessitas id non patiatur, ut certi simus, an sufficienter instructi fuerint, (*ee*) & si nobis placuerit solemniùs ad formam Ritualis Romani illis Baptismum conferre, deliberare possimus.

Et qui admittuntur, moneantur à Parocho de spirituali cognatione, quam cum Baptizato, ejusque Patre, ac Matre contraxerunt, [*ff*] nec non de obligatione, quam habent, in rebus Fidei, ac bonis moribus instruendi, quos de Sacro Fonte suscipiunt, si eorum Parentes, vel id negligant, vel impediantur. (*gg*)

Parochi omnes, etiam Regulares ad Aquæ benedictionem faciendam, & quotannis ex antiquissima (*hh*) institutione Ecclesiæ die sabbathi Sancti, & Sabbathi Pentecostes renovandam adeant Ecclesiam Plebaniam, cui subordinantur, illique debitum obsequium præstent, suoque Plebano in Aqua benedicenda assistant, & opitulentur; (*ii*) qui hoc neglexerint, scutorum duorum pœna plectantur, pauperibus eorum Parœciæ arbitrio Nostro eroganda.

In Ecclesiis verò extra Urbem, ubi est Baptisterium, & quæ Plebibus sunt subordinatæ, Aquæ benedictio in Sabbatho Sancto non fiat, sed vel Aquam benedictam à Fontibus Matricis Plebis accipiant, vel Sabbatho Pentecostes benedictionem faciant.

Tan-

(*aa*) Conc. Nicen. can. 30 Conc. Mediol. 4. p. 2. tit. quę ad Sacram. Bapt. Cat. Rom. p. 2. cap. 2. de Bapt. n. 73. *Ritual.* Rom. loc. cit. Concil. Rhemen. Ann. 1583. tit. de Bapt. cap. 7.

(*bb*) Cap. placuit 8. c. 16. q. 1. c. non licet 103. c. Monachi 104 de consecr. dist. 4. Conc. Colon. 3. tit. Censurę c. 15. Cōc. Mogunt. 4. cap. 16.

(*cc*) Decreta Gener. Visitat Civit. & Dięc. Pis. factę a Visitatore Apostolico An. 1584. §. Clerici. Synod. Pis. 1616 1625. in utraque tit. de Bapt. §. Clericos, Conc. Rhemen. sub Greg. xiii. & Henrico 3. de Baptis cap. 7. Conc. Antissiod can. 25. Conc. Aquen. 1585

(*dd*) Rit. Rom Rubr. de Sacr. Bapt. §. d. Patrinis vers. sciant eadem, Decreta Visit. Apost §. Baptizandus.

(*ee*) Ad tex. in c Bapt. 60. de Consecr. dist 4. Concil. Carthag 4. can. 85 & 86. sub Anastas. 1. celebratum S. Carol. in Actis Eccl. Med. Instruct. de Bapt. Adultor. §. de Baptismo adultorum.

(*ff*) Conc. Trid sess. 24. cap. 2. de Refor. Matrim.

(*gg*) D. August. Serm. post Pascha, qui incipit Hodiernus dies cap vos ante omnia. 105. de Consecr dist. 4. Conc Rhemen. 1583. tit. de Bapt. can. 7.

(*hh*) De hoc antiquissimo ritu Tertull. lib de Bapt. cap. 19. S. Leo epist. 16. ad Episc. Sicilię, Conc. Antissiodor. can. 18. Matiscon. 2. can. 3. Paris 6. par. p. c. 7. & 33. Melden. can. 48. Tributien. can 12.

(*ii*) Eadem Decr. Visit. Apost. §. Ad fontes. Synod Pisan. A 1650 & 1678. in utraq c. de Bapt. §. & quoniam.

Tandem, cùm in Visitatione Diœcesis à Nobis facta nonnullos Sacros Fontes majori munditia, majorique decentia retineri optavissemus, ut Aquæ sanctitatem, quæ ibi conservatur, in animis fidelium magis imprimere valeant, præcipimus, quòd omnis Fons Baptismalis lapideus sit, vel ex alia materia solida in decenti loco, ac decenter ornatus, *(ll)* serico, vel alio honesto Conopeo *(mm)* vestitus, benè, ut intrò pulvis non penetret, obseratus, umbellam, ne ulla sorde desuper decidente commaculetur, superpositam habens; cancellis ferreis, seu saltem ligneis, decorè fabrefactis, circumseptus, *(nn)* seris, & clavibus apud Parochum perpetuò custodiendis, clausus, imaginem præseferens Christi Domini Baptismum à Joanne in Jordane recipientis, *(oo)* aquasque, quibus nos postmodum sanctificaremur, santificantis.

Vasa pariter Sacrorum Oleorum Chrismatis, & Catechumenorum, Cochlear, seu Vasculum ad fundendam aquam super caput baptizandi, nec non Vas, ubi conservatur Sal, sint argentea, vel saltem stamnea; *(pp)* omniaque, quæ pro hoc Sacramento ritè administrando requiruntur, sint decentia, & munda; magisque Aqua solemni ritu quolibet anno benedicta, nitida, & pura diligenter servetur, itaut vel exteriùs, vel interiùs, nil nitoris, ac munditiæ in futura, & imminenti Nostra Visitatione desiderare valeamus.

Plebani deniq. omnes, & alii Curati, apud quos in Diœcesi est Fons Baptismalis, aut Baptisterium, singulis annis ad sextum Kal. Octobris in die Consecrationis Primatialis Ecclesiæ, quando ibidem Parochi de more se sistunt, deferant ad Ordinarium, aut, si impediantur, curent deferendas schedas ad exemplum libri Baptizatorum, continentes, & diem, & nomina omnium, eo anno à se Baptizatorum, eorumque parentum, & compatrum. Negligentibus duorum aureorum multa in pios usus arbitratu Ordinarii convertenda, statim irrogata sit.

Quoniam verò ex hisce omnibus schedis liber deindè

(ll) Concil. Illerden. sub Joann. 1. Anno 524. cap. 7. & c. Omnis Presbyter 106. de Consecr. dist. 4. Concil. Med. 4. par. 2. tit. quę pert. ad Sacr. Bapt. §. fons.

(mm) Concil. Med. 1. d. tit. §. habeat. §. conopeo §. Tabellam.

(nn) Concil Med. 1. d. tit §. præterea Rit. Rom. Rubr. de Sacr. Bapt. §. de tempore &c. vers. Baptisterium Decreta Visit. Apost. Pisan. §. Baptisterium

(oo) d. Concil. Med. 1. cit. § decebit Rit. l. cit. d. vers. Baptisterium.

(pp) Rit. Rom. d. Rubr. de Bapt. §. de Sacris oleis &c. §. Chrisma. §. vasculum; D. Carol. in Act. Eccl. Med. Instruct. Fabr. Eccl. cap. 19. de Bapt.

indè conficiendus eſt, atque in Piſani Capituli Archivio, unà cum aliis baptizatorum libris aſſervandus, ideò ſchedæ integris foliis conficiantur, & Canonicis Archivii Præfectis, ab ipſomet Cancellario ſubſcriptæ, ejus rei cauſa tribuantur.

De Sacramento Confirmationis.

CAPUT IX.

NON eſt, quòd noſtram infirmitatem miremur, Sacramentum Confirmationis æquè Sacroſanctum, ac ipſe Baptiſmus, (*a*) inſtitutum à Chriſto Domino, ut in hoc regenerati ad Vitam, eodem confirmemur, (*b*) ac roboremur ad pugnam, vel prætermittitur à multis, vel debita diſpoſitione ſuſcipitur à paucis; ex quo Spiritum Sanctum, (*c*) qui in hoc Sacramento datur ad robur, ficut datus eſt Apoſtolis in die Pentecoſtes, plerunque non accipimus.

Quapropter Parochorum diligentiam in hoc præcipuè requirentes, volumus, quòd omnes, & ſinguli curam Animarum agentes, præcedentibus diebus ante Pentecoſtem (*d*) Populo denuncient tempus, quo Sacrum Chriſma erit in Eccleſia Noſtra Primatiali miniſtrandum, ejuſdemque Sacramenti naturam, vim, dignitatem, ſaluberrimos effectus explicent, ac declarent. Deindè diſtinctè notent per familias eorum Parœciæ eos, qui nondum hoc Sacramentum ſuſceperint, moneantque, ut ſuſcipiant, quæque ad illud ſuſcipiendum requiruntur, diligenter edoceant.

Idem ſervent Parochi Diœceſis, præcedentibus pariter Dominicis, ac Feſtis poſtquam Viſitatione recurrente, (*e*) Circularibus Noſtris literis certiores facti fuerint, quando, & ubi hoc Sacramentum unjuſcujuſque Parœciæ Populo adminiſtrare decreverimus, ne quem eorum, qui ſibi cuſtodiendi commiſſi ſunt, in hoc agone vitæ, quæ militia eſt ſuper terram, inermem inveniat fraudolentus ille contortor, à quo nemo unquam

[*a*] D. Aug. lib. 2. contra lit. Petil. Donat. cap. 104.

(*b*) Melch. Pap. Epiſt. ad Epiſcop. Hiſp. cap. 2. Can. Spiritus Sanctus de conſec. diſt. 5. Conc. Senon. ſub Clem. 7. decret. 10. §. de S. Confirm.

[*c*] Decret. Eug. 4. in Inſtr. Armen. §. ſecundum.

(*d*) Catech. Rom. par. 2. cap. 3. §. p. de Sacr. Conf. Conc. Med. 4. par. 2. quæ pert. ad Sacram. Conf §. p. Conſt. Ven. Odon. Pariſ. cap. 4. §. 2. & 4.

[*e*] Greg. 1. lib. 8. Epiſt. 46. Conc. Mediol. 5. p. p. tit. quæ ad Confir. Sacr. pert.

nocendi inducias extorſit. [*f*]

Requirant verò ab iis, qui confirmandi ſunt, an ſeptennium expleverint, eo namque minores (*g*) ad hoc Sacramentum, niſi ob aliquam juſtam cauſam nobis aliter videatur, non accedant; (*h*) an ſint in rebus Fidei ſufficienter inſtructi, ignorantes enim Myſteria Fidei non admittentur. (*i*) Et iis, quos idoneos repererint, vel reddiderint, poſtquam Sacramentaliter (*l*) confeſſi fuerint, ſchedulam juxta formulam inter alias in calce hujus noſtræ Synodi apponendam in eorum idoneitatis teſtimonium relinquant.

Confirmandi omnes pariter ſecum habeant lineam vittam mundam, qua poſt Sacram Unctionem ligatam frontem ad duos dies ob reverentiam Chriſmatis, quod nec in vaſculo portari, [*m*] nedum tangi poteſt à Laicis, retineant. (*n*) Quibus tranſactis, ne in uſum profanum adhibeatur, ad proprium Parochum accedentes, ut eodem tempore in Libro Confirmatotum eos deſcribat, [*o*] eamdemque Victam amoveat, hanc relinquant eidem Parocho conburendam. (*p*)

Si verò aliquis dubitans, an hoc Sacramentum receperit, dubium nec deponere, nec rationabiliter vincere poſſit, ad illud ſuſcipiendum non accedat, antequam Nos, ſeu prudentem conſulat Confeſſarium.

Cum autem Sacramentum iſtud indelebilem Characterem imprimat, proindeque ſine Sacrilegio reiterari (*q*) non valeat, nec non ſpiritualem inducat cognationem (*r*) inter confirmantem, & confirmandum, præter Librum, quem ad hunc uſum Primatialis Eccleſia paratum habet, omnes quoque Parochi librum diſtinctum habeant, (*ſ*) in quo ad formam Ritualis Romani omnes, qui ex ſua Parœcia fuerint Confirmati, eorumque Parentum, ac Patrinorum nomina deſcribantur. Qui non paruerint, inobedientiæ pœnas dabunt.



(*f*) Petr. Dam. Serm. p. de Dedicat. Eccleſ.

(*g*) Cap. ut jejunii de Conſecr. diſt. 5. Conc. Ligon. 1504. Senonen. 1524. Pariſien. 1557. Bituricen. 1584. Aquen. 1585. Siponr. 1557. de Confirm. Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. quę pert. ad Sacram. Confirm. Catec. Rom. p. 2. cap. 3. §. 18.

[*h*] Conc. Med. 1. tit. quæ ad Conf. pertinent.

[*i*] Conc. Med. 5. p. p. cit. tit.

(*l*) Cap. ut Jejuni de conſecr. diſt. 5. Cat. Rom. p. 2. c. 3. §. 18. Conſtit. Ven. Odon. Pariſ. c. 4. §. 3.

(*m*) Conc. 4. Carthag. can. 36. Conc. Turon. 3. can. 20. Conc. Arelat. 4. can. 18. Conc. Later. 4. ſub Innoc. 3 can. 3.

(*n*) Pontiſ. Rom. par. p. rubr. de Cõfirm. Conc. Carnot. 1526. tit. 4 §. item Curati. Bellarmin. contr. pr. de Sacr. Conf. cap. 3. verſ. quinta.

(*o*) Concil. Rothomageni; ſub Cardin. Carolo Borbonio Anno 1581. tit. de Sacr. Confirm.

[*p*] Concil Mexican. ſub Xyſto V. An 1585. tit de Sacr. Unct. §. perfecto.

(*q*) Cap. dictum eſt c. de homine de Conſecr. diſt. 5. Concil. Florent. in decr. Eugen. IV. §. 5. Concil Trid. ſeſſ. 7. de Sacram. cap. 9.

(*r*) Cap p. § ex Confirmatione c. fin. de cogn. Spirit. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 24 de refor. matr. cap. 2

(*ſ*) Rit. Rom. Formulæ &c. Decreta Gener. Viſitat. Apoſt. Diœc. Piſan. 1584. §. ii vero.

De

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

CAPUT X.

CUm hoc Sacramento, quod, ut eximii erga nos Amoris sui divinum, & admirabile pignus Salvator noster recessurus ad Patrem relinqueret, omnium suarum velut effusione divitiarum instituit; nil dignius, (*a*) nil salubrius habeat Ecclesia; nullum pariter scelus, nullamque injuriam magis ulturum, ac gravius esse Deum ultionum Dominum (*b*) pertimescere debemus, quàm si res omnis Sanctitatis plena, vel potius, quæ ipsum Sanctitatis Fontem, & Authorem continet, neque sanctè, neque religiosè tractetur.

Quamobrem custodiant Parochi omnes hoc Sacramentum reverentia, qua decet, quamque justum Religionis Officium expostulat; ut quem in eo adesse credimus, cultu quoque debito, creaturæ Creatorem, servi Dominum, redempti Redemptorem Optimum, Maximum prosequamur. Ac proindè in Tabernaculo affabrè facto (*c*) panno serico albi, seu rubri coloris circumvestito, extra verò concinnè depicto, majorique ex parte deaurato, illud asservent, ibique super Corporali mundo, [*d*] singulisque bimestribus mutando, collocent. Cujus Ostiolum serico quoque panno vestitum habeat firmissimam seram; ejusque Clavem argenteam, seu saltem deauratam serico funiculo appensam Parochi apud se sub diligenti, ac fideli custodia retineant. (*e*) Ne si forsan, quod absit, ob eorum culpam ad Sacras Pyxides temeraria se extenderit manus, pœnam à Concilio Lateranensi Quinto impositam incurrant. (*f*)

Habeant singuli Parochi, quemadmodum à Rituali Romano præscribitur, serica Conopea, albi, rubri, viridis, & violacei colorum pro temporis ratione mutanda, quibus Tabernaculum, ultra Baldacchinum, quod super Altare decens emineat, foris cooperiatur; (*g*)

(*a*) Alex. 1. Epist. p. cap. nihil 8. de consecr. dist. 2.

(*b*) Psalm. 93.

(*c*) Cap. sanè de celebr. Missar. Conc. Med. 4. p. 2. tit. quæ ad Sanc. Euchar. Sacr. pert §. Tabernaculū Conc Aquen. tempore Xysti V. tit. quæ ad Sanct. Euch. Sacram. Ritual. Roman. rubr. de Euch. Sacram. Sacr. Congr. plurièṡ apud Nicol. lucubr. can. par. 2. tit. 41. n. 25.

[*d*] Cap. relinqui 2. de cust. Euchar. Decr. Pisan. Visit. Apostolicæ. §. Tabernaculum.

[*e*] Cap. statuimus 1. de custod. Euchar. Concil. Oxomen. can. 26. Salceburg tempore Martini 5. can. 28. Ravennat. 3. tēpore Clem. 5. can. 7. Mediol. 4. p. 2. tit. quæ ad Sacramen. §. & Tabernaculi Act. Eccl. Mediol. Decr. Visitat. Apost. §. Tabernaculum. Constit. Synod. Ven. Odonis Paris. cap 5.

(*f*) Conc. Later. 4. sub Innoc. 3. cap. 20.

(*g*) Conc. Mediol. 4. tit. quæ ad Sanc. Euchar. §. Tabernaculum. Decr. Pisan. Visitat. Apost. §. Tabernaculum. Rit. Rom. de Sanc. Euch. Sacr. §. hoc autem.

nec non duas Pyxides argenteas [*h*] intus auro intectas, quarum una minori Sacramentum hoc ad infirmos deferatur, in altera verò majori, ut fidelibus communicare volentibus, maximèque infirmis nullo tempore desint, Sacræ semper Particulæ conserventur; [*i*] hyeme singulis quindecim, æstate verò singulis octo diebus per Parochos, veteribus distributis, seu sumptis, renovandæ. (*l*)

Super Tabernaculo, nec Imagines, nec Reliquiæ Sanctorum; ne debitus pretiosissimo Corpori cultus, ac reverentia dividatur, (*m*) sed Crux dumtaxat, sub cujus titulo vetus ritus fuit Sanctissimam Eucharistiam servandi; [*n*] retineantur.

Similiter, cùm in hoc Sacramento Deus sit candor lucis æternæ, lucem in Cœlis inaccessibilem habitans, conveniens est, ut illi terrena quoque lumina famulentur; ex quo curæ sit Parochis omnibus, quòd una saltem lampas diù, noctùque ante Tabernaculum semper lucens dependeat, (*o*) sub eadem pœna contrafacientibus aureorum quatuor, quæ à quatuor pariter Nostris Venerabilibus Prædecessoribus fuit constituta; pro qua incurrenda Accusatori, seu Denunciatori cum unico teste, ejusque juramento credetur. (*p*)

Studeant tandem, ut omnia ad istius Divini Eucharistiæ augustissimi Sacramenti cultum ordinata, [ni pretiosa ob Ecclesiæ paupertatem] saltem quam decentissima, & munda sint, & conserventur, ut & Parochi videantur diligere decorem Domus (*q*) ejus, & omnes venientes in conspectu Domini adorent illum in decore sancto. (*r*)

Non minori tamen corporis, animique cultu moneant Parochi singulos de Populo, ut statim in ingressu Templi ante Altare Domini procidentes, in hoc Sacramento adorent eum, quem adorant omnes Angeli [*s*] ejus; quantumque possunt, laborent, ut Deo adjuvante cum syncera, & pura conscientia, cum mundo corde, humilique corporis habitu devotè, ac reverenter illud suscipientes, viri, ubi commodum erit, à mulie-

[*h*] Conc. Mediol. 4. p. 2. tit. quæ ad Sanct. Euch. Sacram. §. duas Pyxides. Act. Eccl. Mediol. p. 3. Decr. Visit. Apost. §. Pyxis. & p. 4. Instruct. supell. Eccl §. supellex quæ ad cultū, & admin. Sacr. Euchar.

[*i*] Cap. Presbyter 93. de consecr. dist. 2. Conc. Turon. 2. can. 4. Colon. 2. part. 7. cap. 16.

(*l*) Innoc. 4. Const. 14. sub Catholicæ §. sed Eucharistiā. Clem. 8. Const. 34. Sāctissimus §. 2. Conc. Raven. 3. sub Clem. 5. can. 7. Conc. Mediol. 4. p. 2. tit. quæ ad Sanct. Euchar. §. quinque Decr. Pisan. Visit. Apost. §. Particulæ. Rit. Rom. loc. cit. § Sanctissimæ. Const. Synod. Ven. Odon. Paris. c. 5.

(*m*) Const. Synod. Carnot. 1526. tit. 6. §. Item insuper.

(*n*) S. Paulin. Epist. 12. ad Sever. Conc. Turon. 2. c. 3. celebrat. sub. Jo. 3. An. D. 570.

(*o*) Conc. Augusten. can. 18. Const. Synod. Carnot. tit. 6. §. item. cùm Christus Conc. Mediol. 1. par. 2. tit. quæ pert. ad Sacr. Sanct. Euch. §. ante ipsum Ritual. Rom. loc. cit.

(*p*) Synod. Pisan. 1656. & 1625 in utraq. tit. 6. cap 5. §. Animarum An. D. 1659 & 1678. in utraq. cap. 9. §. cum in hoc.

(*q*) Psal. 25.

(*r*) Paralypom. 16.

[*s*] Psalm. 71.

lieribus separati, (*t*) non ad judicium, sed ad remedium animæ mereantur accipere. (*u*)
Caveant tamen in hoc Sacramento administrando, ne eleemosyna quocumque modo ab iis, qui ad Sacram Mensam accedunt, etiam sponte dantibus accipiatur, quo minùs petatur. [*x*]

Sciat itaque omnis utriusque fidelis sexus unumquemque, postquam ad annos discretionis pervenerit, teneri [*y*] saltem in Pascha quotannis Eucharistiæ sumere Sacramentum. Quod salutare statutum Concilii Lateranensis Quarti, dum Parochi ex præcepto ejusdem Concilii (*z*) frequenter publicant in Ecclesiis, ne quisquam ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat; moneant etiam Populum de gravissimis pœnis [*aa*] in eo non adimplendo, persolvendis; eodemque tempore doceant, quàm grandis sit fidelium miserrima cæcitas, ut ad sumendum saltem in anno venerabile hoc Sacramentum, quo majus beneficium, nedum optare, verùm nec etiam cogitare potuissemus, compelli metu censurarum debeamus; quamque diversa, refrigescente semper magis in dies Christiana pietate, nostra sæcula sint ab aureis illis, in quibus fidelis Populus religioso, ac intimo cordis cultu quotidiè hoc Pane Cælesti vescebatur. (*bb*)

Sumantque ex hoc uberrimum argumentum ad Populum paternis monitis, ac pro viribus exhortandum, ut magna reverentia, ac pietate, magnaque animi, & corporis puritate hoc Sacramentum frequenter accipiant, quod semper accipientibus prodest; [*cc*] nec non ita vivant, ut quotidiè mereantur accipere; [*dd*] ne deficiente hoc nostræ peregrinationis viatico nobis, veluti Manna Patribus, dato, deficiamus & nos in via, & ad Cælestem Hierusalem non perveniamus; [*ee*] servatis tamen his, quæ pro admittendis pœnitentibus ad Communionem quotidianam requiruntur, & declarantur Decreto S. Congregationis à Sanctissimo Innocentio Undecimo approbato. (*ff*)

Ut autem Pastores saltem in anno cognoscant oves suas,

[*t*] Rit. Rom. rubr. de Sanc. Euch. Sacr. §. ideò populû D. Carol. Conc. Med. 1. tit. quæ ad Sacrosf. Euch. Decr. Visit. Apost. Pisan. §. Maribus.

(*u*) D. Aug. serm. 9. de tempore.

[*x*] Conc. Later. 4. sub Innoc. 3. c. 21. can. omnis utriusque sexus de pœnit. & remis. Eug. 4. Const. 2. fide digna 4. Julii 1440 Conc. Trid. sess. 13. can. 9.

(*y*) Conc. Med. 4. par. 2. Tit. quæ ad Sanctiss. Euchar. §. ne occasione.

(*z*) d. Conc. Later. 4. eod. cap.

(*aa*) d. Conc. Later. 4. cap. 2. Conc. Treven. cap. 12. Conc. Colon. 2. p. 7. c. 2. tit. censuræ.

(*bb*) Act. Apost. c. 2. Anacl. Pap. Epist. 1. cap. peracta X de Cons. dist. 2. VValfred. Strab. de reb. Eccl. cap. 20. in fin. c. illa autem 11. dist. 12. D. Thom. p. 3. quæst. 80. art. 10. ad 5.

(*cc*) D. Ambros. de Sacram. Lib. 5 c. 4.

(*dd*) D. August. serm. 28. de Verb. Dom. qui totus exscribitur ex alleg. c. 4. D. Ambr.

(*ee*) Joann. cap. 6.

[*ff*] Decr. S. Congr. sub die 12. Febr. 1679. circa Commun. quotidianam.

suas, & hæ vocem ejus audiant, (*gg*) omnes, & singuli tempore Paschali Sacram Eucharistiam in Ecclesia eorum Parœciæ, præmissa Sacramentali confessione, suscipiant; (*hh*) exceptis iis, qui de proprii Parochi consilio ob aliquam rationabilem causam ejus perceptionem in aliud tempus produxerint. (*ii*)

Quòd si etiam in alia Ecclesia susceperint sine licentia Parochi, aut Nostra, seu Vicarii Nostri Generalis, sciant præceptum Communionis Paschalis ad pœnas evitandas non implevisse. (*ll*)

Ex quo Regulares memores sint, nullatenùs illis sine licentia Parochi licere Sacramentum Eucharistiæ, resistentibus Apostolicis Constitutionibus, in die Paschatis administrare. [*mm*]

Si verò tunc temporis etiam justa de causa abfuerint, de peracta alibi Confessione, & Communione amplissimum exhibeant Parocho testimonium, vel iterata Sacramenti sumptione peccati suspicionem auferant, [*nn*] sin minùs cum eis agatur, ac si non communicassent in Paschate. (*oo*)

Et ut certus sit quilibet Pastor, ne quæ suarum Ovium ab his uberrimis, ac Salutaribus Pascuis aberret, tanquam Ovis, quæ periit; Parochi omnes in visitandis, & secundùm veterem, ex Sanctæ Ecclesiæ instituto introductum morem, & in hac Nostra Dœcesi piè servatum [*pp*] aspergendis Aqua Benedicta Domibus eorum Parœciæ, in libro Status Animarum ad formam Ritualis Romani retinendo, describant nomina omnium, qui præcepto annuæ Communionis obstringuntur, eisque schedulam relinquant, in qua manu cujuslibet Parochi scriptum sit nomen, & cognomen tum maris, tum fœminæ, quibus traditur, ab iisdem, ad Sacram Mensam accedentibus in actu Communionis eidem Parocho restituendam; (*qq*) Et si quos, sive ex Schedulis non restitutis, sive aliter non communicatos Paschali tempore deprehenderint, illos priùs Paterna Charitate moneant, & si viderint contumaces persistere, ad Nos, eodem tempore Paschali transacto,

(*gg*) Joan. cap. 6.

[*hh*] Cap. omnis utriusq. sexus de pœnit. & remiss. Eug. 4. const. 10. §. 2. Synod. Lingon. anno 1451. Conc. Narbon. anno 1501. can. 40.

(*ii*) d. c. omnis utriusque sexus Eug. 4. d. const. 10. §. 2.

(*ll*) Conc. Burdegal. anno 1583. cap. 11. Conc. Aquen. anno 1585 tit. quæ ad Sacr. Euch. pert. Conc. Tolos. anno 1590. cap. 5. §. 5. *D.* Carol. Conc. Mediol. 2. par. p. decr. 12.

(*mm*) Clem. 1. de privil. Pius 5. Const. 41. §. 4. Sac. Congr. Conc. die 2. Mart. 1610. Reg. die 23. Januarii 1586. Conc. Turonen. 1588. tit. 25. §. ut autem.

(*nn*) Conc. Tolos. cap. 5. §. 5.

(*oo*) D. Carol. Conc. Med. 1. par. 2. tit. quæ pertin. ad Sacram. Euch. §. Huic Decreta Visitat. Apost. Pisanæ §. qui in Pascha.

(*pp*) Conc. Mediol. 5. par. p. tit. quæ ad Sacramentalia §. veterum.

(*qq*) Juxta id, quod præcipitur in Decretis Visit. Apost. Pisanæ §. ut Parocho certum.

facto, sive ad Nostrum Vicarium Generalem denuncient, Censuris constringendos, ut resipiscant.

Ac proindè notificent Populo, tempus, quo ad obligationem Canonis de Communicando adimplendam, esse quindecim dierum à Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis inclusivè intercurrentium. [rr]

Illis verò, qui ægroti fuerint, vel in carcere detinentur, etiamsi extra Paschales dies Sacram sumpserint Eucharistiam, per eos, ad quos spectat, altera saltem ex diebus, quæ Paschæ Festum subsequuntur, deferatur. (ff)

Pueris autem, licèt ob imbecillitatem ætatis nondum hujus Angelici Panis cognitionem, & gustum habentibus, sacra non sit administranda Eucharistia, (tt) Parochi tamen, quorum prudenti judicio in hac re, in qua certa ætas definiri non potest, æstimandum relinquitur, quando nam censeantur discretionem à Concilio Lateranensi requisitam habere, [uu] necessariam adhibeant diligentiam, ne ob Parentum incuriam tardiùs, quàm par est, accedentes ad hanc Cælestem Mensam, hoc spirituali, ac saluberrimo pabulo priventur; Seriò animadvertentes, quòd sicut ante decimum annum, vix sufficientem usum rationis, & rerum spiritualium intelligentiam callentibus, non est danda, sic ultra decimum quartum nullatenùs est differenda.

Quamobrem in conficiendo quotannis Animarum statu habeant in libro quoque descripta nomina Puerorum, ac Puellarum, qui adhuc ad Communionem in eorum respectivè Parœcia non fuerint admissi, & recurrente prima Qadragesimæ, seu Adventus Domini hebdomada, prout magis opportunum illis videbitur, (xx) dictum statum recognoscentes, eos ad Ecclesiam convocent, & paterno instruant affectu, & quos capaces repererint, aut fecerint, proximo Paschatis, seu Natalis die, pia, ac devota præcedenti dispositione, ad Communionem admittant, dimissis illis, qui minùs idonei fuerint, in aliud tempus, nunquam tamen ultra decimum quartum annum; ultra quem, si adhuc

(rr) Eug. 4. Const. 10. §. 2. S. Congr. pluriès apud Nicol. in Flosc. §. Pascha n. p.

(ff) Cap. pervenit 29. de Consec. dist. 2. Conc. Med. 5. p. 2. tit. quæ ad Sanct. Euchar. Sacr. pert. §. quamobrem, Rit. Rom. de Comm. Pasch. §. ægrotis quoque.

(tt) D Carol. Act. Eccl. Mediol. par. 4 Instruct. de Sacram. Euchar. §. qui ad Sacram. Communionem, versic. Pueris item.

(uu) d. Conc. Lateran. 4. c. 20. cap. omnis utriusq. sexus de Pœnit. & remiss.

[xx] D. Carol. Act. Eccl Medio. par. 4. Instruct de Sacr. Commun. vers cum autem Pueros. Instruct. Euchar. §. qui ad Sacram. Comun. vers. nec verò.

adhuc ob ingenii tarditatem incapaces videantur, Nos, seu Vicarium Nostrum Generalem admoneant.

Conjuges tamen absque legitima causa simul cohabitare nolentes, donec in unum non redeant, & convivant, vel causa eorum separationis à Nobis, vel Vicario Nostro Generali non approbetur, durante contumacia, non admittantur. (*yy*)

Meretrices verò, publici Concubinarii, fœneratores, Blasphemi, Malefici, aliique publicè criminosi omnino ab hoc Sacro Convivio, in quo Christus sumitur, arceantur (*zz*) tanquam Herodi similes, qui et ipse quærebat adorare Jesum, ut interficeret, (*aaa*) nisi reipsa vitam, & mores emendaverint, & à Nobis licentiam obtinuerint. Proindèque illorum nomina ante quindecim saltem à Paschate dies, Nobis, vel Vicario Nostro Generali transmittantur, ut rematurius perpensa, paternoque zelo admoniti, conqueri se injustè rejectos non possint.

Quòd si perseverantes in publicis peccatis ægrotaverint; nec ad eos infirmos, dummodo manifesta signa Pœnitentiæ non dederint, sanctissima Eucharistia deferatur; [*bbb*] præsertim ad Meretrices, nisi quoque ad evitandum scandalum, & ad terrorem aliorum è Lupanari, seu ex loco publici peccati exierint, aut signa talia pœnitentiæ præbuerint, talesque factæ fuerint diligentiæ, ut publicæ offensioni, prudentia & conscientia Parochi, satisfactum existimetur.

In deferendo autem hoc Augustissimo Sacramento ad Infirmos, debitus ei cultus, debitaque in omnibus decentia servetur, nec aliquid per Parochos ex iis omittatur, quæ à Rituali (*ccc*) Romano præscribuntur, nisi velint Deum, & Nos ex gravi obligatione Nobis à Sacris Canonibus [*ddd*] injuncta, ultores habere.

Reservamus tamen Nobis, inhærentes Decretis, ac Regulis Sanctæ Memoriæ Innocentii XII. pro Urbe propositis, (*eee*) peculiarem super hoc edere Instructionem ac monita; ad excitandam devotionem, ac semper magis in diem promovendum, & augendum cul-

(*yy*) Decret. Vis. Apost. Pisan. §. uxoribus. Acta Synod. Augusten. tempore Caroli 5. tit. 29 §. item quando.

(*zz*) Conc. Tolet. 1. can. 17. Concil. Ravenn. 2. sub Jo. 22. c. 5. Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. quæ pertin. ad Sacr. Sanct. Euch. § Publici. cap qui scelerate de cons. dist. 2. cap. quia in omnibus de usur. Rit. Rom. rubr. de Sac. Euch. §. fideles. Decret. Visit. Apost Pisan. §. Confessarius Acta Eccles. Mediol. p. 4. Instr. Euchar. vers. non administrentur.

(*aaa*) D. Chrisost. hom. 7. in Matth.

(*bbb*) Ritual. Rom. de Commun. infirm. §. Primo.

(*ccc*) Ritual. Rom. de Commun. Infirm. per tot. Rubr.

(*ddd*) Honor. 3. in cap. sanè de celebr. Missar.

(*eee*) Const. Innoc 12. Debitum Pastoralis die 5. Januar. 1695. Edictum de mandato ejusdē Innoc. 12 cum Regulis, & Instruct. die 2. Febr. 1695.

cultû Sanctiss. Eucharistiæ in ea deferenda, & associanda.

Curent tamen Parochi, ac diligentissimè caveant, ne quis absque hujus Sacramenti Viatico decedens, tanto bono privetur ob eorum incuriam, quod si contigerit, debitam pœnam expectent. *(fff)*

Cùm verò hoc Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum fidelibus adorandum in Ecclesiis exponitur ad Divinam Opem, Divinasque Miserationes implorandas; Volumus, quòd huic Sacræ functioni decentiùs, quàm poterit, faciendæ, interveniant saltem duo Sacerdotes, ac unus Clericus, *(ggg)* nec ante Auroram fiat, nec post horas vigintiquatuor ex quacumque causa protrahatur, semperque ante *(hhh)* illud, vel publicè exponatur, vel in Sepulcro Feriæ Quintæ Majoris Hebdomadæ recondatur, viginti duabus adminùs Candelis accensis, duo, vel unus Sacerdos Rocchetto indutus altari genuflexus assistat, *(iii)* alternis horis, ut laudabiliter in Ecclesia Nostra Primatiali servatur, distributis.

In Oratoriis verò Confraternitatum, facta simili alterna distributione horarum inter Confratres, duo etiam ex ipsis, præter Sacerdotes, cum Cappa orantes semper pariter adstent: Nullusque, nisi Sacerdos, vel Clericus cum Rocchetto, aut saltem unus ex Confratribus cum Cappa eo tempore ad Altare pro necessariis para ndis accedat.

Quod si ex his in aliquo deficiatur, statim pro revocata licentia illud amplius in futurum exponendi absque alia Nostra declaratione habeatur.

Et ne nimis frequens, ac multiplex eodem tempore pluribus in Ecclesiis Expositio devotionem, ac populi minuat concursum, atque ex hoc forsan contingat, quòd, dum ad diversa loca pro visitandis Reliquiis Sanctorum currimus, & fericis, auroque involuta sacra ipsorum ossa humiliter deosculamur, ad Sanctum verò Sanctorum, præsentem in Sacramento Altaris, ni locus valdè commodus sit non accedimus. *(lll)*

Volumus pariter, quòd eodem die, ac tempore plusquàm in duabus Ecclesiis, ex illis consuetis per

E gyrum

(fff) Synod. Buscodu-cen. tit. 7. cap. 15. Antuerpien. tit. 7. c. 7.

[ggg] D. Carol. Conc. Mediol. 4. p. 2. tit. quæ ad Sanct. Euch. §. Si verò.

(hhh) Clem. XI. Liter. Circul. super debita vener. Eccl. §. 10.

[iii] Concil. Med. 4. p. 2. tit. quæ ad Sanctiss. Euch. Sacram. §. Dum illud.

(lll) Thom. à Kemp de imit. Christi lib. 4. cap. p. §. 8.

gyrū in Hebdomada diſtributis, quarum una pro utraq; parte civitatis medio flumine Arni ſejunctæ deſtinata ſit, publicè non exponatur; niſi Archiepiſcopo ex cauſa permittere viſum fuerit; ſine cujus ſpeciali licentia regulares quoque ſibi Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum exponere nunquam licere recordentur. *(mmm)*

(mmm) Sac. Congr. Rit. in una Neapolitana ſub. die 17. Auguſt. 1630. & in una Aſculana. 3. Apr. 1622. apud Barboſam Collectanea Bull. §. Euchariſtia, & plures apud Nicol. in Floſculis §. Euchariſtia.

De Sacrificio Miſſæ.

CAPUT XI.

EOdem tempore, quo gloriari, ſed in Domino, de noſtra humilitate debemus, quòd ex hominibus ad tantam Dignitatem aſſumpti ſimus, ut ipſe Chriſtus Dominus, qui ſemel in Ara Crucis ſeipſum obtulit, quotidiè manibus noſtris Deo Patri pro peccatis totius Populi Hoſtia ſalutaris, & placens immolari dignetur; timendum Nobis eſt, ac formidandum, ne ſuper nos ad Sacroſanctum Altare accedentes Divina cadat maledictio; [*a*] cùm hoc opus Dei, quo nullum aliud adeò ſanctum, adeò divinum [*b*] à Chriſtifidelibus tractari poteſt, & quod nobis ſuperni Cives, ſi in eis invidia caderet, [*c*] poſſent invidere, ne dum negligenter, verùm etiam irreverenter agamus.

(*a*) Jerem. cap. 8.
(*b*) Conc. Trid. ſeſſ. 22. decr. de obſerv. & vitan. in celebr. Miſſ.
(*c*) Urban. 8. Conſt. ſi quid eſt 2. Septembris 1636.

Quamobrem, ut omnia in eo peragendo, ejus Majeſtati reſpondeant, ac Religionem redoleant, & ſanctitatem, ſtatuimus.

Quòd Altaria, in quibus hoc Sacroſanctum Sacrificium celebratur, ſacram habeant ſupellectilem, decentem, & mundam (*d*) tres Tobalias benedictas congruo tempore mutandas, quarum duæ longitudinis ſint, cujus eſt Altaris Menſa, ſuperior verò ſaltem oblonga, qua etiam latera cooperiantur; [*e*] quæque pariter mundæ ſint ad deſignandum munditiæ corporalis, ac innocentiæ candorem, quo Sacerdos ad illud debet appropinquari.

(*d*) Carol. Conc. Mediol. p. par. 2. tit. quæ pert. ad Sacrific. Miſſæ §. ornamenta, Greg. 7. in Conc. Rom. c. 27. Conſt. Venerab. Odonis Ep. Pariſ. cap de Sacr. alt. §. 2.
(*e*) Cap. ſi per negligentiam. 27. de Conſecr. Diſt. 2. Rubr. Miſſal. tit. 2. n. 20. Conſtit. Synod. Caraor. tit. 6. §. item Decr. Viſit. Apoſt. Piſan. §. Mappæ.

Cætera quoque linteamina in uſum hujus tremendi Myſterii munditia ſemper niteant, nullamque ſordem ad-

admittant. [*g*] Si enim Altare Salomonis aureum erat, quanto majori decore, ac veneratione nostra sunt retinenda, in quibus Corpus Dominicum conservatur, ubi Sanguis ejus hauritur, ubi Reliquiæ Sanctorum reconduntur, ubi preces, & vota Populi in conspectu Dei à Sacerdotibus offeruntur. (*h*)

Nec non Sacræ Vestes pro celebratione Missæ nitidæ, ac quàm maximè honestæ sint, nilque in eis lacerum, nil corrosum, nil indecorum videatur, [*i*] simulque cum ipsis celebrantium integritas, ac animi puritas conveniat, ne cuiquam exprobet Cæleſtis Sponsus, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? [*l*]

Præcipuo tamen studio, & quàm exactissimè observent Sacerdotes in Missæ celebratione cæremonias [*m*] ab Ecclesia Romana cæterarum Ecclesiarum matre, & magistra institutas, quæ gravitate, ac dignitate plenæ, mysterisque fœcundæ reverentiam, ac devotionem conciliant.

Similiter ea, quæ palàm pronuncianda sunt, distinctè, & clara voce, quæ secretò, submissè, sed attentè pronuncient, omniaque, neque tardiùs, (*n*) neque celeriùs, quàm par est, sed ea pariter devotione, ac gravitate peragant, ut videantur agere, quod agunt, & operari, quod operantur. (*o*) Cùm enim omne crimen, atque peccatum oblatis Deo Sacrificiis deleatur, quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa Sacrificii oblatione peccatur? (*p*)

Præparent se præsertim Sacrum facturi, præmissaque, ubi opus fuerit, Sacramentali confessione (*q*) priusquam Sacras Vestes, induantur Justitiam, & Sanctitatem, quam sub religioso silentio, quod ejus cultus est, custodientes; caveant maximè Sacris Vestibus induti, ne cum aliquo colloquantur, (*r*) nec aures ad alios colloquentes admoveant in Sacristiis, à quibus absint omnes clamores, ac omnes inanes confabulationes, & in quibus omnibus adsit in secretiori parte Genuflexorium [*s*] cum aliqua Sacra Imagine, ac Tabella

(*g*) Clem. Pap. Jacobo Hierosolymit. Epist. 2. Greg. 7. d. c. 27. c. nemo 40. de consecr. dist. 1. Conc. Med. 1. p. 2. eod. tit. §. ornamenta. Const. Synod. Carnot. tit. 6. §. item.

(*h*) Idem Carnot. 2. p. Decr. cap. 132. ex Conc. Rhemen.

(*i*) Leo 4. de cura Past. Innoc. 3. in Conc. Later. 4. c. 19. & in c. relinqui de custod. Eccles. Rubr. Missal. Rom. de præp. Sacerd. §. quibus.

(*l*) S. Matth. cap. 22.

(*m*) Pius 5. const. 106. quo primum Clem. 8. const. 108. cum Sanctissimum. Urb. 8. Const. si quidest Conc. Trid. sess. 7. de Sacr. can. 13. sess. 22. decret. de observ. & vit. in celebr. Miss.

(*n*) D. Carol. Conc. Mediol. p. par. 2. cit. tit. §. ut neque.

(*o*) S. Greg. in dialog. lib. 3. c. 6. & lib. 4. c. 36. & Hom. 37. in Evang.

(*p*) Conc. Brach. sess. 3. cap. 1.

(*q*) Conc. Trid. sess. 13. de Euch. cap. 7. & can. x. Propos. 37. & 38 inter damnat. ab Alex. 7. fer. 5 die 18 Mart. 1666. Const. Synod. Carnot. tit. 6. de celebr. Miss. §. nullus.

(*r*) D. Carol. Concil. Mediol. p. par. 2. eod. tit. §. ut Sacris. Concil Trever. cap. 9 Synod. Pisan. Ann. 1616. & Ann. 1625. in utraq. tit. 6. cap. 6. §. Sacris Vestibus.

(*s*) D. Carol. Concil. Med. 1. p. 2 sub eod. tit. §. ut antequam.

bella piarum precum pro præparatione facienda.

Nullus ex Presbyteris recenter initiatis primam celebret Missam in Diœcesi Nostra, qui priùs instructus, (*tt*) & à Nostris Cæremoniarum Magistris approbatus, licentiam à Nostro Vicario Generali non obtinuerit; Si secus fecerit, suspensionem ab Altaris ministerio reformidet.

Sacerdotes exteri, ac alterius Diœcesis in quacumque Ecclesia, [*uu*] etiam Regularium [*xx*] ad celebrationem Missæ nullatenus admittantur, nisi ostenderint Literas Testimoniales à Nobis, seu Vicario Nostro Generali recognitas, & subscriptas, sub gravibus pœnis ex auctoritate Concilii Tridentini, & Sacræ Congregationis infligendis.

Nunquam tamen Presbyteri, sive Græci, sive Armeni, sine speciali Nostra licentia; ut recognoscere eorum testimoniales, & documenta possimus, & ea quæ à Clem. VIII. (*zz*) præscribuntur, exactè impleri curemus.

Arceantur verò à Sacro Altari, nec ad illud appropinquari permittantur, qui publicè, & notoriè criminosi sunt, nisi priùs emendatione vitæ sceleris maculam expurgaverint; (*aa*) Et ut in omnibus Sacro Altari debita reverentia conservetur, inhærentes vestigiis Sanctissimorum Pontificum, districtè præcipimus omnibus, & singulis Sacristis, & Ecclesiarum Rectoribus, ne ullum ad Altare tremendum Missæ Sacrificium celebraturum accedere sinant sine veste talari, & conspicua Tonsura [*bb*] eò minùs cum capillitio, quod vocatur *Perucca*. Si secus fecerint, gravem inobedientiæ pœnam dabunt.

Ne quis audeat, sive sæcularis, sive Regularis missas in Ecclesiis Monialium, aut Divina celebrare Officia, nisi à Nobis, seu Vicario Nostro Monialium facultatem obtinuerit. (*cc*)

Neque in Ecclesiis, aut Oratoriis, quæ Divino cultui dicata non sint. (*dd*) In Oratoriis verò privatis, quæ per Sanctam Sedem concessa fuerint, nemini liceat,

(*tt*) Pontif. Rom. inter admonit. ab Episc. presbyt. ordinat. facien. Cōc. Med. 1. p. 2. eod. tit. §. Magister. S. Congr. in Ulyssipon. 12. Novemb. 1605. Synod. Pis. Anno 1616 & 1625. in utraq. tit 6. c. 6. §. ne quis Anno 1650. & 1678. in utraq. c. 10. §. nemo.

(*uu*) Can. Apost. can. 34. Conc. Laod. can. 1. Conc. Chalcedon. can 11. Carthag. 4. c. 28. Synod. August. cap. 18. Conc. Trid. seſſ. 22. decr. de observ. & vitan. &c. seſſ. 23. c. 16. de refor. Liter. Circul. S. Cong. univ. Inquis. 20. Febr. 1649. & 26. Jan. 1592.

(*xx*) Quoad Regulares S. Congr. in una Ravennat. 2. Iulii 1620. in respon. ad xij. apud Pignat. to. 8. cons. 42. n. 5. & in una Neapol. 17. Aug 1630

(*zz*) Clem. 8. const. 34. Sanctissimus die 31. Aug.

(*aa*) Conc. Mogunt. 4. cap. 55 ex Decret. Nicol. 2. in Epist. ad omnes Episc. Conc. Rom. 1050. & Alex. 1. in Concilio habito Ann. 163. cap. nullus c. prætextu dist. 32. Conc. Trid. seſſ. 23. decret. de obser. & vitan. &c.

(*bb*) S. Congr. in Bonon. 2. Junii 1610. Neapol. 17. Aug. 1630. Edict. de mandato SS. D. Nostri Clem. 9. die 29. Jun. 1667. Innoc. XI. die 18. Febr. 1678 Innoc. XII. 20. Novemb. 1601. in Collect. Bullar. ejusd. fol. 215. Clem. XI. die 7. Decemb. 1706. c. Si quis ex Clericis 4. c. Clericis 5. de vit. & honest. Cler. c. prohibete 21. c. si quis 23. dist. 23.

(*cc*) Sac. Cong. 9. Decemb. 1652. apud Nicol. in flosc. Conc. Med. 2. p. 2. tit. 2. decr. 3. Conc. Med. 3. p. p. tit. de iis, quæ

ceat, tam Sæculari, quàm Regulari, cujuscumque Ordinis sit, Missam celebrare diebus solemnioribus, ac aliis in Indulto exceptis, nec postquam unica Missa in iisdem fuerit celebrata, super quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo se optimè informare; Nec post meridiem; Alioquin sciant, quòd in prædictis casibus audientes Missam ex declaratione Sanctissimi D. N. Clem. XI. Præcepto Ecclesiæ nullatenus satisfaciunt. *(ee)*

Sciant quoque Regulares omnes, cujuscumque Ordinis sint, licentias, seu Privilegia de celebrando in Altari portatili absque Ordinariorum licentia in locis, in quibus degunt, omnino esse revocata, proindèque illis Auctoritate Nobis delegata, prohibemus, ne hujusmodi Altaribus in posterum utantur, pœnis, & censuris in vim memorati Decreti [*ff*] Clementis XI. si secus fecerint, compescendi.

Verùm, non solùm post meridiem, sed nec etiam ante Auroram [*gg*] in Oratoriis prædictis, & in aliis Ecclesiis Nostræ Diœcesis, salvo DD. Canonicorum Nostræ Primatialis indulto, liceat cuique, præterquam in Nocte Nativitatis Dominicæ, quoad Missam Solemnem tantùm, *(hh)* nisi ex causa permissa, celebrare. Cùm enim [*ii*] in Altaris ministerio immoletur Dominus Noster Jesus Christus Dei Filius, qui candor est Lucis Æternæ, congruit, ut hoc, non in noctis tenebris, sed in luce fiat.

Videant tamen Sacerdotes, ne rebus humanis distracti, Cælestia deserant, & admodum raró Missæ Sacrum facientes, quantum in se est, memoriam Mortis Christi evacuent, ejusque fructum impediant; Quamobrem illos in Domino paternè monemus, ut saltem diebus Dominicis, & Festis Solemnibus Missam omnino celebrent, [*kk*] hortamurque cum Apostolo, ne in vacuum gratiam Dei recipiant. [*ll*]

Curam verò Animarum habentes, tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant, [*mm*] & præsertim ex antiquis

quæ pert. ad Missæ Sacrif. Decr. P. S. Visit. Apost. §. nullus, Synod. Pis. 1616. & 1625. in utraq. tit. 6. c. 6. § ne quis 1659. 1678. c. 30. §. Nemo.

(dd) Clem. p. Epist. 3. Felix. 4 Epist. 1. c. sicut non alii. c. Missarum. c. h ergo. c. nullus. c. solemnitates. c. unicuique de consecr. dist. 1.

(ee) Decr. Clem. XI. die 15. Decemb. 1703. & affix. & publicatum die 8. Januar. 1704.

[*ff*] Idem Decretum Clem. XI.

(gg) c. nocte 48. de consecr. dist. 1. Conc. Senon. in Decr. mar. c. 15. Mediol. 1. p. 2. tit. quæ pert. ad celebr. miss. §. missæ. Conc. Trid. sess. 22. ubi supra. S. Congr. Conc. in Pisaur. 20. Apr. & 7 Decembris 1641. Pius V Const. 4. Sanctissimus. Rubr. Miss. 15. de hor. celebran.

(hh) Sac. Rit. Congr. die 20. Aprilis 1664. & plurièes apud Pignat. cons. 25 per tot. præsertim n. 9

[*ii*] Paul. 3. const. 23. Debita.

(kk) Conc Rhotomag. 1581 de Presbyt. recent. ord. Conc. Rhemen. can. 8 Conc Aquen. Conc. Trid. sess. 23 de reform. c. 14 Decr Pisan. Visit. Apost. § curet Synod. Pis. Ann. 1616. & 1625. in utraq. tit 6. c. 6. §. ut in Sacerdotali.

[*ll*] D. Paul. p. ad Corinth c. 6.

(mm) Conc. Rhem. d. c. 8. Conc. Trid. sess. 23. c. 14.

tiquis hujus Nostræ Pisanæ Diœcesis Constitutionibus; (*nn*) nedum Dominicis, & cæteris Festis diebus, sed etiam ter in Hebdomada, maximè tempore Adventus, & Quadragesimæ, & vigiliis Sanctorum, atque etiam sæpiùs, si loci consuetudo, vel necessitas crebriorem Divini Sacrificii usum exposcat, in eorum Ecclesiis Parochialibus Missam celebrent.

Illud etiam inviolabiliter observari mandamus, quod Venerabiles quoque Nostri Prædecessores sanxerunt, ne scilicet Parochi illis diebus, quibus Populus ex præcepto Missam audire tenetur, propriam deserentes Ecclesiam ad alienam se conferant, (*oo*) ut ibi celebrent absque Nostra licentia, qua non obtenta, qui celebraverint, & qui eosdem ad celebrandum admiserint, unius aurei pœna prima vice punientur, deinde crescente contumacia, ad Nostrum arbitrium.

Extra Urbem verò dies Festi Titulares Ecclesiarum in Plebanatu tantùm existentium excepti (*pp*) intelligantur, dummodo grave incommodum Populus non patiatur, & à Dominica Passionis usque ad Octavam Paschatis exactam non celebrentur; in quibus tamen celebrandis, dum Missæ, & Vesperæ decantantur, Presbyteri omnes, & Clerici Rocchetto induti (*qq*) sint, quod etiam in cæteris functionibus Ecclesiasticis peragendis observetur.

Nec unquam Missa ullibi celebretur sine Ministro, (*rr*) aut fœmina ministrante, (*ss*) cui accessum ad Altaria pro exercitiis faciendis ad Clericos spectantibus [*tt*] prohibemus.

Ubi plures in Ecclesia Parochiali sunt celebrandæ Missæ, una illucescente die, reliquæ debitis intervallis ita pro Populi commoditate distribuantur, ut ultima, quò tardiùs potuerit, celebretur. (*uu*)

In Ecclesiis autem, seu Oratoriis ruralibus, quæ Parœciæ finibus continentur, Parochiales functiones, Parocho, aut Nobis non permittentibus, nullus Presbyter audeat exercere, (*xx*) & ut fideles ab Ecclesia Parochiali non distrahantur, monemus Presbyteros, ne Mis-

(*nn*) Decr. Pisan. Visit. Apost. §. qui verò Synod. Pisan. Ann. 1616. & 1625. in utraq. tit. 6. c. 6. §. ut Pastores Ann. 1659. 1678. in utraq cap. 15. §. Cum Animarum.

(*oo*) S. Cong. Conc. in Lucana 15. Septemb. & 27. Novemb. 1629. apud Barb. de Paroc. c. 10. n. 3. Pisan. Synod. anno 1616. & 1625. tit. 6, c. 6. §. ut animarum Ann. 1659. & 1678. §. illud etiam.

(*pp*) Alleg. Synod. Pisan. loc. cit. §. extra Urbem.

[*qq*] Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. quæ pert. ad celebr. Missæ.

(*rr*) Leo IV. Hom. de cura Past. Conc. Mogunt. 4. cap. 54 Conc Colon. 2. p. 2. c. 18. Conc. Med. 1. p. 2. tit. citat. §. celebranti.

(*ss*) Leo 4. loc. cit. Innoc. 4. const. 14. sub Catholicæ. Concil. Laodic. can. 44.

(*tt*) Soter. Pap. Epist. 2. Zach. Epist. 6. ad Pipinum Regem Conc. Paris 6. lib. p. cap. 45. Aquisgranen. sub Ludov. Pio c. 82. Theodul. Episc. Aurelian. in Epist. decr. ad Cler. c. inhibendum 1. de cohab. Cler. & mul.

(*uu*) Leo Magn. Pont. Ep. 81. ad Dioscor. Alexandr. c. ut autẽ 1. Conc. Med. 1. p. 2. eod. tit. §. in ecclesiis cap. necesse est de Consecr. dist. 1. Synod. Pis. Ann. 1650. & 1678 in utraq. c. 2. §. ubi plur.

(*xx*) Sac. Congr. Rit. in neapolitana 18. Maii 1602. apud Barb. in Collect. Bull. §. Confraternitas Synod. Pisan. 1650. & Ann. 1678. Cap. de sodalitat. §. 1.

Missam quoque Dominicis, aliisque diebus Festis in eisdem Ecclesiis, & Oratoriis celebrent, antequam in eadem Ecclesia Parochiali Sacra peracta sint, minùsque tempore, quo in eadem Concio ad Populum habetur. [zz]

Non celebretur pariter in Feria Quinta Cœnæ Domini, nisi pro reponendo Venerabili Sacramento in illis Ecclesiis, ubi sepulcra fiunt, quorum Clavis, [*aaa*] quæ per Sacerdotem est retinenda, apud personas laicas nullatenus existat.

Nec in Sabbatho Sancto aliæ Missæ dicatur, quàm Conventualis, & in illis Ecclesiis tantùm, in quibus cum Officio ejusdem Sabbathi Sancti celebratur juxta Decretvm Alexandri Octavi. [*bbb*]

Verùm, cùm inter alia Officii Nostri debita præcipuum illud sit, [*ccc*] quòd pro Piis Voluntatibus adimplendis soliciti simus, ac invigilare debeamus, ne illæ depereant, & obstricta Benefactorum fides violetur, Animæque Defunctorum debitis defraudentur obsequiis; statuimus, & mandamus, singulis Parochis, Rectoribus Ecclesiarum, Administratoribus redditurum ad Ecclesias, Oratoria, & Confraternitates, aut Loca Pia spectantium, cæterisque omnibus, qui prædictorum onerum scientiam habent, quatenus intra tres menses à præsentis Nostræ Synodi celebratione illorum notitiam Nobis exhibeant, scientes, quòd si hoc adimplere neglexerint, alieni reatus participes coram Supremo Judice Christo pro Animabus Defunctorum, quæ debitis suffragiis destitutæ torquentur, rationem erunt reddituri.

Similiter, ne longius protrahatur Missarum celebratio, quæ adhuc remanent celebrandæ, mandamus pariter omnibus, ad quos hujusmodi satisfactionis attinet onus, ut intra tres menses, prout supra pariter decurrendos, illis penitus satisfaciant; quibus mensibus elapsis, ni satisfecerint, Parochi, & Rectores Ecclesiarum, in quibus erunt satisfaciendæ, certiores Nos reddant, ut opportunis remediis, ac auctoritate Nobis

(zz) Conc. Med. 4. p. 2. §. p. vers. quod si die festo Constit. Carnot. tit. de celebr. Miss. 6 § item Nullus. Synod. Pis. An. 1616 & 1625. in utraq. tit. 6. c. de celebr. Miss. 6. §. in Oratoriis Decret. Sac Congr. Rituum circa; Jura Paroch. Funct. & Præem. inter Paroch. & Confrat. die 2. Decembris approbata à SS. Domino Nostro Clem. XI. die 12. 1704. Dub 19. Ead. Cong. pluriès apud Nicol. §. Confraternitas n. 12.

(*aaa*) Sac. Congr. in una Neapolitana die 24. Junii 1650.

(*bbb*) Decr. Sac. Cong. de Mandato Alex. 8 die 12. Febr. 1690. Declaratio ejusdem Decreti die 12. Martii ejusdem anni.

(*ccc*) Litera Circular. S. Congreg. de mandato Alex. vii. sub die 23. Decembris 1663.

bis Apoftolicis Decretis tradita, providere pro celeri fatisfactione poffimus.

Et ut facilius prædicta fatisfactio, feu negligentia detegatur, inhærentes Decretis Sacræ Congregationis fub Alexandro VII. & Innocentio XII. *(ddd)* eorum auctoritate emanatis, & approbatis: Præcipimus, quòd in Sacriftia cujuslibet Ecclefiæ Tabella omnibus patens retineatur, in qua prædicta onera dilucidè, ac diftinctè, literifque perfpicuis, & intelligibilibus defcripta videantur.

(ddd) Litera Circularis Sacr. Cong. Conc. auctoritate Alex. vii. omnibus locorum Ordinariis fcripta fub die 15. Decemb. 1663. Decretum ejufd. S. Congr. fub die 23. Novembris 1697. & ab Innoc. xii. Conftitut. Nuper fub decimo Kal. Decemb. 1697. confirmatũ.

Nec non liber ibidem quotidiano ufui femper paratus habeatur, in quo finguli Sacerdotes, qui in eadem Ecclefia Sacrificium obtulerint, Miffam à fe tali die celebratam adnotent, & propriæ manus fubfcriptione teftentur. *(eee)*

[*eee*] d. Liter. Circul. fub Alex vii. §. atque ibidem liber. prædicta Conft. Innoc. xii. §. iisdemque Ordines, & Inftruct. pro Implemento onerum Miffarum de mandato SS. Dom. Noftri Clem. xi. die pr. Octob. 1704. §. doveranno.

Prætereà, ne illi, qui negligentes fuerint, remaneant impunes, omnes Parochi, Rectores, ac Sacriftæ Ecclefiarum, cæterique, ad quos fpectat quolibet anno per totum menfem Junii reddant Nobis, feu illis, quos deputabimus, rationem onerum, quibus fatisfactum non fuerit, nec non Miffarum, quæ remanent eodem anno celebrandæ, ut illi, qui ad prædicta onera adimplenda tenentur, compelli poffint; *(fff)* quæ omnia fub pœnis arbitrio Noftro graviier exigendis integrè fervari præcipimus.

(fff) dd. Ord. & Inftruct. de mandato SS. D. Clem. xi. §. il libro delle meffe.

Tandem ejufdem Sacræ Congregationis Decreta auctoritate Urban. VIII. Alexandri VII. Innocentii XII. edita, & confirmata ad omnem incuriam in Miffis adimplendis, & ad omnes abufus, qui irrepferant, eliminandos adamuffim fervari præcipimus, & ne ab eorum inobfervantia nec coram Deo, nec coram Nobis ullatenus poffint excufari, poft hanc Noftram Synodum impreffa dabimus per extenfum.

Notarii, qui de Teftamentis, aliifque ultimis voluntatibus rogati fuerint, fub pœna excommunicationis ipfo facto incurrendæ fignificare Nobis, feu Vicario Noftro Generali, nec non intra duos menfes à morte teftatoris copiam tradere teneantur legatorum,

rum omnium Ecclesiis, Hospitalibus, aliisque piis locis, aut Christi pauperibus, vel quocumque modo ad Pias causas relictorum, ut, quàm primum fieri poterit, executioni mandentur, pro qua copia mandatum accipiant juxta taxam D Proconsulis Florentiæ, & si contumaces fuerint, pœnam excommunicationis Nobis reservatæ ipso facto incurrant. (ggg)

[ggg] Synod. Pisan. 1650. & 1678. in utraq. cap. de Notariis §. Notarii.

De Sacramento Pœnitentiæ.

CAPUT XII.

DEus Miserator, & Clemens, qui omnipotentiam suam parcendo maximè, & miserando manifestat, ut omnibus illis, qui gratia Baptismatis regenerati dona regenerationis violarent, per pœnitentiæ medicinam spes vitæ repararetur æternæ, (a) potestatem Sacerdotibus, tanquam mediis inter eum, & humanam Naturam, remittendi, & retinendi peccata tanta pietatis abundantia communicavit, ut quicquid Sacerdotes judicaverint in terris, ille comprobaret in Cælis; (b) & per eos soluti, satisfactioneque purgati ad Sacramentorum communionem per Januam reconciliationis admitterentur.

Agnoscant ergo Sacerdotes dignitatem suam, videant sortem, in quam vocati sunt, & simul intelligant quanta in hoc arduo, & sublimi ministerio peragendo bonitas, doctrina, & prudentia ab eis desideretur; ne Divino Beneficio abutentes, dum alios judicant, se ipsos condemnent.

Proinde caveant ab hoc Sacramento administrando cum peccato mortali, & se ad pietatem juxta monitum Apostoli exercentes (d) assidui sint in oratione, ac meditatione rerum Divinarum, ut tales esse valeant, qui pœnitentes doceant loquendo, & instruant operando. [e] Parùm enim possent virtutem alios docere, quam in se non haberent.

(a) S. Leo Papa Epist. 91. ad Theodor. Forojulien. Episc.

(b) D. Joan. Chrysost. de verb. Isaiæ Vidi Dominum. hom. 5.

(d) D. Paulus 1. ad Timoth. cap. 4.

(e) D. August. de vera, & fals. pœnit. c. 14. & 15. c. qui vult. dist. 6.

Studeant quoque scientiam, & prudentiam quotidiana precatione ad Deum, frequentique probatorum Auctorum lectione sibi comparare, Judicem enim agunt, & Medicum. Judiciaria potestas hoc expostulat, ut quod debent judicare, discernant. [*f*] Et si medicinam corporis facere, qui eam ignorant, erubescunt, vel si fecerint, imperitia imputatur illis ad culpam; qui nequaquam spiritualia præcepta cognoscunt, cordis se medicos profiteri non metuent? (*g*)

Et licèt hunc superni Judicii Principatum, quo vice Dei peccata retinentur, ac relaxantur, ipse Deus dives in Misericordia Sacerdotibus contulerit, non omnibus tamen, sed illis dumtaxat, qui jurisdictionem habent, vel ordinariam, vel delegatam exerceri permittitur. [*h*]

Nullus idcircò Sacerdos tam Sæcularis, (*i*) quàm Regularis, [*K*] qui Parochiale Beneficium non habet, aut approbationem à Nobis non obtinuerit, Confessiones etiam de peccatis venialibus (*l*) sæcularium, vel Sacerdotum audire, morti [*m*] articulo excepto, præsumat. Qui verò præsumpserit, præter Divinæ ultionis acrimoniam, gravissimas pœnas etiam ad mensuram delicti arbitrio Nostro usque ad sententiam Excommunicationis (*n*) incurret. Ex quo in Cancellaria liber habeatur, in quo nomina omnium Confessariorum, qui approbati fuerint, describantur. [*o*]

Parochi verò & si ordinariam jurisdictionem solùm circa suas Oves habeant, (*p*) ratioque Judicii illud exposcat, ut sententia in subditos dumtaxat feratur; (*q*) volumus tamen, ut illi Civitatis, & suburbani in tota Civitate, & suburbiis; Rurales autem extra Civitatem possint Sacramentaliter absolvere, etiam pœnitentes non subditos, delegantes ipsis ad hunc effectum necessariam jurisdictionem, arbitrio Nostro tamen, cui Nobis visum fuerit, limitandam.

Meminerint ipsi ex onere sibi à Concilio Lateranensi injuncto (*r*) Populum frequenter admonere de fideli, ac humili Confessione semel saltem in anno fa-

[*f*] D. August. de vera, & fals. pœnit. c. 14. & 15. & in c. qui vult. dist. 6. de pœnit.

(*g*) D. Gregor. in Pastorali. p. p. c. p. D. Aug. de pœnit. cap. 10. c. in. qui vult. 1. de pœnit. dist. 6.

(*h*) Conc. Trid. sess. 14. de pœnit. c. 7. & sess. 23. de reform. c. 15.

(*i*) Conc. Trid. d. sess. 23. c. 15.

(*K*) Clem. dudum §. statuimus vers. ac deinde de sepult. c. si Episcopus de pœnit. in 6. Pius V. Const. 133. Roman. Pontificis. Greg. 13. const. 9. in tanta. Clem. 8. Const. 115. quæcumque §. 9. Greg. 15. Const. 10. Inscrutabili §. p. S. Congr. ad dub. 8. inter dubia exorta super d. Const. Urban. 8. Const. 92. cum sicut.

[*l*] Decr. S. Cong. circa Commun. quot. approbatum ab Innoc. xi. & editum die 12. Febr. 1679.

(*m*) Conc. Trid. sess. 14 c. 7.

(*n*) S. Cong. Conc. in una Neapol. 11 Aprilis 1646. ad c. 15. sess. 23. de reform. apud Pignat. to. p. conf. 102.

(*o*) Act. Eccl. Med. par. 4. instruct. Cancel. §. Libri per. ad Congr.

(*p*) Conc. Senon. anno 1504. S. Carol. Act. Eccl. Mediol. p. 2. Synod. Diœc. 11. S. Cong. apud Paul. Squill. de privil. Cler. c. p. dub. 6. n. 74.

(*q*) Conc. Trid. sess. 14. de pœnit. c. 7.

[*r*] Conc. Later. 4. can. 21. c. omnis utriusque sexus de pœnit. & remiss.

facienda; quæ cùm lapsis post Baptismum sit de necessitate ad Salutem, (*s*) omnem paternam solicitudinem adhibeant quoque, ut statim ad eam post lapsum in culpam læthalem salutaribus monitis inducant.

Similiter illum hortentur, ut in solemnibus Festis videlicet Pentecostes, Assumptionis Beatæ Mariæ, Sanctorum, Natalis Domini, & Dominica Prima Quadragesimæ ad Sacramentalem Confessionem contrito, ac reverenti corde accedant. (*t*) Proindeque singulis Dominicis prædicta Festa immediatè præcedentibus è Sacro Altari necessitatem Confessionis exponentes, potissimum verò contritionis, & attritionis naturam, ac distinctionem, firmumque non relabendi animum illos edocentes, hujusmodi tam salutarem exhortationem nullatenus omittant.

Id præ cæteris ante animum Parochi habeant, quòd Quadragesimali tempore recurrente, primis diebus omnes sibi subditos admoneant, ne in Hebdomadam Sanctam eorum differant Confessiones, (*u*) sed ante Dominicam Palmarum id præstent, ut diebus subsequentibus consueta Pietatis, ac religionis officia exercentes, animo magis disposito ad Cœlestem Mensam accedant; Ac proinde se paratos dictis temporibus in eorum Ecclesiis ad audiendas Cõfessiones exhibeant.

Recordentur etiam, quòd pueri, & puellæ, licèt in ea ætate reperiantur, in qua idoneitatem pro Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento sumendo habere non judicentur, attamen, dummodo tales sint, ut inter malum, & bonum discernendi vim, & doli capacitatem habeant, quod frequentiùs ultra septemnium contingere solet, annuo Confessionis præcepto ligantur. (*x*) Qamobrem Parochorum, & Parentum Conscientias graviter coram Deo oneramus, si propter eorum incuriam hujus Præcepti satisfactionem omittant.

Sedes Confessionales in Ecclesiis, non in obscuro, seu remoto, sed in loco patenti, & conspicuo, unde facilè videri possint ab omnibus, collocentur. (*y*) Habeantque cratem ferream spissis foraminibus perfora-

F ij tam

(*s*) Cap. non potest 38. c. ecce nunc 39. c. non potest 41. c. quamvis 89. c. quidam 90. dist. p. de pœnit. Const. Synod. Carnot. tit. 7. §. Sacramentalia. Concil. Trid. sess. 14. de pœnit. can. 6.

(*t*) Constit. Synod. Carnot. tit. 7. §. Item. Conc. Parisien. sub Martino V. Ann. 1429. Can. 28. Concil. Parisien. sub Card. Antonio à Prato 1428. can. 12.

(*u*) Conc. Mediol. 5. tit. de his quæ pertin. ad Sacram. Pœnit. Conc. Biturie anno 1584. tit. de pœnit. can 10 Synod. Senon. 1524. Ven. Odo. Episc. Paris. ad ann 1175. c. 4. de confess. §. 13.

(*x*) Navar. Man. cap. 21 n. 33. Conin. disp. 5. Rub. 5. n. 50. Concl. 1. Laym. lib. V. Tract. 6. cap. 5. de Sacr Pœnit n. 6. Assertio 3. Bonacc. Disput. 5. quæst. 5. sect 2. pun. 4. n. 2 Castropal. de Sacram. Pœnit. Tract 23. disput. unica Punct 20. n. 2 Tambur. in Methodo Exped Comun. cap. 4. §. 2. n. 10.

(*y*) Ven. Odo. Episc. Paris. Synod. Const. cap. 4. §. 2. de Confess Sacr. Congr. apud Crisp de Visit. p. 2. § 7 n. 7. & 8. Liter. Circul. S. Congreg. S. Officii die 14. Decemb. 1694.

tam inter Confessarium, & Pœnitentem, (z) ex qua Confessiones audiantur; et ex parte Confessarii Summarium Bullæ Cœnæ Domini (aa) cum notula Casuum Nobis reservatorum; ex parte verò Pœnitentis, aliqua Sacra Imago apponatur.

Confessiones pariter extra necessitatem in privatis Ædibus nullatenus audiantur. [bb] Mulierum verò, nec etiam ante ortum, seu post occasum [cc] solis, nec extra sedem Confessionalem; [dd] interdicimus enim eas in prædictis casibus sub pœna suspensionis audiri; Si verò Mulieres infirmæ fuerint, Ostium Cubiculi, dum audiuntur, ita pateat, ut Confessarius, ac Pœnitens conspici, non autem possint audiri. [ee]

Volumus prætereà, ut ad decentiorem hujus Sacramenti Administrationem, Confessarii, tanquam Judices Spirituales à Deo constituti, sedeant in Confessionali Sede cum Rocchetto, & Stola, [ff] dum illud in Ecclesiis, præsertim diebus Festis, administrant.

Caveant pariter, ne pœnitentes, priusquam omnis occasio peccandi eradicata fuerit, & emendationis obtineant experimentum, absolvant; ne nimis indulgenter cum ipsis agendo, alienorum peccatorum participes efficiantur, [gg] nimiaque facilitate absolvendi facilitatem præbeant peccandi, sed omnes concorditer in hac tam ardua re procedant, ne unus absolvat, quem alter forsan dimisit.

Propositiones à Summis Pontificibus (hh) damnatas frequenter evolvant, ad hoc post Synodum inferendas; præsertim eas, quæ validam Sacramentorum administrationem, & ignorantiam Mysteriorum Fidei respiciunt.

Nullus tamen ex habentibus Jurisdictionem, tam Ordinariam, quàm delegatam, Summorum Pontificum (ii) pœnas reformidans, complicem in rebus venereis, seu actibus quibuscumque libidinosis audeat post primam vicem absolvere; & si cum absolverit, volumus, quòd irrita sit, & nulla absolutio, (KK) Jurisdictionem illi quocumque modo, quo possumus, etiam per viam reserva-

[z] Ritual. Rom. sub. de Sarc. Pœnit. §. habeat. Sacr Congr. loc. cit, & in una Paduana 2. Jun. 1620.

(aa) Conc. Med. 1. p. 2. tit. quæ pertin. ad Sacram. pœnit. §. in Confessionali. Paul. 5. Const. 63. Pastoral §. 28. Urban. 8. Const. 62. Pastoralis §. 28. Alex. 7. Const. 86. Pastoralis §. 28. Clem. x. Const. 14 Pastoralis §. 28. & passim in Bullis Cœnæ Domini.

(bb) Ritual Rom. rubr. de Sacr. Pœnit. §. in Ecclesia Sacr Congr. 20. Martii 1602. Concil. Mediol. p. p. 2. tit. quæ ad Sacr. Pœnit. §. reve in Cellis §. nec sine causa.

[cc] S. Congr. in d. Paduana 2. Junii 1620. & in una Neapol. Em. Card. Caracciolo Archiep. Neapolitano.

[dd] Litera Circular. S. Congr. S. Offic. die 24. Decemb 1694.

(ee) Decr. Visit. Apost. de mandato Urb. 8. die 20. Julii 1625 S. Congr. Episc. & Regul. 20. Apr. 1611. & 21. Martii 1682.

(ff) S. Congr. Episc. & Reg. in Albingan. 8. Novemb. 1588. apud Barbos. in Collect. Bullar. verb. Confessarii. Rit. Rom. rubr. de Sacr. Pœnit. §. superp. lliceo.

(gg) Conc. Trid. sess. 14. de pœnit. c. 8.

(hh) Decret. Alex. 7. die 24. Sept. 1665. Decret. ejusdē die 23. Mart. 1666. Decr Innoc. x. die 2. Martii aliud die 23. Nov. 1670 Decr Sacr Congr. univers. Inquisit. die 18. Novemb. 1682. Const. Innoc. XI Cælestis Pastor die 28 Aug. 1687. Decr. Alex. 8. die 24. Aug. 1690 aliud die 7. Dec 1690 Const. Innoc. xii. Cùm alias die 12. Mar. 1690.

(ii) Symmach. Pontif. Ann.

reservationis, quoad hunc casum, limitantes, & adimentes.

Quòd si forsan in excipiendis Confessionibus, quod in Nostra Religiosissima Diœcesi, nec quidem, Deo adjuvante, possumus cogitare, personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta solicitatas fuisse, quemque miserabili lapsu ex Cœlesti Medico infernalem veneficum, ex Patre Spirituali proditorem execrabilem factum, pro medicina venenum, pro pane aspidem pœnitenti porrexisse quis audierit; eas sub pœnis à Sacra Congregatione supremæ Inquisitionis *(ll)* comminatis, seriò admoneat de gravissima obligatione hujusmodi solicitantes, sive in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediatè; seu occasione, vel prætextu Confessionis hujusmodi, etiam ipsa non sequta, seu in loco quocumque, ubi Sacramentales Confessiones audiuntur, vel ad Confessionem audiendam electo, eas audire simulantes, solicitare, vel provocare tentaverint, ad Sanctissimæ Inquisitionis, seu Tribunal Nostrum omninò denunciandi. *(mm)* Et renuentibus illos denunciare nullatenus beneficium Absolutionis, donec denunciaverint, impertiatur.

Verùm, cùm nonnunquam infirmitas corporalis ex peccatis proveniat, Medici, cùm ad infirmos jacentes in lecto vocantur, ipsos ante omnia moneant, ut idoneo Confessario peccata eorum confiteantur; & si post triduum factæ Confessionis fidem non habuerint, ulteriùs eos non visitent sub pœnis in Bulla Beati Pii Quinti contentis, quam omninò observari mandavit Innocentius XI. *(nn)* & nos pariter observandam injungimus, nisi tamen longius tempus Confessor, ob aliquam rationabilem causam, super quo idem Beatus Pius Quintus ejus conscientiam onerat, infirmo concedendum judicaverit.

Qui verò, sive Sæcularis, sive Regularis ægrotorum Confessiones audierit, proprio eorum Parocho easdem Confessiones audivisse notitiam, vel per Syngrapham sua manu subscriptam in Domo Infirmi relinquendam,

vel

Ann. 505. in can. omnes 30 q. p. Cælestin. Pont. Ann. 426. in càn. si quis Sacerdos can. non debet ca. 30. q. p.

(KK) D. Carol. Syn. Diœcef. Mediol. xi. Acta Eccl. Mediol. p. 2. monit. quoad *Sacram.* § Confessario. Synod. Licien. tit. 25. §. 6. Conc. *Med.* Anno 1609. de Sacr. Pœnit.

(ll) Decr. Sacr. Congr. Inquisit. die 3. Octobris 1626.

(mm) Pius IV. Const. Cùm sicut 3. Greg XV. Constit universi gregis 34. Decr. S. Inquisit. sub die 27. Septemb. 1624.

(nn) Concil Senonen. sub Mart. V. & Carol. 7. in stat Motum cap. 5. Conc. Lateran. 4. cap. 22 c. cùm infirmitas de Pœnit. & remis. Conc. Ravennat. 2 sub Clem 5. can. 15. Mediol p. tit. quæ pertin. ad Sacr. Pœniten Pius V. Const. 3. super Gregem Dominicum. Gregor. 13. Const. Alias 68. §. quia tamen 2. Liter. Circul. de mand. Innoc. XI sub die 30. Septembris 1682.

vel aliter illicò præbere teneatur sub pœna suspensionis ex Constitutione Clementis X. à facultate audiendi Confessiones. [*oo*]

Cùm verò ex Concilii Tridentini Decretis sancitum sit, (*pp*) ut graviora quædam peccata possint Episcopi in sua quisque Diœcesi pro illis in subditos tradita super reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, suo peculiari judicio reservare, meminerint Confessarii omnes, tam Sæculares, quàm Regulares, ne quem à Casibus, quos Nobis reservamus, sub quovis Privilegiorum prætextu, seu aliter absolvere, nisi priùs à Nobis obtenta facultate, articulo mortis tantùm excepto, præsumant sub pœna excommunicationis latæ Sententiæ, aliisque contentis in Decretis Jussu Clementis Octavi, Pauli Quinti, & Urbani Octavi [*qq*] editis, ac in calce hujus Synodi apponendis. Quinimmò sciant, quòd quantumvis habeant facultatem absolvendi ab omnibus Casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non idcò à Casibus Episcopo reservatis absolvere poterunt ex novissima felicis recordationis Clementis Decimi Constitutione. (*rr*)

(*oo*) Clemens X. Const. Superna §. Ad hæc 4.

(*pp*) Conc. Trid. sess. 24. de pœnit. cap. 7.

(*qq*) Extrav. super Cathedram de sepult. Extrav. inter cunctas, de privil. Sacr. Congr. 9. Jan. 1601. jussu Clem. 8. ead. S. Congr. die 26. Novēb. 1602. & die 7. Januar. 1617. de mandato Pauli 5. nec non die 17. Nov. 1628. de mandato Urbani VIII.

(*rr*) Clem. x. Const. Superna 7. §. & habentes 7. Et antea, Innoc. x. hoc idem declaravisse Jacobo Boonen, Archiepiscopo Mechlinien testatur Bosch. tom. 4. disp. 8 de ministro Pœnitentiæ sect. 5. concl. 11. Bernard Van. Espen. Jus. Eccles. univers. p. 2. tit. 6. cap. 7. n. 30.

Casus autem Nobis reservati sunt.

1 Blasphemia in Deum, Beatam Virginem, vel Sanctos ex consuetudine quinquies prolata, quam duo saltem audierint.

2 Homicidium voluntarium quoad committentes, & mandantes.

3 Incestus quoad Masculos in primo, & secundo Consanguinitatis, & in primo affinitatis gradu ortæ ex copula licita, sive illicita post decimum quartum annum commissus.

4 Bestialitas, & Sodomia tam activa, quàm passiva.

5 Esus Carnium in diebus prohibitis.

6 Cohabitatio cum Hebræis, ac in eorum famulatu subiectio, nec non eorum ritibus cooperatio.

7 Suffocatio Puerorum, sub quo casu comprehenditur eorumdem detentio sine capsula in lecto ante

te annum completum.

8 Falſum Teſtimonium in judicio ſcienter factum cum detrimento proximi, aut ſimilis publicarum Scripturarum falſificatio.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

CAPUT XIII.

SAlutare hoc Sacramentum, quod ad ſpiritualem, ne dum Animæ, verùm etiam corporis medicinam Clementiſſimus Redemptor Noſter inſtituit; ut eo tempore, quo vicina retributione Juſtitiæ, & urgente ſolutione corporis magis torquemur, & pertimeſcimus, majori quoque muniamur præſidio; magnum exigit à Parochis ſolicitudinem, ne ob eorum negligentiam, vel ægrotantes, morte præveniente, illud perdant, vel ſenſibus deſtituti fortaſſe non ſentiant. (a)

Quamobrem Parochi omnes ſtatim ac noverint, quemquam ex ſua Parœcia periculosè ægrotare, aut ſenio confectum ſenſim deficere, non expectent, ut evocentur, ſed ad eum, Paſtorali Charitate monſtrante viam, advolent; [b] & ubi acceſſerint, eradicatis ab eo terrenis affectibus, ad Cœleſtis Patriæ cogitationem, & deſiderium erigant. (c) maximèque ad eliciendos Actus Fidei, Spei, & Charitatis adhortentur, & adjuvent; Et cùm viderint illum in exitu vitæ conſtitutum [d] diſponant ad hoc Sacramentum debita animi præparatione, magnaque fiducia ſuſcipiendum.

Et ut id faciliùs obtineant, declarent ægroto, quòd hoc Salutare Sacramentum, tanquam Pœnitentiæ complementum, peccata, ſi quæ ſint expianda, ipſorumque reliquias abſtergit, ut nihil in eo remaneat, quo à perceptione Gloriæ valeat impediri; tanquam tutiſſimum præſidium allevat, & erigit Animam ejus magna Divinæ Miſericordiæ fiducia, qua confirmatus morbi incommoda, ac labores leviùs ferat, & tentationibus Dæmonis calcaneo inſidiantis faciliùs reſiſtat;

tam-

(a) Conc. Rhemen. tit. de extr. unct. §. Parochus.

(b) Conc. Rhemen. d. §. Parochus Rit. Rom. rubr. de Viſitat. infirm. §. Parochus.

(c) Conc Med. 4 p. 2. tit. quæ pertinent ad extr. unction. §. Parochus. Act. Eccleſiæ Mediol. p. 4. Inſtruct. extrem. unct. §. Quib. miniſtratur verſ. Primo.

(d) Conc Trid. ſeſſ. 14. de extr. unct. cap. 3.

tanquam Cælestis medicina sanitatem quoque corporis, ubi Saluti Animæ expedierit, restituit. (e)

Præsertim curent, ut dum mens ægroto est integra, & ratio viget, hoc Sacramentum administrent, [f] Non enim est sine crimine, (g) tempus illud expectare, quo ægroti jam omni salutis spe amissa vita, & sensibus carere incipiunt.

In quo tamen administrando Rocchetto, & Stola semper induti (h) omnia, quæ præscribuntur à Rituali Romano, adamussim observent, nec aliquid ex ipsis omittant; præcipuè Orationes præcedentes, nisi imminens periculum temporis moram non patiens, necessitatem causam omittendi præbuerit, quòd si omiserint, culpæ se reos agnoscant. [i]

Curent quoque, ut eo tempore, quo ipsi Sacræ unctionis Sacramentum administrant, omnes, qui adsunt, pro infirmo Deum piè, ac humiliter precentur. [K]

Verùm, cùm hoc Sacramentum sit ultimum Sacramentorum, juxta Catholicæ Ecclesiæ perpetuam consuetudinem, nisi post peccatorum Confessionem, ac Corporis Christi Communionem, si possibile sit infirmum communicare, non administretur. (l) Quòd si repentè vi morbi quis occupatus, nec confiteri, neque communicare potuerit, saltem Actus Contritionis eliciat, aut aliqua significatione pietatis velle sibi ministrari hoc Sacramentum, ostendat. [m]

Non putent tamen Parochi omninò muneri suo satisfecisse, cùm Eucharistiæ, & Extremæ unctionis Sacramenta ægrotis tantùm administraverint, (n) sed eos debent piis colloquiis, reiteratis Contritionis Actibus, precibus, & Orationibus adjuvare, ut quod illis superest vitæ, in vera, & Catholica Fide, sanctè, ac salubriter possint explere; ea pariter observantes, quæ à Rituali Romano de visitatione, & cura infirmorum statuuntur pro Pastoris officio erga Oves suas eo tempore, quo Pastoris præsentia magis indigent, diligenter implendo. (o)

Quanquam hujusmodi Sacramenti Administratio Sacer-

(e) Conc. Trid. sess. 14. de extr. unct. cap. 1. can. 2. Eugen. IV. Const. 10. exultate §. 14 Catech. Rom. p. 2. de Sacr. Extr. unct. § 14. D Thom lib. 4. contra gentes c. 73. & 4 Sentent ar dist. 23. q 1. art. 2. questiuncula 2.

(f) Concil. Burdegal. temp. Greg. 13 & Henric. 3. c. 13. Concil. Bituric. Anno 1584. Constit Synod. Carnot. tit. 9. Concil. Mediol. 1. p. 2. tit. quæ pert. ad extr. unct. §. extremæ D. Carol. Instruct. de extr unct Sacram. §. ministrabit Rit. Rom. rubr. de Sacr. Extr. unct. §. p.

(g) Catech. Rom. p. 2. de Sacram. Extr unct §. 9. vers. in quo tamen gravissimè peccant.

(h) Const. Synod. Carnot. tit. 9. §. præcipimus. Concil. Med. 4. p. 2. tit. quæ pert. ad Extr. unct. §. audeant. D. Carol. instr. Extr. unct. ordo ministrandi vers mox verò. Con. Med. 3. eod. tit. §. accedat. Ritual. Roman. ordo ministrandi Sacr. Extr. unct. vers. deinde.

(i) Bonac. de Sacr. Extr. unct. Disput. 7. pun. 6. Propos. n. 7. Castropal. de Sacr. Ext. unct. tract. 25. disput. unica Punct. 8. n. 13.

[K] Conc. Med. 1. p. 2. eod. tit. § omnes Conc. Med. 4. p. 2. eod. tit. §. curet. Ritual. Rom. de Sacr. Extr. unct. ordo ministr. vers. antequam.

(l) Const. Synod. Carnot. tit. 9. §. item cùm hoc Sacramentum D. Carol. in Actis Eccl. Mediol. p. 4. Instr. Extr. unct. §. quæ præparatio. Catech. Rom. p. 2. de Sacram. Extr unct. §. 12. Rit. Rom. rubr. de Sacr. Extr. unct. §. in quo.

(m) D. Carol. eadem instr.

Sacerdotibus commissa sit; *(p)* attamen non cuilibet ex iis, sed proprio Pastori, qui jurisdictionem habeat, licet illud administrare. [*q*] Quamobrem Sacerdotes alii, quibus potestatem Parochus suas vices explendi non fecerit, nisi in casu necessitatis, illud administrare non præsumant. Regulares verò ex Constitutione Clementis Quinti ab ejus administratione laicis, seu Clericis, non habita speciali Presbyteri Parochialis licentia, penitus abstineant. *(r)* Quòd si nihilominus administrare præsumpserint, sententiam Excommunicationis Apostolicæ Sedi reservatam incurrisse non ignorent. *(s)*

Habeant Parochi omnes Sacrum Oleum Infirmorum diligenter, ac decenter custoditum; ne Divinum hoc remedium ullo unquam tempore eorum Infirmis deesse possit; illudque quotannis renovent *(t)* veteri combusto, quo, nisi urgente necessitate, nullatenus utantur; [*u*] si verò intra annum aliquo modo ita defecerit, ut sufficere non posse videatur, nec aliud benedictum haberi queat, sciant modico Oleo non Benedicto, in minori tamen quantitate superinfuso, posse reparari. *(x)*

Domi Sacrum Oleum Parochi ne retineant, sed in Ecclesia prope Altare Majus à Cornu Evangelii, in Fenestella visibili, decenter intùs, & foris ornata, inscripto super Ostiolum. OLEUM INFIRMORUM sub clavi per Parochum retinenda, conservent. Minùsque in ægrotantium Domibus sub quovis prætextu nunquam relinquatur, nisi fortè alius Sacerdos inibi esset, qui se diligentem custodem exhiberet. *(y)*

Tandem Parochi omnes fidelibus propè morituris suggerant, ut antequam ex hoc sæculo migrent, petant humiliter Benedictionem *(z)* Archiepiscopi quocumq; tempore parati ad eam personaliter impertiendam.

Et si repererint, quòd aliquis periculosè ægrotans Chrismatis Sacramento Confirmatus non fuerit, ad illud recipiendum moneant, Nosque certiores reddant, ne sine hoc Sacramento decedat. *(aa)*

G De

instr. eodemque §. vers. si quem verò.

(*n*) Conc. Burdegal. de Sacr. Extr. unct. c. 13. §. nec verò Conc. Rhemen. de extr. unct. §. nec puter. Acta Eccl. Med. p. 4. Instruct. de visit. infirm.

[*o*] Ritu. Rom. Rubr. de Visit. & Cura Infirm.

(*p*) Catech. Rom. p. 2. c. 6. de Extr. unct. §. 13. Conc. Trid. sess. 14. c. 2.

(*q*) Catech. Rom. d. §. 13. S. Carol. Instr. Extr. un. §. p. vers. at qui.

[*r*] Leo x. in Concil. Later. 5. sess. 11.

[*s*] Clem. 5. in Clem. p. de privil. §. p.

(*t*) S. Fabian. Pap. Epist. 2. ad Episc. Orient. c. literis de consecr. dist. 3. Ritual. Rom. rubr. de Sacr. Extr. unct. §. habeat.

(*u*) c. si quis de alio 118. de cõsecr. dist. 4. S. Congr. 20 Mart. 1600. apud Gavant. & 7. Sept. 1601. apud Barbos. in Collect. Bull. §. Olea Sacra.

(*x*) Innoc. 3. in c. quòd in dubiis de consecr. Eccles. Conc. Med. 4. p. 2. tit. quæ ad Sacr. pertin. §. Sacro Oleo, *Ritual.* Rom. rubr. de Sacr. Extr. unct. §. habeat. S. Congr. S. Offic. in Hispalen. 23. Sept. 1682. apud Carden. Synod. Granaten. 1572. Toletan. lib. 1. tit. 7. Cõst. 4. Salmantic lib. 1. tit. 7. Const. 6. Abulen. lib. 1. tit. 7. Const. 3. Hispalen. de Sacr. unction. c. 2.

[*y*] Synod. Pis. An. 1659. & 1678. in utrisque cap. 11. §. Caveant.

(*z*) Concil Mediol. 4. p. 2. eod. tit. §. Parochus. Concil. Aquen. tit. quæ pertin. ad Sacr. Extr. unctionis.

[*aa*] Concil. Mediol. 5. p. pr. eod. tit. §. quod si quis.

De Sacramento Ordinis.

CAPUT XIV.

CUM nihil sit, quo magis Ecclesia, quæ Domus Dei est, columna, & firmamentum Veritatis, [a] concutiatur; Quàm si ad illam regendam Ministri non idonei, neque vocati à Deo, cujus est eligere eos, quos in Domo sua speciali ministerio vult destinare, seligantur; monet nos omnes Apostolus, (b) ne citò alicui manus imponamus, sed attendentes meritum laboris, tempus examinis, experientiam disciplinæ (c) illos ad Sacerdotalem honorem duntaxat assumamus, quos à puerilibus exordiis usque ad provectiores annos per ordinatissimos Ecclesiasticæ Militiæ gradus statis intervallis sanctè, ac piè progredientes, (d) ex eorum idoneitate, ex castis moribus, ex cultu pietatis, quantùm. [e] Nobis Divini sensus, ac summæ rationis ignaris humana fragilitas noscere sinit, in sortem Domini vocari existimemus.

Quamobrem, qui ad Primam Tonsuram, & Minores Ordines promoveri desiderant, antequam in Ecclesiam ingressuri Nobis hoc desiderium exponant, probent seipsos, & seriò considerent, an cæco consilio impulsi, ut ducant in bonis Ecclesiæ dies suos, & non, ut pars Domini sint, sed de parte Domini lautè vivant; an verò Divina voce ducti, ut toto cordis affectu, sæcularibus renunciatis desideriis, Divino sese mancipent obsequio, hoc vitæ genus elegerint, (f) & de hoc præsertim eorum Parochi, seu Confessarii testimonium inter alia requisita Nobis exhibeant.

Ad Majores Ordines verò nullus aspirare præsumat, qui longo quoque, & præcedenti examine intentionem, vires, ac mores suos, quibus possit Populum, & voce, exemplo docere coram Deo, cui rationem erit in extremo die redditurus, fideliter non discusserit; (g) ne præcipiti deliberatione oneri se alliget,

(a) D. Paul. p. ad Timoth. c. 3.

(b) Ead. Epist. 1. ad Timoth. cap. 5.

(c) S. Leo Pap. Epist. 87. c. p. ad Episc. African. c. qui scit manus 3. dist. 78. Concil. Colon. p. pr. can. 22. Innoc. XII. Constit. 44. Speculatores §. 2.

(d) d. Const. 44. speculatores §. 2.

(e) Pontific. Roman. de ordin. Presbyteri.

(f) Concil. Colon. 2. tempore Pauli 3. & Carol. 5. celebrat. p. 1. cap. 21 & 22. Conc. Trid. sess. 23. de refor. c 4. Concil. Burdigalen. 1583. tit. de Ord. Sacr. §. prima Tonsura.

(g) Concil. Colon 2. p. pr. d. c 21. & 22. Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 14.

liget, quod cum æternæ suæ salutis detrimento ferre, & adimplere non valeat; aut corrigentibus præesse audeat, cùm vitam ipse incorrigibilem ducere non speraverit. (*b*)

Ad hoc omnia, quæ ex Sacris Conciliis, præsertim Tridentino, Apostolicisque Constitutionibus ad uniuscujusque Ordinis susceptionem præcedere debent, exactè observari præcipimus.

Et nihilominus sciant, quòd, cùm Dispensatores, non domini (*i*) simus Mysteriorum Dei, non omnes, sed illi duntaxat, quos scientia jam acquisita, [*l*] peritia in Ecclesiasticis functionibus, morumque probitas altiori gradu dignos ostendat; nec plures, quàm Ecclesiæ necessitas exigat, vel utilitas suadeat ad mentem Sacri Concilii Tridentini, [*m*] nec non Innocentii Undecimi Venerabilis Memoriæ, & Sanctissimi Domini Nostri Clementis Undecimi, assumentur.

Proindeq; non ab aliis, quàm à propriis meritis commendari, nulloque alio, quàm doctrinæ, ac pietatis suffragio adjuvari sperent sola propriæ virtutis intercessione ordinandi; [*n*]

Et ut meliùs vocationem, ac vires suas cognoscant, animoque ab iis, quæ mundi sunt, recollecto, sanctitatem, & altitudinem Ecclesiasticorum graduum seriò recogitent, omnes, qui tam ad minores, quàm ad majores Ordines promovendi erunt, per decem dies continuos sub Perito rerum spiritualium Directore Exercitiis vacent spiritualibus. (*o*)

Et ut nos faciliùs de ipsorum qualitate, vita, & moribus instruamur, volumus, ut Parochi nomina, ac eorum desideria, qui ex sua Parœcia, tam ad Prima Tonsuram, quàm ad singulos majores Ordines assumentur, tribus diebus Dominicis, aut Festis publicè inter Missarum solemnia in eorum Ecclesiis proponant Populo, (*p*) illumque simul moneant, ut quid de eorum moribus, & qualitate noverit, quid sentiat de vita, illis, vel Nobis christiana libertate denunciet; Mens enim est Ecclesiæ in hujusmodi Denuncia-

(*b*) Can. in Sacerdotalibus 2. dist. 6.

(*i*) Epist. pr. ad Corinth. cap. 4.

[*l*] Cap. cum sit 14. de ætate, & qual. ordinan. Conc. Later. 4. can. 27. c. pœnitentes dist. 55. Zephyr. Pap. Epist. 2. Conc. Narbon. c. xi. Conc. Rom. sub Hilario Pap. c. 13. Gelas. Pap. Episc. Lucan. epist. pr. c. 2. & 3. c. priscis. dist. 55.

(*m*) Conc. Trid. sess. 21. c. 2. Innoc. xi. liter. encycl. die 13. Mart. 1679. Innoc. xii. const. 44. speculatores §. 3 Clem. xi. liter. encycl. die pr. Apr. 1702. & die 16. Martii 1703. § decimo.

(*n*) Cassiod. lib. 8. epist. 24. S. Cyprian. lib. 2. epist pr. S. Greg. lib. 2. epist. 48. Adeodato Episcopo cap. estote 119. cap. quibusdam. 117. c. pueri 120. c. 1. quæst. pr.

(*o*) Alex. 7. Const. 129. Apostolica §. 3. pro Urbe. Innoc. xi. pro omnibus litera Circul. 2. Octobris 1682. Conc. Aquen. 1585. tit quæ ad ord. Sacr. §. Hortatur.

(*p*) Origen. hom. 6. in c. 8 Levit. etsi attribuatur D. Hieronymo in can. licet c. 2. q. p. Conc. Trid. sess 23. de reform. c. 5. Alex. 7. Const. 29. Apostolica §. 2.

tronibus Populi quoque Testimonium habere; (q) cùm grave nimis damnum, ne dum eidem Ecclesiæ, sed etiam Populo ex indignis promotionibus immineat; ideòque hoc Parochi non contenti, fideliter, ac diligenter de iisdem promovendis ulteriùs à Viris fide dignis inquirant, [r] & Testimoniales super hoc juramento firmatas ad Nos transmittant. [s]

Similiter per mensem Quatuor Tempora præcedentem Nobis cum Scripturis, & documentis necessariis se repræsentent, ut eorum requisita, & conditiones exploremus; quòd si desides in hoc fuerint, ab Examine in ea Ordinatione repellentur.

Inter alia verò requisita, quæ ad formam Instructionis, quæ post hanc Nostram Primam Synodum dabimus, aliquam Cantus Gregoriani [t] in illis, qui ad Subdiaconatum; sufficientem verò peritiam in illis, qui ad Presbyteratum promoveri desiderant, pro functionum Ecclesiasticarum necessitate requiremus.

Nec non quòd Ecclesiæ servitium præstiterint, (u) eorum Parochos in docenda Doctrina Christiana non raró adjuverint, Collationesque Casuum frequentaverint.

Monemus tamen omnes, qui Nobis Attestationes pro probandis requisitis necessariis transmittent, præsertim Parochos, quibus hæc cura præcipuè incumbit, ne in re sanctitatis plena aliquo affectu ducantur. Sed omni spe, metuque fortiter spreto, sine ullo personarum respectu eas immeritis denegent. Animadvertentes, quàm stricta ratio exigetur tempore mortis ab ipsis, quorum conscientias graviter pro gravitate rei oneramus.

Cùm autem ad Titulum Patrimonii ex Concilii Tridentini præcepto, cujus observantiam Innocentius Undecimus, Innocentius Duodecimus, & Sanctissimus Dominus Noster Clemens Undecimus injungunt, admitti non debeant, nisi urgente necessitate, & suadente Ecclesiæ utilitate, (x) pro hac judicanda multùm præbebit educatio Promovendorum, saltem per triennium in

(q) Pontif. Rom. de ordinat. Presb. Conc. Carthag. 3. sub Syricio Papa anno 348. c. 22. c. nullus dist. 24. Conc. Carth. 4. sub Anastasio 7. c. 22. c. Episcopus sine dist. 24. Cyprian. Epist. ad Clerum, & Plebes in Hispan. Carthag. 4 sub Anastasio Papa Ann. 398. can. 22. Synod Ipren sub Rithovio tit. 18. cap. 6.

[r] Concil. Nannet. sub Formoso P. c. 11. & in can. quando 5. dist. 24. Conc. Trid. sess. 23. c. 5. & c. 7. Concil. Senonen. in decret. Morum cap. 3.

(s) S. Carol. Acta Eccles. Mediol. p. 4. Instruct. pro Parocho ad fidem facien. &c.

(t) Conc. Med. 4. tit. quæ pert. ad Sacr. Ordin. §. sed Episcopus. Acta Ecclef. Mediol. p. 4. Instr. de Sacr. Ord. §. Cura Parochi vers. Musicæ. Instruct. de iis quæ ad ord. §. omnes examinentur.

(u) Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 11. cap. 13. & cap. 14.

(x) Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. Innoc. xi. Innoc. xii. Clem. xi. citatis literis Circularibus.

in Clericorum Seminario, sanctiorque vitæ ratio, ecclesiasticæque disciplinæ peritia ibidem suscepta.

Similiter cùm omni studio ex præcepto ejusdem Concilii Tridentini [*y*] cavendum sit, ne in dedecus hujus Divini Ministerii ullus eidem adscriptus mendicare videatur; nemo promovebitur ad Ordinem subdiaconatus, (*z*) nisi pacificè possideat Beneficium, cujus fructus juxta antiquam taxam Synodalem à Prædecessoribus Nostris approbatam (*aa*) annuum redditum non minorem quadraginta scutis aureis constituant.

Vel Patrimonium habeat, cùm ad ejus Titulum quis ex causis Nobis permissis assumendus visus fuerit, valoris ad minùs juxta eamdem taxam octingentorum aureorum in bonis stabilibus frugiferis, censibusve [*bb*] constitutum ejusdem annui redditus, non litibus, non alicui oneri, seu hypothecæ, non æri alieno obnoxium. Quæ bona Parochi tam Domicilii, quàm loci, ubi ea sunt sita, tribus diebus Festis de præcepto inter Missarum solemnia denuncient Populo in Ecclesia, (*cc*) dictisque denunciationibus factis per mensem ante ipsam ordinationē Nobis, seu Vicario Nostro Generali authentica documenta ad veritatem, validitatem, securitatemque Patrimonii justificandam exhibeantur.

Volumus ulteriùs, quòd tam Ordinandus, quàm ille, qui patrimonium constituit, jurent constitutionem esse veram, realem, nullamque inter ipsos intervenisse collusionem. (*dd*) Si quis verò simulatis donationibus, aut alio quoque modo sanctam Concilii mentem eludendo, fictum, aut fiduciarium Patrimonium exhibuerit, [*ee*] suspensionem à Divinis ipso facto incurrat Nobis reservatam, nunquam nisi novo, & vero constituto Patrimonio relaxandam, Constituentes verò dicta simulata, & ficta Patrimonia, pœna excommunicationis Nobis pariter reservatæ ipso jure afficiantur, quarum pœnarum memoriam mandamus à Notario etiam in Instrumento Constitutionis Patrimonii, ne prætextu ignorantiæ excusentur, apponi.

Tandem Cancellarius Noster librum apud se habeat, in

(*y*) Conc. Trid. sess. 21 c. 2. c. Diaconi sunt §. nunc autem dist. 3.

[*z*] Concil. Chalced. 6. can. 6. Concil. Melden. c. 53. Concil. Lateran. cap. 5. cap. neminem cap. Sanctorum dist. 70. cap. non liceat de Præben. cap. accepimus de Ætat. & qualit.

(*aa*) Synod. Pisan. An. 1650 & 1678 in utraque cap. 12. §. Patrimonium.

(*bb*) Sac. Congr. Concil. 2 Jun. 1620. apud Gavan. in Man. §. ordines Majores Add. n. 1.

(*cc*) Concil. Med. 4. p. 2. tit. quæ pert ad Sacr. Ord. §. ac quo ad Censum §. de censu Synod. Pisan. Ann. 1616. & 1625. in utraq. tit. 6. cap. 8. §. Ad quos Conc. Aquen. 1585. tit. quæ ad Sacr. Ord. §. de eo autem.

(*dd*) Conc. Mediol. 6. par. 3. tit. quæ ad Ord. Sacr. pert. §. ne quis Concil. Mechlin. de Ord. c. 4.

[*ee*] Quod acriter damnat Urban. 8. Const. secretis 35. §. 2.

in quo Nomina omnium, qui ad minores, & ad majores Ordines promoventur; literasque Parochorum, aliorumve Testimoniales, nec non deinceps Dimissoriales, quæ à Nobis, vel Vicario Nostro Generali concedentur, exactè describat; si verò ultra bimestre à die Ordinationum computandum negligens fuerit, duobus aureis pro qualibet vice multetur. [*ff*]

Exorcizandi munus, ac potestatem, quam minoribus Ordinibus Christus Dominus adnexuit, ut confunderet Dæmonis superbiam, qui parere, ac subiici cogitur, nedum superioribus, verùm etiam inferioribus in Ecclesia Ministris; nullus tam sæcularis, quàm Regularis [*gg*] audeat sine Nostra licentia exercere; nullusque quæstus, nullaque curiositas (*hh*) intercedat, nec in hoc munere exercendo ab iis, quæ in Rituali Romano præscribuntur, recedatur. [*ii*]

(*ff*) Synod. Pis. An. 1659. & 1678. in utraque cap. 12. §. Cancellarius.

(*gg*) Concil. Mediol. 4. par. 2. tit. quæ ad Sacram. §. Primo. S. Congr. Concil. 1. Julii 1606. S. Cong. Episc. in Florentina 12. Februarii 1625. apud Nicol. in flosc. §. exorcismus n. 1. Conc. Mechlin. 1607. tit. 15.

(*hh*) Conc. Med. 1. p. 2. tit. de Exorcista §. Caveat. Concil. Med. 4. p. 2. tit. quæ ad Sacram. §. in hoc.

(*ii*) Rit. Rom. Rubr. de exorciz. Obsess. à Dæmoni.

De Sacramento Matrimonii.

CAPUT XV.

Matrimonium, quod à Deo rerum omnium Conditore in Paradiso, adhuc virescente innocentia, ad humani generis propagationem institutum, (*a*) & ab ejus Unigenito Filio Christo Domino ejusdem Generis Reparatore cohonestatum, tum Carnem ex Virgine non simplici, sed exponsata sumendo, tum primo in Cana Galilææ miraculo facto nuptias sanctificando, fuit postmodum ad Sacramenti Dignitatem in signum Sanctissimi illius vinculi, quo ipse cum Ecclesia conjungitur, elevatum; [*b*] magnum est, Apostolo docente, [*c*] Sacramentum; magna igitur reverentia, & devotione est suscipiendum.

Quamobrem Parochi sanctitatem hujus Sacramenti vim, & naturam explicantes, doceant fideles, quàm religiosa Animi præparatione ad illud sit accedendum, ne falsa Matrimonii specie decepti, humanam rem aggredi, non divinam existiment. (*d*) Exemplum ad hoc acco-

(*a*) Pet. Lombard. Episc. Paris. Magist. Sent. lib. 4. dist. 26. Hugo Rothomag. Arch. lib. 3. dogm. Christ. fidei. Conc. Senon. 10 decr. morum can. 39. Coloien. 2. p. 7. c. 40. & 41 Bonif. 8. Episc. Bitetren. in c. unico de voto in VI.

(*b*) Concil. Lateran. 3. in Append. tit. de Sponsal. Eug. 4 in decr. union. Armen. §. 5 Conc. Trid. de Sacram. sess 7. can. p. sess. 24. c. un. & can. pr.

(*c*) D. Paul. ad Ephes. cap. 5. vers. 22.

[*d*] Catech. Rom. de Sacr. Matrim. §. pr.

accomodantes Tobiæ, qui Angelo monente Virginem accepit cum timore Dei, amore filiorum magis, quàm libidine ductus, ut in semine Abraham benedictionem consequeretur. (e)

Ad Divinam & ipsi Benedictionem consequendam, qua Sacro Charitatis vinculo arctiùs conjugantur, Sponsi ad Matrimonii celebrationem, nisi priùs peccata humiliter confessi Sacra fuerint Communione refecti ex Concilii Tridentini saluberrimo consilio, non accedant. [f]

Et ne ulli periculo propter lapsæ naturæ fragilitatem exponant illam Corporis, & Animæ puritatem, quam integram ad hoc Sacramentum Sponsi deferre debent, volumus, quòd nunquam invicem absque Parentum, seu propinquorum præsentia colloquantur; (g) eòque magis, ne simul cohabitent, & sub eodem tecto dormiant (h) durantibus Sponsalibus, & ante Matrimonii in facie Ecclesiæ celebrationem sub pœna excommunicationis illis omninò interdicimus. (i) Quam excommunicationem ipso facto Nobis reservatam incurrant non tantùm Sponsi, quoties ante celebrationem Matrimonii, ut supra, copulam habuerint, verùm etiam eorum Parentes, seu Consanguinei, qui prædictam copulam, vel eorum cohabitationem, ac pernoctationem tam damnabili indulgentia scienter permittent; Quam præsentis Nostri Decreti dispositionem Parochi, ubi fuerint sibi detecta Sponsalia, sponsis ipsis, & eorum Consanguineis, nec non populo, cùm opportunum duxerint, modestè, & prudenter insinuent.

Similiter, cùm inter bona Matrimonii unum sit procreatio, & filiorum ad veri Dei, & Salvatoris Nostri Jesu Christi cultum, & religionem educatio, priusquam ad denunciationes Parochi in Ecclesia deveniant, sponsos, præsertim cùm ea ignorare probabiliter timere possint, de iis interrogent, quæ scitu necessaria sint ad salutem, quæque filios Parentes docere tenentur. Et si ea nescire illos repererint, differant suaviter ad ali-

(e) Tob. c. 6. verf. 32.

(f) Conc. Trid. sess. 24 de reform. marr. c. p. Rit. Rom. rubr. de Sacram. Matr. §. admoneantur. D. Carol. Instruct. Matrim. §. Parochi diligentia vers. agat.

(g) Conc. 6. Med tit. quæ ad Matrim. pert. §. itaq Conc. S. Sever. 1597. de Matrim. Sabineo. 1597. cap. 10.

(h) Sacr. Congr. 26. Aug. 1580. & 15. Febr. 1636. apud Nicol in Floscul. §. Sponsalia t. pr. Rituale Mechlimen. Rituale Cameracen. Synod. Audomaren. tit. 10. cap. 4. apud B-rn Van. Espen. rus. Eccl. Univ. par. 2. tit. 12. c. 1. §. 16. Conc. Osnaburgen. cap. 20. de Marr. n. 3. Clem. X. dum erat. Episc. Camer. Ann. 1630. tit. 23. decr. 5. Acta Eccl. Med. p 4. Instruct. de Matr. §. Parochi diligentia vers. monebit Coniuges; quod cohæret Concil. Trid. sess. 24. c. 1. vers. Postremo.

(i) D. Carol. Concil. Mediol 6. p. 2. §. itaque Episcopi. Citata Instr. de Marr. d. vers. monebit Conjuges.

aliquod tempus celebrationem matrimonii, ut hoc interim rubore suffusi ea perdiscere conentur. [*l*]

Denunciationes [*m*] ad formam Concilii Tridentini (*n*) tribus diebus festis de Præcepto inter Missarum Solemnia necessariò faciendæ semper fiant à Parochis utriusque contrahentis, [*o*] vel per eos, vel per Sacerdotes, quibus ipsi vices suas commiserint, (*p*) nunquam verò quocumque prætextu per Clericos, fiant que alta, clara, & distincta voce, ut possint à Populo intelligi, & finem consequantur, ob quem fieri à Concilio Tridentino præcipiuntur.

Nec unquam à Parochis sine Nostra, seu Vicarii Nostri Generalis speciali dispensatione, in scriptis tantùm, & in casibus ab eodem Concilio Nobis permissis obtinenda quavis ex causa, licèt gravissima, omittantur, vel diminuantur (*q*) sub pœnis arbitrio Nostro infligendis.

Ad has autem denunciationes, ut libertati Matrimonii, quæ præcipua est, quantùm fieri potest, consulatur, nullatenus Parochus progrediatur, nisi ab iisdem contrahentibus, & non ab aliis, liberum, & certum consensum habuerit. [*r*] Pro quo tamen habendo, cùm sponsi fuerint absentes, sat erit, si Parochi vicissim per literas de prædicto consensu habito ab altero Sponsorum ex sua Parœcia se certioraverint. [*s*]

Non contentus tamen Parochus, cùm alter ex Contrahentibus fuerit ex diversa Parœcia, denunciationes fecisse, ad Matrimonii celebrationem non deveniat, nisi per legitimum Testimonium sibi constiterit, quòd etiam ab altero Parocho factæ fuerint, nullumque denunciatum impedimentum. [*t*]

Ultima verò denunciatione peracta, ut tempus habeat, qui forsan impedimenta cognoverit, ex examinandi, & deferendi, non celebretur eo ipso die (*u*) sine Nostra licentia Matrimonium, nec tandiu differatur, ut elabi sinant duo menses, quod si contigerit, denunciationes, nisi aliter Nobis visum fuerit, repe-

(*l*) Rit. Rom. Rubr. de Sacr. Matr. §. Parochus D. Carol. Conc Med. 5. par 3. tit. quæ ad Matr. §. Parochus quos sponsus. & in Instruct. citat. §. de Parochi diligentia vers. ne matrim

(*m*) Ante Conc. Trid. præmissas quoque denunciationes fuisse. Addit. VVilielmi Episc. Paris. ad Constit. Galonis Episc. Paris. qui vixit ad annum 1105. §. 12. Const. Synod. venerab. Odonis Episc. Paris. qui vixit ad Annū 1175. c p de Matr. §. 1. Innoc. 3. scribens Episc. Belvaren. Ann 1213. in cap. Cum in tua 27. de Sponsal. & in cap Cum in tua 6 Qui Matr. accus. poss. Conc. Later. 4. celebratum sub eodē Innoc. 3. An. 1215. Can. 51. Constit. Carnot. 1526. tit. 8. §. volumus Augusten. 1548. tit 21 §. vetamus. Conc. Mogunt. 1540 tit. 38. §. & ut pericula Conc. Colon. 2 sub Carolo V. 1540. cap. quod matrimonium &c. Conc. Paris. sub Martin. V. Anno 1420. can. 32.

(*n*) Conc. Trid. sess. 24. de Ref. Matrim. cap. 1.

(*o*) Rit. Rom de Sacr. Matr. §. si verò. Concil. Med. 2. tit 2. decr. 16. §. Matr. Mediol. 3 tit. de iis quæ ad Matr. §. quod si Acta Eccles. Mediol. p. 4. Instruct. Matr. tit. de Par. dilig. §. Quòd si Decret. Visit. Apost Pisa. §. Matrimonii

(*p*) Conc. Later. 4. d. cap. 51. cap. cum inhibitio vers. statuimus de Clan. desp. Conc. Trid. d. sess. 24 cap. 1.

(*q*) Conc. Med. 1. Tit. 2. decr. 16. Decreta Visit. Apost. Pis. §. eędem Denunciationes.

(*r*) Alex. 3. Epist. Papien.

repetantur. (*x*)

Convenit etiam, maximèque decet Matrimonium in Ecclesiis celebrari, (*y*) sed si justa intercedente causa, & præcedente Nostra licentia, sine qua Parochi non audeant extra Ecclesiam illis assistere, domi præsente Parocho, & testibus celebretur, sponsi ad Ecclesiam accedant benedictionem à proprio Parocho recepturi.

Verùm, cùm supervacaneum esset trinas denunciationes à Sacro Concilio Tridentino ad impedienda tot mala, quæ ex Clandestinis Matrimoniis proveniebant, fuisse præscriptas; ni Populus sciret, & quæ Matrimonium contrahendum impediunt, & contractum dirimunt, Parochi omnes bis saltem in anno, scilicet die Epiphaniæ, & Dominica in Albis, quibus diebus translactis, solemnes nuptiæ (*z*) aperiuntur, singula Canonica impedimenta Populo recenseant, ac distinctè ab Altari declarent.

Si autem in denunciationibus faciendis, vel iisdem factis, ante celebrationem tamen Matrimonii, aliquod impedimentum proponatur, etiamsi tale sit, ut probabiliter de illius veritate Parochus dubitare possit, nihilominus ad reliquas denunciationes, multo minùs ad celebrandum Matrimonium non procedat; Sed statim Nos, seu Vicarium Nostrum Generalem consulat, ut valeat quod agendum deliberari. (*aa*)

Qui verò falsum impedimentum, excæcato animo ad retardandum, vel impediendum Matrimonium scienter, ac malitiosè proponit, [*bb*] excommunicationem ipso facto Nobis reservatam incurrat.

Timeantque omnes pœnas Sacris Sanctionibus inflictas, qui libertatem Matrimonii tam directè, quàm indirectè audent violare. (*cc*)

Parochis tandem, & quibuscumque aliis Curam Animarum gerentibus in virtute Sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, ut cùm Matrimonia exterorum, scilicet illorum alienæ tam Nostræ adjacentis,

pien. in c. Cùm locum 4. de Sponsal. Conc. Raven. 1583. tit. de Matr. c. 2. Conc. Senen. 1590 sub Card. Tarusi. Socio S. Philippi Nerii de Matr. c. 2. Acta, Eccl. Med. p. 4. Instruct. Matr. §. de Parochi diligen. vers. Itaq. Rit. Rom. de Sacr. Matr. §. Has autem. Conc. Mechlin. de Matr. c. 2.

(*s*) D. Carol. Conc. Med. 3. de iis, quæ ad Matr. Sacr. §. neque Matrimonium. Idē S. Carol. Synod. Diœcesana 3. decr. 31 §. nec verò.

(*t*) Const. Carnot. tit. 8. §. quando autem. Conc. Med. 2. tit. 2. decr. 16. §. caveant. Conc. Colon. 2. sub Paulo 3. 1549. de medio sexto ad Reform. cap. quod Matri. debeat &c. Sacr. Congr. apud Bonav. de natura, & propr. Matr. q. 2. pun. 6. n. 10. Decreta Visit. Apost. Pisan. §. Matrimonii.

(*u*) Conc. Med. 3. eod. tit. §. quo die. D. Carol. Synod. Diœcesf. Decr. 32. §. eo autē die. Decreta Visit. Apost. Pisanæ §. die qua ultima.

(*x*) Conc. Med. 5. par. 3. tit. quæ ad Matr. §. Matrimonii Rit. Rom. de Sacr. Matr. §. si verò Decreta Visit. Ap. Pis. §. Transacto.

(*y*) Const. Carnot. Tit. 8. §. idcirco Augusten. Tit. 21. §. Sacerdotem. Concil. Med. 3. tit. de iis, quæ ad Matr. §. Matrimonium. Conc. Paris. An. 1429. can. 33.

[*z*] Acta Eccl. Mediol. p. 4. Instruct. Matr. §. de Parochi dilig. ver. quamobrē Catech. Rom. p. 2. de Sacr. Matr. c. 8 n. 30. Conc. Trid. sess. 24. de Reform. Matr. c. pr. in fine.

(*aa*) Constit. Venerab. Odonis Epis. Paris. c. de Matr. §. 3 c. cùm inhibitio 2. §. p. vers. Cùm autem. de Cland. desp. D. Carolus. in Synod. Diœces. 3. Decr. 34. Actor. Eccl. Med. p. 2.

[*bb*] D. Carolus Conc. Med. 3. tit. de iis, quæ ad Matr. m. §. qui falsum. Concil. Cameracen-

quàm remotæ Diœcefis celebranda erunt, neque conſuetas Eccleſiæ denunciationes, nec aliud quidquam ad eorum celebrationes attinens agant, niſi priùs de prædictis perſonis contrahere volentibus Nos, vel Vicarium Noſtrum Generalem certiores faciant, *(dd)* & à Nobis, ſeu ab illo atteſtationem, per quam ſciant in Actis noſtræ Curiæ plenè per eoſdem probatam fuiſſe ſtatus libertatem, recipiant.

Idem ſervetur, quotieſcumque agitur de Matrimoniis contrahendis cum Viduis; ut per legitimas, & claras probationes de obitu prioris Conjugis extra Diœceſim Noſtram ſequuto Nobis liquidò conſtet, ita ut nulla illis probabilis mortis conjectura ex longa abſentia reſultans, ſuffragetur. *(ee)*

Teſtes autem, qui pro hujuſmodi Matrimoniis contrahendis adducuntur, ad formam Inſtructionis Sacræ Congregationis Univerſalis Inquiſitionis de Urbe ad hunc effectum in calce Synodi apponendæ, quàm diligentiſſimè examinentur; *[ff]* adamuſſim ſervata in exactione mercedis taxa, quæ de mandato Sanctæ Memoriæ Innocentii Undecimi emanavit. *[gg]*

meracen. 1565. de Matrim. c. q. d c. cum inhibitio in fine de Cland. Deſpon.

(cc) Conc. Colon. 2. tit. quod Matr. debent præced. Concil. Pariſ. 1. cap 6. cap. nullus c. 36. q. 2. Conc. Med. 5. p. 3. Tit. quæ ad Matr. §. omnis Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. Matr. c. 9. Concil. Rothomag. 1581. tit. de Sacr. cap 12.

(dd) Concil. Mechlin ſub Pio V. de Sponſ. Matr. cap. 6. Concil. Medol. 2. tit. 1. Decr. 26. Acta Eccl. Mediol. p. 4. Inſtruct. Matr §. quæ Parochos verſ. vagantium. Concil. Trid ſeſſ. 24 de Ref. Matr. cap. 7. Sacr. Cong. 29. Aprilis 1611. 20. Decemb. 1620 & pluriès apud Nicol. in floſc. verb. Matrimonium n. 5. Conc. Rothomag. 1581. tit. de Sacr. cap. 13.

(ee) Cap Dominus de Secund. Nupt cap in præſentia de Sponſ & *Matr.*

(ff Inſtruct. Sacr. Congr Univerſ. Inquiſit. die 21. Auguſt. 1670. Cum Reſponſ. ejuſd. Sacr. Congr. ad aliquot dubia.

[gg] Edita die 1. Octobris 1678.

De Sacris Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum.

CAPUT XVI.

INeffabilis benignitas Dei, mirabilis in Sanctis ſuis, ſed in eorum Reliquiis mirabilior, *[a]* humanam propitiùs reſpiciens infirmitatem dedit illas Provinciarum, & Civitatum Populis in ſolatium, tanquam ſalutares fontes, *(b)* ex quibus opportuna neceſſitatibus haurirent Beneficia, & clara virtutum exempla, veluti rivuli redundantes ad noſtra areſcentia corda fœcundanda promanarent. Quantùm igitur nobiſcum liberalior ea fuit, tot inſignes Reliquias, totque in eis validiſſima Patrocinia huic Civitati elargiendo, tanto majori cultu eas venerari debemus,

(a) Thophrid. Abb. ſer. de Sanct. Reliq. ſub ſæculo xii.

(b) Conc. Nicæn. 2. Act. 3. Epiſt. Synod. Tharaſ. Archiep. ad Epiſcop. Orient.

mis, ut quod meritis nostris non possumus, earum prædio, Divina largiente Misericordia, consequamur.

Ad eas igitur Religiosa pietate venerandas, Sacræ Reliquiæ omnes, quæ in Ecclesia Nostra Primatiali honorificè custodiuntur, semel in anno, Dominicæ videlicet in Albis die Populo ostendantur., & ab uno ex Sacerdotibus alta, & intelligibili voce, dum Canonicus Hebdomadarius Pluviali indutus singulas manu detinet, nominatim denuncientur., assistentibus semper Canonicis Chori Vicariis, (c) ut dum eas, veluti æternæ retributionis, ac Divinæ Beneficentiæ monumenta Populus intuetur., magis diligat Deum, cui satis non est glorificare Sanctos in Cælis, nisi eorum Ossa, ipsique Cineres honorentur etiam in terris.

Quamobrem in omnibus Ecclesiis, ubi Sacræ habentur Reliquiæ., honorificè, ac reverentia, qua decet, custodiantur, & conserventur., nec ex loculis, ubi conduntur, [d] Nobis non permittentibus, educantur.

Cùm verò exponendæ erunt, nulla spe lucri, (e) sed ad pietatem, & fidelium devotionem promovendam, per Rectorem Ecclesiæ tantùm Rocchetto, & Stola indutum, facibus semper circum ardentibus exponantur; nullaque ex causa asportandæ, vel reportandæ laicorum manibus deferantur, vel contrectentur. [f]

Nullæ tamen Reliquiæ proponantur in Ecclesiis etiam Regularium fidelibus venerandæ, nisi à Nobis, vel prædecessoribus Nostris fuerint approbatæ, (g) vel vetustissima æstimatione, ac veneratione commendentur.

Et ubicumque hujusmodi Sacræ Reliquiæ asservantur, duo earumdem omnium Indices infra tres menses fiant, quorum unus in publicas referendus Tabulas Nobis tradatur, alter in illa Ecclesia conspicuo, & decenti loco in Sanctorum honorem, Deique Gloriam affigatur. (h)

(c) Synod. Pis. Ann. 1659 & Ann 1678. in utraque cap. 14. §. Reliquiæ.

(d) Innoc. 3. In Conc. Lateran. 4 c. 62. can fin. de reliq. & vener. Sanct. Decr. Visit. Apost. Pis. §. Cum Sacræ Synod. Pis. Ann. 1619. 1625. tit. 7. c. 1. p. § ex loculis An. 1659. Ann. 1678 c. 14 in utraque §. ex loculis.

(e) Conc. Later. 3. can. 62. Conc. Trid. sess. 25. de invocat. vener. & Reliq. &c. Decr. Visit. Ap. Pisan. §. Cùm Sacræ Concil. Mogunt. 4. cap. 44.

(f) S. Greg. Pap. lib. 3. c. 30. d. Decr. Visit. Ap. §. ... à Reliq Synod. Pis. Ann. 1610. An 1625. in utraq. §. manibus An. 1650. Ann. 1678 d. §. ex loculis Conc. Mediol. 4. p. 1. tit. de Sacr. Reliq. §. ne Sacræ.

[g] Concil. Trid. sess. 25. de invoc. venerat. & Reliqu. &c Xyst 5. Const. 88. Dominus.

(h) Synod. Pis. Ann. 1610. Ann. 1621. tit. 7. c. pr. in utraq. §. ubicumq; Ann. 1619. Ann. 1678. c. 14. in utraq. §. ubicumq.

Delinquentes in præmissis, Ecclesiarumque Reliquias suffurantes, vel Nobis inconsultis elargientes merita poenas persolvent.

Hortari ulteriùs Nobis in Domino placet, ut ante Sanctorum Corpora, & insignes Reliquias, quæ in Ecclesiis conservantur, aliqua lampas semper, seu saltem diebus festis ardeat. [*i*]

Nec non monere Parochos, & Concionatores, ut Populum edoceant, (*l*) qua reverentia, & pietate Sanctorum memorias recolere, quo cultu, & veneratione eorum Reliquias prosequi teneamur. Fides enim in Nobis excitatur, spesque erigitur, dum eos unà cum Christo regnantes, orationes suas pro nobis offerre Deo contemplamur. Charitas quoque exardescit, cùm illorum deprecatione Deum Nobis per Jesum Christum propitium futurum animadvertimus.

Verùm, cùm in Sacris Imaginibus, vel mysteria humanæ Redemptionis recolenda, vel Sanctorum salutaria exempla imitanda piis fidelium oculis subiiciantur, ad omnes abusus removendos,

Præcipimus, quòd nil profani, insoliti, apocryphi, nilque, quod procaci venustate fidelium mentes possit offendere, contineant; [*m*] sed ejusmodi sint, quæ veritati scripturarum, traditionum, aut Ecclesiasticarum Historiarum, nec non antiquæ consuetudini in eis pingendis ab Ecclesia receptæ non adversentur, [*n*] imò, quæ ad Prototypi dignitatem, & sanctitatem aptè, & devotè respondentes devotionem pariant, & pietatem. (*o*)

Ideò in Ecclesiis, earumque frontispiciis, & Atriis signa, & Sacræ Imagines sine nostra approbatione non ponantur. (*p*) Nec ad Ecclesiarum, publicorumque locorum ornatum in Dei, & Sanctorum solemnitatibus, publicisque Processionibus aliæ, quàm Sacræ Imagines, ne sacra commisceantur profanis, adhibeantur.

Pavimentis, locisque sordibus, & irreverentiæ obnoxiis Sacræ Imagines, præsertim Cruces, non pingantur; nec collocentur; depictæ, & appositæ deleantur,

[*i*] Concil Mediol. 4. p. 1. de Reliq. §. Sacris.

[*l*] Conc. Nicæn. 2. Act 3. prope fin Conc Constan. sub Martino 5. sess. ult. Greg. 13. Const. Sanctissimus.

(*m*) Concil. Mogunt. Ann. 1549. c. 41. Concil. Mechl. sub Pio 5 tit. de Imagin. Conc. Trid. sess. 25. de invoc. vener. Sanct. Synod. Pis. Ann. 1610. Ann. 1625. tit. 7. c. 2. in utraq. §. Signa. Concil. Constantinopol. c. 100.

(*n*) Urb. 8. const. 51. Sacrosancta edita die 15. Martii 1642.

[*o*] d. Const. Urb. 8. §. ut veneratio Conc. Trid. de invoc.

(*p*) Concil. Trid sess. 25. de invoc. vener. &c. Synod. Pis. Ann. 1610. Ann. 1625. tit. 7 c. 2. §. In Ecclesiis. Anno 1659. Ann. 1678 c. 2 in utraq. §. In Ecclesiis. Concil. Senon sub Card Antonio à Prato Archiep. tempore Clem. 7. p. 2. in Decret. morum c. 40. Conc. Mediol. 1. par. 1. tit. quæ servanda sunt in Sacr. Imag. effing. §. cùm Sacrosancta.

tur,

tur, & amoveantur.

Vetuſtate verò, aut Aere, aut ſitu, aut alia ex cauſa ita exeſæ, ac deformatæ, ut reparari non poſſint, ab Eccleſiis, ne indecenti aſpectu ſint, omninò tollantur. [q]

Tandèm ut credulæ Rudium ſimplicitati, quæ levi Miraculorum aſſertione nimis facilè movetur, conſulamus; nec non inſidiis humani Generis Hoſtis, qui falſis miraculis, & illuſionibus eam in errores ſæpenumero conatur inducere, obviemus; ex Decreto Sacr. Conc. Trid. interdicimus; ne quis ſine Noſtra licentia nova miracula audeat evulgare, ſed ſi quæ Deus, qui facit mirabilia ſolus, dignatus fuerit ad aliquas ſanctorum Imagines, aut reliquias miracula operari, ſtatim ad nos deferantur; ut conſultis Theologis, & piis viris recognoſci, ac examinari valeant, nec prius quam à Nobis recognita, & approbata fuerint, publicentur. (r)

Multò minùs, publicentur, ſi quæ miraculoſa viſa fuerint contigiſſe circa corpora, & imagines illorum, qui licet ſanctitatis opinione defuncti, nondum tamen beatificati, vel canonizati fuerint; ſed nobis denuncientur, ut quod veritati ac pietati conſentaneum fuerit decernere, & S. Sedem Apoſtolicam, quatenus opus fuerit, in re tam gravi conſulere valeamus. [ſ]

(q) Conc. Mediol. 4. p. 1. tit. de Sacr. Reliq. Miraculis, & Imag. §. ſi quæ Synod. Piſan. Ann. 1678. ead. rubr. §. imag.

(r) Conc. Cameracen. ſub Pio 4. Ann. 1565. tit. 20. c. 5. allegato Concil. Senonen. p. 2. d. cap. 4. Conc. Sipont. ſub Card. Gallio tempore Pii V. c. de Miraculis Cameraceo. tit. 20. c. 5. Mediol. 4. p. 1. tit. de Sacr. Reliq. §. ſed quia; Trident. ſeſſ. 25. de Invoc. & vener. ſanct. Sacr. Congr. in Praten. 3. Decemb. 1616. apud Barboſ in ſumma Deciſ. §. miracula.

(ſ) Urban. 8. Conſt. Sanctiſſimus 29. edita die 13. Martii 1625. in gen. Congr. S. Romanæ, & Univerſ. Inquiſit. Cum Declaratione d. Conſt. adiuncta die 2. Octobris 1625. Idem Urb. 8. Conſt. cæleſtis Hieruſalem 134. edita die 5. Julii 1534.

De Feſtorum Obſervatione.

CAPUT XVII.

SEmper ab ipſa origine Mundi aliqui fuere dies, quibus homines ab omni opere quieſcentes, præcipuum Religionis obſequium redderent Deo, qui ſeptimum diem ab opere creationis ceſſando [a] ſanctificans, illum ab aliis ſegregatum, quaſi ſacrum ſibi deſtinavit, (b) ut gratam tanti beneficii memoriam in eo recolentes, externo, publicoque cultu Deum adoraremus; præter Sabbathū, quem in diem Dominicum (c) tan-

[a] Geneſ. c. 2.

(b) Exod. c. 16. & 20. Levit. c. 10. & 23. Deuter. c. 5. Eccleſiaſt. c. 20. D. Chryſoſt. hom. 10. in Geneſim.

(c) c. Pronunciandū c. ſabbathū de conſecr. diſt. 3. c. omnes. c. conqueſtus de feriis.

tantis divinarum mysteriis observationum (*d*) consecratum transtulerunt Apostoli, (*e*) Ecclesia anniversarias etiam solemnitates, quibus Divina meditaremur Beneficia, ne volumine temporum [*f*] ingrata subreperet oblivio, sanctorumque celebritates, quibus, vel ad eorum commoveremur imitationem, vel eorum meritis consociati (*g*) beatarum mentium precibus juvaremur, colendas instituit.

Ut hoc igitur Festorum dierum piæ observationis Præceptum Divina primùm, deinde Ecclesiastica lege datum integrè, ac inviolatè, prout obstringimur omnes, & cum debita veneratione servetur, (*h*) Parochi, dum Populum admonent, ut ab omni opere servili prædictis diebus abstineat, doceant quoque ex mandato Sanctissimi Domini Nostri Clementis Undecimi, (*i*) quòd non ideo hæc opera prohibentur servilia, ut otio, ac laxamentis vacetur, sed ut longius, ac magis commodum tempus habeatur Ecclesias frequentandi, Divinis Officiis devotè intendendi, Verbum Dei audiendi, animasque Sacramentis, Orationibus, ac aliis piis operibus reficiendi; [*l*] sæpèque intra annum eodem tempore, quo dies Festos per quamlibet Hebdomadam recurrentes annunciare tenentur, [*m*] memoriam etiam renovent Populo hujus gravis obligationis, animadvertentes, quòd nulli alii ex præceptis Decalogi, quàm huic præcipuum recordationis officium præmittitur: *Memento, ut diem Sabbathi Sanctifices*, (*n*) ut intelligant, quòd quemadmodum fideles tale præceptum meminisse debent, sic Pastoris est in eorum memoriam illud, & monendo, & docendo sæpè redigere. [*o*]

Verùm, cùm plus valeat timor ad Populum in tam gravi re dormitantem expergiscendum, præter pœnas in Constitutione Beati Pii Quinti, [*p*] & in Nostro Edicto bis in anno inter Missarum solemnia per Parochos legendo contentas, sub ejus oculos ponant Divina flagella, quibus Sabbathi violatores in veteri lege puniebantur; (*q*) & inde ostendant, quòd hujusmodi pra-

(*d*) D. Leo Pap. Epist. 2. ad Diosc. c. p.

[*e*] D. Aug. serm. 151. de tempore. Catech. Rom. de 3. Præcep. §. 7. & §. 12.

[*f*] D. Aug. de Civit. Dei lib. x. c. 4.

(*g*) Concil. Narbonen. cap. 8.

(*h*) can. pronunciandum p. de consecr dist. 3. Conc Trid. sess. 25 de delect. Cib. Jejun. & dieb. fest. Conc. apud Cōpend. in Gallia sub Gregor 4. Anno 883. in c. p. de feriis.

[*i*] S. Congr. Episc. Liter. Circular. de mandato SS. D. N. Clem. XI. die 16. Martii 1703. § secundo.

(*l*) D. Aug. serm 151. de temp Concil Matiscon. sub Pelagio 2. Anno 578. c. p Concil. Triburien. sub Formoso Pap. can. 35 Conc. Trid. sess 25. de invoc. vener. & Reliq. Sanct. Conc. Constantinop. 3. can. 66. Pius V. Constit 5. Cum primum Apostolatus §. 7. Greg. Nazian. Orat. 4. in Julian. Origen. Homil. 69. in Exod.

(*m*) cap. pronunciandum de consec. dist. 3. Conn. Ravennat. 2. sub. Clem. 5. can 10. Concil. Trid. sess. 25. de delect. cibor. &c.

(*n*) Exod. c. 20. vers. 8.

(*o*) Catech. Rom. de 3. Præcepto §. p.

(*p*) Constit. Cùm primum Apostolatus 5 §. 7.

(*q*) Deuter. c. 31. vers. 14. Numer. c. 15. vers. 35. Jerem. cap. 17. vers. 27. Ezech. c. 20. vers. 13. 2. Machab. c. 15.

prava, & execrabilis Festa profanandi consuetudo, quæ apud nonnullos increbuit, atque invaluit, Divinam commovet indignationem ad Bellorum, Inundationum, Terræmotuum, Pestilentiarumque flagella renovanda, [*r*] ut, quod paternis monitionibus non valent, saltem terrore pœnarum obtineant.

Omnium igitur, quæ de cultu Festorum Romani Pontifices, ac Sacra Concilia decrevere; (*s*) quæque à Nostris Prædecessoribus (*t*) constituta, seu declarata fuerunt, observantiam præcipimus.

Præsertim, ne quid ematur, venundeturve, (*u*) quod ad victum illius diei, vel ad Infirmorum curationem necessarium non fuerit; ne officinæ [*x*] tam Christianorum, quàm Judæorum aperiantur; Nilque aliud, quod mechanicum, seu servile sit, exerceatur [*y*] juxta modum in Nostro Edicto explicandum.

Qui in prædictis deliquerint, pœna primum unius Aurei à Prædecessoribus Nostris constituta, (*z*) & à Nobis confirmata multetur; deinde contumacia crescente, Arbitrium Nostrum ad illam accedet.

Circulatores verò, Præstigiatores, omnesque alii hujus farinæ homines, artes hujusmodi diebus Festis exercere non audeant (*aa*) sub eadem pœna, quoties contrafecerint, persolvenda.

Nunquam pariter ante Ecclesias, nec in earum Plateis, nec in viis in earum conspectu positis, choreæ, saltationes, & strepitus agantur, (*bb*) maximè dum Divina celebrantur Officia.

Ex Urbe, aut Oppidis Diœcesis qui discedere volunt festo die, non priùs, quàm Missam audierint iter aggrediantur, [*cc*] nisi eò ituri sint, ubi brevi tempore ob parvam distantiam Præcepto eam audiendi satisfacere valeant. (*dd*)

Et qui in Bestiis pascendis occupantur, Missam pariter audire nullatenus (vigilante ad hoc Parocho) prætermittant. (*ee*)

Sciant Parentes, qui filias grandiusculas, seu filios Domi retinent, dum Missa celebratur, & Fidei rudimen-

(*r*) Clem. XI. alleg. Liter. Circul. §. 2.

[*s*] S. Pius V. d. const. 5. Clem. xi. d. Liter. Circul. Conc. Constantinopol. 3. can. 66. Concil. Trid. sess. 25. de invoc. vener. &c.

(*t*) Synod. Pisan. An. 1610. Anno 1625. tit. 8. An. 1650. An. 1678. c. 15.

(*u*) D. Carol. Concil. Med. 1. p. 1. tit. de fest. dier. cult. §. Maximum. c. omnes. dies de feriis. Conc. Mogunt. 4. cap. 48.

[*x*] D. Carol. d. Const. Mediol. 1. p. 1. tit. de fest. §. ne Officinæ. Synod. Pisan. Ann. 1610. An. 1625. tit. 8. in utraq. §. Officinarum. Anno 1650. Ann. 1678. c. 15. in utraq. §. Quapropter.

[*y*] Conc. Melden. sub Sergio 2. c. 77. Conc. Tracon. c. 4. Turon. 3. can. 4. Mogunt. 1312. c. 37. Rhem. can. 35. Aquisgran. 2. can. 7. Matiscon. 2. can. 60. Arelat. 4. can. 6. Catech. Rom. de fest. observ. p. 3. c. 4. §. 22. Pius V. const. cùm primum Apostolicatus §. 7.

(*z*) Synod. Pis. loc. cit.

(*aa*) Conc. Med. p. par. 2. tit. commun. de rub. Divin. Off. §. Episcopi Const. Flor. 1517. sub Leon. x. tit. de fest. c. 3. Synod. Pis. locis citatis.

(*bb*) Conc. Turon. 1583. tit. de fest. cultu. Bituricen. can. 6. Aquen. tit. de fest. Mediol. 3. tit. de fest. dier. &c. Synod. Pis. locis citatis. c. irreligiosa. de consecr. dist. 3.

[*cc*] Theodulph. Episc. Aurelianen. ad Presbyt. Aurelianen. c. 24. Ant. August. in Epi. veter. Jur. lib. 20. tit. 19. c. 30. sub Sæculo VIII.

(*dd*) Conc. Med. 5. par. 2. tit. quæ ad dies festos &c.

(*ee*) Synod. Pis. loc. cit.

dimenta à Parochis traduntur, quòd graviter delinquunt, rationemque pro peccatis etiam illorum Deo reddent. [ff]

Nec non Domini, qui famulos ad opera servilia diebus Festis inducunt, quantò magis, si etiam impellant? (gg)

Inter alia verò Festa, quæ ex Præcepto Ecclesiæ coluntur, Festum quoque Sancti Rainerii Confessoris Pisani, nec non totius Civitatis Patroni decimoquinto Kalendas Julii, ab omnibus in Nostra Diœcesi, etiam Regularibus quomodolibet exemptis, colatur, & tanquam de Præcepto eodem modo servetur, quemadmodum semper ab antiquissimo tempore, ex plurium Prædecessorum Nostrorum Decretis fuit observatum, [hh] & Nos observari mandamus. [ii]

(ff) Paul. ad Timoth. Epist. pr. c. 5. vers. si quis D. August. imo Beda c. 6 ad Galatas relatus in c. duo ista c. 23. q. 4. c. non putes 35. ca. 23. q. 5.

(gg) cap. non est c. sum vos vers non perseq. c. 23. q. 5.

(hh) Synod. Pisan. An. 1582. Rubr. 4. c. 1. Ann. 1610. 1625 tit. 7. in utraq. §. in Diœcesi Ann. 1650. 1678. in utraq. cap. 15. §. inter alia.

(ii) c. conquestus de feriis. cap pronunciandum de consecr. dist. 3. Conc. Trid. sess. 25. de regular. cap 12. S. Congreg. in Hostumen. 13. Julii 1627. apud Barbos. in Concilium ad d. c. 12.

De Indulgentiis.

CAPUT XVIII.

JEsus Christus Dominus Noster, per quem Deus dives in Misericordia ostendit abundantes divitias Gratiæ suæ in bonitate super nos, (a) Thesaurum non deficientem, suisque meritis oppletum Ecclesiæ Sponsæ suæ acquisivit, qui nec diuturno usu, nec longissima dispensatione decrevit; Ad quem cumulandum, licèt inexhaustis, nulloque pretio æstimabilibus divitiis ineffabili miserationis effusione redundantem, merita quoque Beatissimæ Virginis, reliquorumque Sanctorum accedunt. (b)

Hujus verò Thesauri non absconditi, sed prudenti liberalitate (c) fidelibus aperiendi pro Indulgentia, & remissione modò integra, modò restricta pœnarum, quibus ex peccatis, sive in hac vita, sive in Purgatorio teneremur, claves commisit Petro, suisque successoribus, [d] quos suos in terris Vicarios constituit, eosque perpetuos fecit dispensatores; ut qui hoc beneficio, Divina largiente Misericordia, uterentur,

Divi-

(a) D. Paul. ad Ephesios c. 2.

(b) Clem. 5. Archiep. Taracon. ejusq. suffraganeis Anno Domini 1342 Avenione in Hispaniam. Extrav. Unigenitus 2. de pœnit. & rem. Pius IV. Const. decet, apud Pitac s in 7. Decret. tit. de Indul. Leo x. Const. Exurge 40.

(c) Conc Later. 4. c. 62 Extrav Commun. de pœnit. & remiss. Extr. Pauli 2 & Xysti 4.

(d) Con. Narbon. de Indulg. can. x. d. Extrav. Unigenitus §. quem quidem Thesaurum Pius 4. d. Constit. Decet.

Divinæ quoque Amicitiæ participes efficiantur;

Hunc igitur Indulgentiarum Thesaurum potestate sibi divinitus tradita Summi Pontifices ab antiquissimis temporibus aperuerunt; (e) et nostris etiam ad excitandam, & remunerandam fidelium devotionem (f) frequenter aperiunt.

[e] Conc. Trid. sess. 25. Decret. de Indulg.

Quamobrem, ne spiritualibus hisce divitiis ob ignorantiam mendicitas nostra privetur, Parochi Divinam Indulgentiarum vim, saluberrimósque fructus exponant Populo, præsertim dum Indulgentias Ecclesiis suis concessas publicant, vel pro publicis necessitatibus ad Divinam opem implorandam conceduntur, simulque illum doceant, qua puritate cordis, qua peccatorum detestatione, qua fide ad eas consequendas disponi debeat; Quæque opera à summo Pontifice Indulgentiarum dispensatore pro earum consecutione injuncta, per eum erunt adimplenda, paternisque monitis ad earum tam proficuum desiderium illum accendant.

Nullus verò tam sæcularis, quàm Regularis, novas Indulgentias exponere, aut divulgare audeat, nisi priùs à Nobis, seu Vicario Nostro Generali adhibitis duobus de Capitulo ad formam Sacri Concilii Tridentini publicandas esse decernatur; (g) Contravenientes arbitrio puniantur; graviùs tamen qui vel apocryphas, vel, cùm concessæ fuerint ad certum tempus, expiratas publicaverint.

(g) Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 9. Sac. Congreg. Concil. ad eumdem cap. 9. apud Barbos. de Paroch. cap. 16. n. 19.

Absit tamen omnis suspicio quæstus in earumdem publicatione, aut usu; ut omnes verè intelligant Cœlestes hos Ecclesiæ Thesauros non ad quæstus, sed ad pietatem exerceri.

Concil. Trid. d. sess. 21. de reform. c. 9. vers. ut tandem. B. Pius 5. Constitut. et si Dominici 30. et Const. quàm plenum 95.

De Sacrosanctis Ecclesiis.

CAPUT XIX.

MAximè dolendum est, quòd pro vindicanda, vel conservanda debita Ecclesiis reverentia, in qui-

bus omnem spem nostram sitam habemus, (a) tantum Pastoralis vigilantiæ sit insumendum; quòdque ubi priscis temporibus Domus erant Ecclesiæ, nunc Ecclesiæ ipsæ in Domum redactæ sint; & in Domum, utinam de præterito Populo tantùm esset dictum, utinam tantùm de Judæis legeretur, Negociationis. [b].

Ut igitur pro decore, ac reverentia Ecclesiis vel conservanda, vel restituenda, quæ Sanctorum Pontificum Constitutionibus, Conciliique Tridentini Decretis præcipuè Nobis commendatur, muneri Nostro satisfaciamus, iisdem constitutionibus, ac Decretis, (c), quorum observantiam injungimus, inhærentes, præcipimus.

Quòd nullus novas Ecclesias, Oratoria, seu Altaria construat, vel construenda curet sine præcedenti Nostra licentia, [d] & sine congrua dote, ne constructa necessariis ornamentis, ac subsidiis destituantur; Nullusque in iisdem constructis sacra faciat, nisi consecratio, seu Benedictio præcesserit. (e).

In iisdem pariter conservandis, ac exornandis splendor pro viribus; munditia verò, & elegantia semper adhibeatur, semperque Religiosus cultus colluceat. [f]

Quæ tamen vel collapsæ, vel collapsuræ indigent reparatione, seu Sacra Supellectili, ad formam Sacri Concilii Tridentini Decreti Christiana pietate reficiantur, (g) ac provideantur; Quòd si negligentes fuerint illi, ad quos attinet, prout juris erit, [h] compellentur; aut si forsan inopia illorum restaurari non valeant, auctoritate Nobis ab ipso Concilio tradita, opportunis remediis providebitur.

Verùm, cùm satis non esset externo Ecclesiarum providisse decori, nisi etiam provideretur, quòd Deo in Domo sua, quam decet sanctitudo, debitus deferatur honor, & cujus in pace locus factus est, cultus sit etiam cum debita veneratione pacificus; [i] omnibus districtè injungimus, ac mandamus.

Quòd in Ecclesiis, in quibus ab otiosis, & inutilibus verbis, cùm Domus sint Orationis, abstinere quoque

(a) D. Chrysost. Hom. 33. in Matth. c. 10.

(b) D. Chrysost. in Marc. hom. 13.

(c) Gregor. x. in gener. Conc. Lugdun. Ann. 1273. c. decet. 2. §. Ordinarii de immunit. Eccles. in 6. Pius 5. const. cùm primum 5. Concil. Trid. sess. 25. de invoc. venerat. Clem. XI. liter. Circul. sub die 30. Julii 1701. et sub die 16. Martii 1703. §. 1.

(d) Concil. Aurel. in c. nemo 9. de consecr. dist 3 Ordo Roman pag. 107. Novella Justinian. 67. c. 1.

(e) Cap. nullus de consecr. dist. 3.

[f] Conc. Nicæn. 2. c. 6. Anno 325. in Bithinia c. mos antiquus dist. 65.

(g) Concil. Trid. sess. 22. de reform. c. 7.

(h) c. quicumque p. c. de his 4. de Eccles. ædific. vel repar. Concil. Trid. sess. 7 de reform. c. 8. c. decrevimus 10. q. pr.

[i] Gregor. X. in d. c. decet. de immun. Eccles. in 6. Concil. Rothomag. sub Card. Carolo Borbonio Ann. 1581. tit. de Cultu Divino cap. 9.

que debemus, tumultus, ac ftrepitus non excitentur, clamores non moveantur; quòd abfint omnia vana, fœda, & profana colloquia, ceffent conventicula, & deambulationes, præfertim cùm Divina celebrantur Officia, Verbumque Dei prædicatur; (*l*) quòd eodem tempore nullus in locis propinquis, (*m*) quantò minùs in Ecclefiis vociferari, nugari, negotiari, nec quidpiam aliud facere præfumat, quo Divina Officia perturbare, aut oculos Divinæ Majeftatis offendere poffit; ne ubi peccatorum poftulanda eft venia, occafio præbeatur peccandi. [*n*]

Pauperes quoque non permittantur, eo faltem tempore, quo dicta Divina Officia peraguntur, vel Sacra Concio ad Populum habetur, mendicare per Ecclefias etiam Regularium, fed ad valvas earumdem Ecclefiarum permanere cogantur. (*o*)

Parochi verò in id omni diligentia præcipuè incumbant, ut feriò Populus animadvertat, quàm graviter provocent Divinam indignationem, cujus ultio eft ultio Templi fui, (*p*) Ecclefiarum profanatores; & cùm opportunum fuerit adverfus eos ardeant Zelo Domus Dei; nec non ad mentem Sanctiffimi Domini Noftri Clementis Undecimi quotannis ejus Literam Circularem (*q*) unà cum Noftro Edicto in fine Synodi ponendam ab Altari Populo legant, & omnia fervare faciant, quæ in ipfa præcipiuntur, ne rei fint ante Tribunal Chrifti, cùm ad judicandum venerit, quòd in re tam gravi tacuerint.

Si verò, quod abfit, paternas eorum monitiones contempferit, ad Nos deferant, ut Sacrarum Conftitutionum pœnis tam execrabilis temeritas coerceatur. [*r*]

Confeffarii quoque de hoc Pœnitentes admoneant, Concionatores clament, omnes tandem, qui in Domo Dei miniftrant, pro Domo Dei vigilent, & ejus diligant decorem. [*f*]

Ludimagiftri, omnefque alii, qui puerorum curam habent, illos diligenter inftruant; quæ reverentia Ec-

(*l*) Conc. Parif. 6. lib. 2. cap. 12. Conc. Senon. in decretis morum cap. 16. Concil. Rom. 4 fub Damafo c. 3. Ravenn. 2. fub Clem. 5. c. 12. Mediol. p. p. 2. tit. de Ecclef. Sabinen. cap. 18. Pius V. d. Conft. cùm primum §. ut igitur 4.

(*m*) Conc. Turon. 3. c. 38. & 39. Conc. Mogunt. 3. cap. 21. Conc. Salegunftad. fub Benedict. 8. cap. 9.

(*n*) d. cap. decet. c. Oratorium. c. in Oratorio dift. 65.

(*o*) B. Pius V. d. conft. cùm primum §. Pauperes 5. Conc. Bituricen. 1585. tit. 9. de Ecclef. 9. §. curabunt.

(*p*) Jerem. cap. 50.

(*q*) Clem. xi. d. Liter. Circular. die 30. Julii 1701.

(*r*) d. Liter. Circular. Clem. XI.

(*f*) d. Litera Circular.

clesiis debeatur, ut ea imbuti à teneris annis, servent etiam adulti. (*t*)

Et ut nihil indecens, vel quod debitum cultum Ecclesiis valeat diminuere, relinquatur; Sclopeti, Hastę ferro munitæ, similisque generis arma in eas non inferantur. [*u*]

Delictorum inquisitiones, Cadaverum inspectiones, similesque actus judiciarii in Ecclesiis non fiant; quæ autem occisorum corpora in eas illata sint opportuna licentia inspicienda, extra eas asportentur in locum, ubi hujusmodi inspectiones facere liceat. (*x*)

Corpora Defunctorum in Sepulcris, & non supra terram in Capsis, aut Depositis sepeliantur; et si aliqua forsan super terram adhuc extiterint, juxta Constitutionem Beati Pii Quinti, amoveantur, & in profundis Tumbis infra terram collocentur. (*y*) Nunquam verò Nobis inconsultis Ecclesiarum Pavimenta pro Cadaveribus recondendis excaventur.

Quominùs erunt sub Altaribus, eorumque Prædellis sepelienda; quòd, si quæ fuerint sepulta, donec aliò transferantur, in dictis Altaribus non celebretur. [*z*]

Sacra Indumenta, omniaque alia Divino cultui dicata ad usus profanos adhiberi non permittantur. [*aa*]

Neminique liceat, in Ecclesiis inscriptiones apponere, nisi priùs à Nobis, vel Vicario Nostro Generali recognitæ, & approbatæ fuerint.

In Officiis Divinis ita resonet Musica, ut sacra tamen esse non desinat, & Devotionem excitet simplicitate, tædium protractione non moveat; ideòque mandamus Musicæ præfectis, ut in posterum brevitati studeant, & gravitati; dum verò sacrum solemne celebratur, ad Offertorium, post consecrationem, & Agnus Dei; signo per Chori, vel Cæremoniarum Magistros dato, cantus omnis, aut sonus in longius non protrahatur. Quòd cum Decreto à Sanctissimo Domino N. Papa Alexandro VII. in Apostolica Romanæ Urb. Visitatione maximè cohæreat, illud propterea

(*t*) Const. Carnot. tit. 14. de Ecclef. §. item omnibus.

(*u*) D. Carol. Conc. Mediol. p. par. 1. tit. de Ecclef. Synod. Pis. Ann. 1610. et 1625. tit. 9. c. p. in utraque §. cumque indignissimum. Ann. 1650. & 1678. in utraq. c. 16. §. Sclopetos. Concil. Cabilon. p. sub Mart. II. can. 17 Concil. Triburien. p. sub Arnulpho Imper. can. 6. Conc. Salegûstadien. c. 8.

(*x*) Conc. Mediol p. par. 1. tit. de Ecclef. §. ne occisorum Synod. Pisan. loco citatis.

(*y*) d. Const. 5. cumprimum § et ut in Ecclesiis. Ritual. Rom. rubr. de exeq. §. ubi viget Sacra Congr. Conc. in Syracusana 10 Iulii 1625. Conc Rhemen. 1683. tit. de Sepul. cap. 8. Concil. Bituricen. 1585. tit. de Cæmeter.

(*z*) cap. præcipiendum 23. q. 2 cap. non oportet de Consecr. dist. 1. Sacr. Congr. 13. Septem. 1593. et 8. Novemb. 1599. apud Piasec. prax. Episc. p. 1. cap. 5. n. 8. eadem Sacr. Congr. in una Calagur. die 10. Iulii 1647. Concil. Mediol 4. par. 1. tit. de Sepult §. nec verò Decr. Visit. Apost. Act. Ecclef. Med p. 3. §. sepulcra vers. sepulcrorum; Rit. Rom. Rubr. de exeq. §. ubi viget.

(*aa*) cap. vestimenta 42 cap. ad nuptiarum 43. de Consecr. dist. 1.

rea in Nostræ Diœcesis Ecclesiis, & Oratoriis omnino observari volumus, cujus exemplar infra in calce Synodi ponitur; Transgressores pro contumaciæ qualitate arbitrio Nostro punientur.

De Decimis Solvendis.

CAPUT XX.

PRæceptum de Solvendis Decimis, quod tum ex jure naturæ, (*a*) cujus ratio suadet, ut qui Divino cultui ad salutem ministrant, ab ipso Populo alimenta recipiant, Tum ex jure Divino, (*b*) quod in signum universalis Dominii decimas Deo, cujus est terra, et plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo, reddi præcipit, velut à fonte promanans, fuit nobis Ecclesiastica lege observandum injunctum. [*c*]

Ne Decimarum igitur Ecclesiis obvenientium solutio negligatur, præsenti Decreto præcipimus omnibus, cujuscumque gradus, & conditionis sint, ad quos Decimarum solutio spectat, (*d*) ut eis, ad quas de jure tenentur, Ecclesiis, aut personis, quibus legitimè debentur integrè persolvant juxta locorum consuetudines; alioquin, in non solventes, subtrahentes, aut ausu temerario occupantes, juris remediis agetur. (*e*)

Familiæ quæ bobus terram arant, ex præcepto antiquarum Constitutionum, grani mensuram, quæ vulgo starium appellatur, singulis annis pro Decima solvant, cujus tamen pars dimidia ad terræ Dominum, altera ad colonum spectare intelligatur. Quæ verò manibus, ut ajunt, sibi victum quærunt, ad dictæ mensuræ solum dimidium teneantur. [*f*]

(*a*) Gen. cap. 14. et cap. 28. *D.* Paul. ad Hebræos cap. 7.

(*b*) Exod. cap. 22. n. 18. 2. Esdræ cap 10. Urban. XI. imo Concil. Mogun. 1. sub Carolo Magno c 38. relat. in cap. admonemus 16. q. 2. Gregor 7. in cap. Decimas c. 16. q. 7. Paschalis 2. in cap. decimas c. 16. q. pr. Alex. 3. in cap. parochianos. Innoc. 3. in cap. tua cap. in aliquibus §. fin. de Decimis.

(*c*) cap. *Decimæ* c. 16. q. pr. cap. præcipimus q. 2 cap. omnes decimæ q. 7. Canones omnes sub titulis tam *Decretal.* quam 6. & Clement. de *Decim.* Concil. Lateran. 4. can. 53. Concil. Constant. sess. 8. contra Articulū Ioan. Vuiclefli Conc. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 12.

(*d*) Trid. d cap. 12.

(*e*) Concil. Sabinen. c. 12. Claramont. c. 19. Concil. Lateran. 3. c. 14. Concil. Trid d. cap. 12. Clemen. de pœnis cap. p. Clement. de Decimis cap. pr. nec non cap. pr. de Decim. in 6.

(*f*) Synod. Pisan. An. 1616. et Anno 1625. in utraq. Tit. 9. cap. 2. Ann. 1650. et 1678. in utraq. cap. 17.



De

De Funeribus, & Exequiis.

CAPUT XXI.

UT omnis ſordidæ avaritiæ ſuſpicio procul amoveatur, & pia inſtituta, ac laudabiles conſuetudines omnino ſerventur, hæc pro funeribus, & exequiis deberi ſtatuimus. Si Patres, Matreſve Familias, aut ii, qui aliàs familiæ caput appellantur, diem extremum obeant, quatuor denariorum libræ pro funere perſolvantur; aliis occumbentibus, ætatis ratio habeatur, ita ut pro puero uſque ad ſeptennium decem ſolidi, à ſeptennio uſque ad vigeſimum quintum ætatis annum, denariorum libra, & ſemis, exinde ſemper, & ſine ullo diſcrimine libræ duæ pendantur. Miſerandæ tamen perſonæ, (a) ac pene fame pereuntes ſine pretio funerentur. Pro Funerandis (b) pauperibus quiſque Parochus habeat ſepulturã in ſua Eccleſia, vel Cæmeterio, aliàs ſi infra ſex menſes à die publicationis, dictum ſepulcrum extruendum non curaverit, quinque multetur aureis; accuſarique poſſit à quocumque præſertim à Confratribus Sanctæ Urſulæ nuncupatis *della Morte*.

(a) Rit. Rom. Rubr. de Exeq. §. Pauperes Sac. Congr. Epiſc. 5. Maii 1617.
(b) Rit. Rom. Rubr. de Exeq. §. ubi viget.

Candelæ omnes, ac cerei, & intortitia vulgo nuncupata, quæ aut domi, aut in Eccleſia circa feretrum diſponuntur, ad Eccleſiam pertineant Parochialem. Quæ verò circum Cadaver in Funere deferuntur, unà cum cerea Cruce, quæ ſuper defuncti pectus apponi ſolet, in duas æquas partes dividantur, quarum unam Parochus, alteram Eccleſia, ubi mortuus ſepelietur, accipiat. Quòd ſi in Eccleſia Parochiali, ejuſque ſepulcreto condatur, tunc Parochus, nulla facta diviſione, cuncta lucretur, etiam ſi dicta intortitia ſint à Magiſtratibus miſſa in Collegæ honorem defuncti, & à Domicellis deferantur. Collegio tamen Univerſitatis Doctorum de more ſemper excepto.

Sed & ne contra præſcriptum uſum Parochis præjudi-

judicium inferatur, decretum circa id aliàs sancitum restituimus, quo nimirum, si funalia, seu intortitia, quæ impensa domus defuncti, vel heredum, vel aliorum quorumque funus curantium in mortuorum exequiis adhibentur, non fuerint plura, quàm sex omnia ad Parochum, & ad Ecclesiam, ubi corpus humabitur, in æquas partes dividenda pertineant. Si verò plura fuerint, permittitur heredibus, aliisve funeris curatoribus, ut laicorum Sodalitatibus, aliisque Crucem præferentibus bina distribuant. Eorum tamen numero valde crescente, an supradicta permissio sit amplianda, Nos consulant, priusquam domo, vel Ecclesia efferatur funus.

Quo in loco ad omnem dissidii occasionem dirimendam, declaramus, Parochos Crucem præferre non debere, nisi cùm defunctus in Parochiali Ecclesia humandus erit: & cùm è domo ad Ecclesiam, custodiæ causâ, defertur.

Funalia autem, atque intortitia in funeralibus ejusmodi adhibenda, ponderis ejusdem, ac qualitatis esse volumus; idque observandum in cereis, & candelis distribuendis. Pondus ve ò candelarum semilibra sit; sed & grandiores dere volentibus, licebit; modò tamen omnes æqualiter augeantur.

Parochis ad sepulturam mortuum comitaturis, non modò Clericum, sed & comitem vocare veteri ex consuetudine permissum sit, quibus, si omnes adsint, quinque tantùm candelæ, una scilicet Clerico, una Comiti, reliquæ tres Parocho tribuantur, neque huic pro pulsandis Campanis quicquam aliud debeatur.

Dum Cadaver ex recenti more ad Parochialem Ecclesiam defertur, non ut sepeliatur, sed ut ibi asservetur, donec sit efferendum, Parochus pro comitatu, nec funalia, aut intortitia, nec quicquam aliud petat: si quid autem non petenti dabitur, sponte oblatum accipere non prohibemus. Parochi urbani, vel suburbani, ad quorum Ecclesias ex oppidis, & villis defertur Cadaver, ut ibi asservetur, donec sepulturæ

tra-

tradatur, non possint petere, aut quovis titulo habere ceram, quæ ardet circa cadaver, dum ibidem asservatur, sed ea pertineat ad proprium Parochum urbanum, cujus erat defunctus. Candelæ tamen Altari, seù Altaribus ab heredibus defuncti sponte oblatæ, sint Rectoris, vel alterius, ad quem pertinent emolumenta funeris illius Ecclesiæ, in qua fuit cadaver expositum.

Si custodiæ, ac precum causa, eidem cadaveri assistere Sacerdotes, Religiosósque viros voluerint, qui funus curant, Parochus ante omnes requiratur: alii eorumdem funus curantium arbitrio relinquantur. Pro custodia autem diei, Candelæ tres, vel tres Julii dentur in singulos Sacerdotes; pro nocturna verò, Candelarum, sive Juliorum stipendium duplicetur.

Nullis Primatialis Ecclesiæ vocatis Capellanis, dum illi, sive pauciores, sive plures funus prosequuntur, vel cadaveri humando adsunt, duplicetur candela, nisi (ut antiqui moris est) Chori Magistro, atque aliis, qui Baptismi, seu Sacrarii Ministerium exercent. Cantoribus verò tunc solùm, quando vel Missam Defunctorum, vel Nocturnum decantare opus sit, qua in Missa Celebranti insuper, nec non Diacono, & Subdiacono stipis modo eodem duplicanda est, sicuti, & si omnes Capellani vocati fuerint, tunc pariter et Hebdomadariis, & Cantoribus candela duplicanda erit.

Dum Canonici, & Capitulum ad funus convocantur, nulli sub eorumdem Crucis vexillo distribuatur candela, qui non sit è numero Clericorum Primatiali Ecclesiæ inservientium cum Clericali habitu, & mortuum ad sepulturam usque associantium.

Si quando contingat, quempiam ex nostra Diœcesi in aliena Parochia decumbere, & occumbere, tunc Parocho, qui præbuit Sacramenta, & in ejus Parochia ille decessit, tres tantummodò candelæ dentur, nec non cerei, atque intortitia, quæ domi, vel in Ecclesia circum cadaver accenduntur, cætera sint Parochi proprii emolumenta.

Si

Si defunctus in pluribus sodalitiis descriptus fuerit, poterunt heredes, vel executores testamentarii illarum omnes sodalitatum confratres ad funus vocare; sed confratres illius, in qua primùm descriptus fuerit, deferant cadaver, & intortitia.

Ruri, aut in oppidis, etiam in domo propria obeuntibus iis, qui urbem incolunt, si ad hanc sepulturæ causa deferantur, non Diœcesanus, sed urbanus Parochus consueta funeris lucretur emolumenta; illi tamen, licèt mortuum non comitanti, tres candelæ, & cerei funales, sive intortitia dentur, quæ per viam accenduntur, dum corpus in urbem defertur; comitanti autem eleemosyna insuper pro comitatu ex more præbeatur, sicuti, & è contra fieri debebunt omnia, si contigerit in Oppido, aut Rure sepeliri, qui Rus, Oppidumve incoluit, & vitam in Urbe finivit.

Laicorum Societates extra muros Urbis per Diœcesim à defuncti heredibus convocatæ, tertiam ceræ partem, quæ *grossa* nuncupatur (non tamen ceræ Crucis, quæ supra corpus defuncti, nec candelarum, quæ domi circa feretrum apponuntur) consequi tunc valeant, cùm omnia intortitia accenduntur.

Ubi ad funus peragendum plures convocandi sint Sacerdotes, Plebanus, cui Parochialis Ecclesia subiicitur, primo loco invitetur, deinde Rectores aliarum Ecclesiarum in Plebanatu existentium: hoc scilicet ordine, ut initium sumatur à viciniori, post quem antiquitatis ratio habeatur.

Plebano semper, ubique (extra Urbem tamen) cera duplicetur, & ferendi Crucem facultas sit, ubicumque illius gestandæ vigeat consuetudo. Utrum autem vigeat, necnè, in dubiis nostrum est discernere, & declarare.

In Causis Funerum nullo juris ordine servato, sed sola facti veritate inspecta, extrajudicialiter procedatur, atque omnia executioni mandentur.

Officium pro mortuis in die eorum depositionis, tribus Nocturnis persolvatur, & Laici omnes Candelas

accenſas manibus gerentes, mortuaque corpora in Eccleſia circundantes, ſigno Crucis illa publicè non ſignent.

Piſano Capitulo omnibus in Eccleſiis, etiam exemptis Regularium quorumcumque ex antiquis privilegiis, quæ hic pro inſertis haberi volumus, Miſſam, & Officia Mortuorum in funeribus celebrandi facultas ſit. [c]

His, quæ ad removendas lites occaſione funerum Prædeceſſores Noſtri conſtituerunt; (d) & Nos confirmamus, addere opportunum credimus.

Qui repentina vi morbi obierint, ante vigeſimam quartam horam, cæteri vero ante duodecimam nullo modo ſepeliantur, (e) nec niſi eodem tempore elapſo ſecentur, aut aperiantur ſine Noſtra, aut Vicarii Noſtri Generalis licentia, inconſultis Medicis, non concedenda.

In ſepeliendis Cadaveribus pro loco ſepulcri Rectores Eccleſiarum nulla petant, aut exigant emolumenta (f) niſi vigeat conſuetudo, & ſimul ſpontè fuerint oblata; [g] neque ex retardata, aut negata illorum ſolutione denegent Sepulturam; memores, quòd dum Abraham à filiis Ebron Sepulcri terram pretio ad humandum Corpus Conjugis poſtularet, præmium accipere renuit, ne commodum videretur de Cadavere conſecutus. [h]

Cùm iis, quæ Cæmeteriorum honeſtatem reſpiciunt ſit etiam providendum, [i] injungimus, quòd Cæmeteria diligenter muro undequaque ſepta, cancellis obſeratis cuſtodiantur, ut brutis acceſſus intercludatur, (l) nec non omni ſorde, vepribus, arbuſtis purgata, Cruceque in eis erecta, quemadmodum loca religioſa, & immunia ſunt, talia etiam videntibus appareant.

Nullus in Eccleſiis, ſeu Cæmeteriis, etiam Regularium audeat aliquem ad ſepulturam admittere ex iis, quibus à Sacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus denegatur; (m) obſervato quoad eos Rituali Romano, ſub pœnis per ipſos Sacros Canones ſancitis,

(c) Synod. Piſan. 1619. & 1625. in utraq. tit. 9. cap. 10. §. Piſano, & 1659. & 1678. in utraq. cap. 18. de Funerib. §. Piſano. Decret. Aud. Cameræ emanat. Romæ 1699. Sententia ejuſdem Aud. ibidem emanat. 1701.

(d) Franc. Boncian. Ann. 1619. Julian. Medic. Ann. 1625. in utraq. Synodo tit. 9. c. 3. Card. Scipio ex Comit. Ilcii Ann 1659. Franc. ex iiſdem Comitibus An. 1678 in utraq. Synod. c. 18.

(e) D. Carol. Conc. Mediol. 6. tit. quæ ad funer. §. verũ. Ritual Rom. rubr. de exequiis §. nullum corpus.

(f) c. quæſta eſt. c. poſtquã ca. 3. q. 2. cap. abolendæ de Sepultur. c. non ſatis. c. jam in Eccleſiis. de Simon. Conc. Lateran. 3. c. 7. & in appendice ad tit. de Simon. c. 10. Conc. Meten. p. can. 2. Triburien. 1. can. 16. Colonien. 2. par. 8. can. p.

(g) cap. præcipiendum. c. in Eccleſiaſtico ca. 13. q. 2. Sac. Cong. Concil. die 13. Maii 1638.

[h] Gregor I. lib. 7. regeſti ind. 2. Epiſt. 15. Ianuario in Sardinia. D. Hieron. quæſt. hebraic. ad cap. 3. Geneſis.

(i) Clem. 5. in Conc. Viennen. An. 1312. Clem. p. de celebr. Miſſar. in fin.

(l) Decreta Viſit. Apoſt. Piſan. §. Cæmeteria. Synod. Piſan. Ann. 1619. & Ann. 1625. tit. 9. c. 3. §. Cæmeteria. Concil. Remen. 1583. tit. de Sepult. cap. 4.

(m) cap. Eccleſiam 27. & 28. de conſecr. diſt. 1. Bull. Nicol. 3. noverit. c. ſane 24. q. 2. cap. ſicut. c. excommunicamus §. credentes de hæret. c. quicumq. eod. tit. in 6. c. is

cui

tis, & per Nos exigendis; [n] ubi vero dubium occurrerit, Nos consulant.

De Bonis Ecclesiæ non alienandis.

CAPUT XXII.

NE Sacrum Patrimonium malè administrantium culpa exhauriatur, neque, hereditate Domini versa ad alienos, sponsa ejus Ecclesia debitis ornamentis, opportunisque destituatur subsidiis, Parochi omnes, quemadmodum à Prædecessoribus Nostris constitutum fuit pluriès in anno Decretum Sacri Concilii Tridentini, quod incipit: Si quem Clericorum sess. 22. de reform. in Ecclesia fidelibus publicent, (a) ac vulgaribus Verbis exponant, ut omnes intelligant Ecclesiasticorum bonorum occupatores excommunicatos esse, [b] à nullo alio, quàm à Summo Pontifice, postquam integrè restituerint, absolvendos; (c) nec non testimonium duorum testium id implevisse in solemni Consecrationis die Ecclesiæ Primatialis exhibeant, & si neglexerint, arbitraria pœna plectentur.

Sciant deinde omnes Ecclesiastica bona nullatenus alienari posse, (d) ubi Sacrorum Canonum, & Apostolicæ Constitutionis Pauli Secundi forma penitus non observetur sub pœnis, & Censuris in eadem Constitutione contentis, (e) quam in fine Synodi apponemus omnibus observandam.

Locationes pariter eorumdem bonorum ultra triennium non protrahantur, [f] nec anticipatis solutionibus fiant; (g) nam quemadmodum illæ ab eadem Constitutione irritantur, ita hæ ex declaratione Concilii Tridentini in præjudicium successorum invalidæ intelliguntur.

Proindeque nullo modo possint loca Pia quocumque nomine nuncupata quicquam alienare, neque pariter agnoscere legata, quibus adnexa erunt ali-

cui. c. si Civitas eod. tit. in 6. c. quia de usur. c. quamquã eod. tit. in 6. Clem. 1. de Sepult. c. super de raptor. c. p. & 2. de torneam. Pius V. Const. de salute. Conc. Trident. sess. 25. de reform. c. 19. c. sacris. c. ex parte de Sepult. c. omnis utriusq. sexus de pœnit. & remiss. c. quibus. c. pro obeuntibus. c. cũ gravia 13. q. 2. c. placuit 23. q. 5. c. 2. de maledic c. prohibemus de decim. c. Monachi. c. super quodam; de statu Monachor.

(n) Ritual. Rom. de exeq. rubr. quib. non licet dari Eccles. sepult.

(a) Synod. Pisan. Anno 1616. & Anno 1625. in utraque tit. 9. c. 4. §. Decretum Anno 1659. & 1678. in utraque Cap. 19. §. ne Sacrum & anno 1689. novum Decr. ad Caput 19 de Bon. Eccl. non alien.

[b] Lucius 1. ad Episc. Galliæ Ann. 252. in cap. omnes Ecclesiæ cau. 17. q. 3. Symmachus in Synodo sexta Romana Ann. 504. in cap. in Canonibus, in c similiter. c. 16. q. 1. Nicol. 1. Adoni Vienn. Episc. cau. 852. in c. de rebus c. 12. q. 2 & ad omnes Episcopos cau. 865. in c. sicut. c. 17. q. 3 Greg. 7. in Concilio Anno 1078. cap. quicumque 4. cau. 12. q. 2. Concil. Nicæn. 2. sub Adriano 1 Ann. 787 cap. 13. Tolet. 9 sub Vitalino An. 655. cap. 1.

(c) Concil. Trid. sess. 22. de reform. d cap. si quem Clericorum.

(d) Concil. Aurel. 3. sub Vigilio Ann. 540. cap 12. Concil. Tolet. 3. sub Pelagio 2. Ann. 589. can. 3. Concil. Nicæn. 2. sub Hadriano 1. Ann. 750 Concil. Florent. sub Victore Papa 1055. de quo testatur Damian. in Epist. ad Domnum V. Episc. apud Baronium; cap. Monemus

aliqua onera, præsertim Missarum, [*i*] sine Nostra, seu Vicarii Nostri Generalis licentia, ad hoc ut in primo casu dijudicari possit, an requiratur Beneplacitum Apostolicum super evidenti utilitate, quod reservasse non sufficit, nisi realiter, & cum effectu ante possessionis traditionem accedat. (*l*) In secundo verò casu, an acceptatio talium legatorum eidem loco utilis sit, sub pœna nullitatis actus, aliisque de jure statutis, arbitrioque Nostro statuendis.

Harum alienationum Instrumenta à solis Curiæ Archiepiscopalis Notariis conficiantur; A Capituli verò Notario [*m*] tunc solùm, cùm de Canonicorum, & Capellanorum, ac pariter Ecclesiarum, quarum institutio pertinet ad Capitulum alienationibus agetur. Si quis alius Notarius absque Nostra in scriptis licentia adhibeatur, alienantes arbitrio Nostro punientur; Ipsosque Contractus ipso jure nullos, & irritos haberi volumus, & declaramus. (*n*)

Quanquam autem pro certo habendum, nedum sperandum sit, communiter omnes, præcipuè verò Capellanorum Massam, Moniales, earumque Operarios, ut suarum partium memores, aut nullas, quantumvis licitas, alienationes esse facturos, aut illis suam præsentiam sine expresso Nostro consensu præstituros; Hoc tamen generali Decreto præcipimus, ut ipsi quoque supradicta observent. Renuentes, & contumaces ultra pœnas supra statutas, quicquid etiam pro introitu datum fuerit, & primam pensionem exigendam amisisse intelligantur. [*o*]

Ita ergo, ne Capellanorum Massam, in qua eorum redditus, & emolumenta consistunt, vel penitus tolli, vel ex parte minui contingat; Statuimus, ac districtè mandamus, ut pecuniæ omnes eidem Massæ hactenus solutæ, vel datæ, aut ex Censu extincto proveniendæ, quæ habeant onus reinvestiendi, in bonis fructiferis reinvestiantur, nunquam verò in manuales sumptus, sive distributiones, sive hujus-

mas cap. Quisquis cap. non licet cap. indignè, cap. vobis c. 12. q. 2. cap. nulli licet cap. si quis cap. apud, cap. possessiones de Reb. Eccl. non alien. cap. Hoc consultissimo, eod. tit. in 6. cap. quæ in Ecclesiarũ de Constitut. Leo 1. Constit 1. occasio; quæ est etiam Epist. 104 ad omnes Episc. Siciliæ Paul. 4. Const. Iniunctam. 2 Pius 4. Const. Provida 2. Pius V. Const. 98. & si de singulis.

(*e*) Paul. 2. Const. Ambitiosæ 5. quæ est extravag. Ambitiosæ de Reb. Eccles. non alien.

(*f*) cap. nulli licet 5. cap. Ad Audientiam 9. de Rebus Eccl. non alien. Clem. V. in Clement. 1. eod. tit. Paulus 2. in Extravag. Ambitiosæ eod. tit.

(*g*) Concil Mechlin. de locat. &c. cap 1 Conc. Trid. sess. 25. de ref. cap. 11.

[*i*] Urban. 8 in Decr cùm sæpè contingat de Celebr. Missarum § ad Hæc. 5

(*l*) Urb 8. Const. Humanæ 51. §. nos itaque 2. vers. etiamsi.

(*m*) Synod. Pisan. Anno 1616. & Anno 1625. tit. 9. cap. 4. in utraque §. Harum Alienationum. Synod. Ann. 1659. & 1678. in utraq cap. 19. §. Harum alienationum.

[*n*] Synod. Pisan. Anno 1678. d. cap. 19. eodem §. Harum.

(*o*) Synod. Pisan. Anno 1616. & 1625. eod. Tit. 9. cap. 4. §. Quamquam Ann. 1659. & 1678. d. cap. 19. §. quamquam.

hujusmodi persolutiones vertantur, aut impendantur; ni forte ii ipsi, qui eas reliquerint, aut dederint, expressè aliter faciendum disposuerint. Adversus inobedientes ea pœna constituta est, ut videlicet Camerarii, qui pecuniam, quamvis omnium Capellanorum consensu, expressoque Decreto accedente persolvent; Magister Chori, si Decreto adfuerit, aut, eo non præsente, ille qui primo loco sedebit, aut ante omnes sententiam dicet, nisi rem illicò ad Nos deferat, id totum, quod insumptum, distractum, solutumque fuerit, restituere de proprio eidem Massæ in solidum teneantur; ipsique præterea, & alii omnes, qui hac in re quomodocumque deliquerint arbitrio Nostro gravissimo punientur.

Eodem modo reinvestiantur similes pecuniæ ad Ecclesias, Beneficia, Monialium Monasteria, omniaque alia Loca Pia spectantes, & donec reparíatur occasio ea reinvestiendi, apud Ædem sacram, seu personam idoneam de consensu Vicarii Nostri Generalis deponantur.

De Bonorum Ecclesiasticorum Inventario.

CAPUT XXIII.

UT improbæ, ac miserandæ Ecclesiasticorum bonorum occupationi, ac dispendio via præcludatur, hic item mandamus, ut intra duos menses ab omnibus, tam Ecclesiarum, ac Monasteriorum, quàm Piorum quorumcunque locorum, Rectoribus, aut quoquo nomine vocatis Administratoribus, omnium bonorum immobilium, mobiliumque (*a*) inventarium exactissimum conficiatur, quod fundos, agros, domos cum suis finibus, jura, actiones, redditus, sacra vasa, paramenta, vestes, supellectilia omnia, & si quæ sint alia ad ipsas eorum Ecclesias, ac pia loca quomodolibet spectantia, plenè, directè, ac fideliter contineat. Tum Inventarij ejusmodi exemplaria duo fiant, quorum

(*a*) Concil. Moguat. Ann. 1549 can. 89. Concil Mechlin. de locat. & Conserv. Bono. cap 4. Const. Carnot. tit. 13. §. item volumus. Concil. Med. 1. p. 2. tit. quæ pert. ad Bon. §. Ut Episcopi Conc. Med. 4 par. 3. tit. quæ ad pia loca §. quæcumque Clem. de Religiof. Domibus cap. 2. §. Ut autem verf. illi.

rum alterum apud ipsas Ecclesias, seu loca pia remaneat Notarij auctoritate vallatum, alterum verò ad Nos transmittatur, ut omnia huiusmodi exemplaria, (*b*) unum in volumen collecta, ad perpetuam rerum memoriam, & securitatem, in Curiæ nostræ Archiepiscopalis Archivio asserventur.

Qui verò illa ipsa in futurum quoquo modo obtinebunt, [*c*] idem omninò infra dictum tempus à die possessionis adeptæ præstent: alioquin non tantùm eadem ratione punientur, sed fructibus etiam, & proventibus quibuscumque eo ipso spoliati intelligantur, quorum tertia pars accusatori detur. [*d*] Si quis autem in eo Inventario conficiendo fraudem admiserit, gravissimis pœnis punietur.

(*b*) Concil. Med. 1. p. 2. cit. tit. §. ex eo Inventario. Concil. Mechlin. d. cap. 4.

(*c*) d. Concil. Med 1. eod. tit. & eod. §. Ut Episcopi.

(*d*) Synod. Pisan. An. 1616. & 1625. tit. 9. cap. 5. in utraq. vers. qui verò. 1659. & 1678. cap. 20. in utraq. §. qui verò.

De Operariorum, aliorumque Satisdatione.

CAPUT XXIV.

Æ Ditui omnes, sive Operarii Ecclesiarum illi, qui facti sui rationem Nobis tantùm reddere tenentur, non solùm semper coram ipsis Ecclesiarum Rectoribus, vel aliter Piorum Locorum vocatis Præsidentibus, circa Officii finem ad calculos vocentur, ratioque reddita Nobis, vel iis qui fuerint à Nobis deputati exhibeatur, ut approbetur: [*a*] Verùm etiam coram Nobis prius quam administrationis munus obeant, satisdare debebunt: fidejussorem non dantes munere exuantur, aliique in eorum locum sufficiantur.

Onus deponentes, si quid residuum in eorum manibus repertum fuerit, infra mensem à die calculi successoribus solvisse, aut in utilitatem, ornatumve Ecclesiæ, prout magis iisdem successoribus visum fuerit, se insumpsisse ostendant. (*b*) Quòd si elapso mense neutrum præstiterint, tunc illos ad pecuniam debitam persolvendam Rectores ipsi Ecclesiarum auctoritate Nostra compellant, atque in Ecclesiæ necessitatem, vel ornatum, quicquid inde receperint, trium mensium spa-

tio

(*a*) Clement. de Relig. Domib. cap 1. §. Ut autem. Conc Trid. sess. 22. de Reform. cap. 9. Concil. Med. 4. p. 3. tit. quæ ad Pia loca &c. §. quæcumque. Conc. Med. 6. tit. quæ ad Confratrias &c. §. Episcopus. Acta Eccl. Med. p. 4 Instruct. pro foran. Vicar. §. singulis annis.

(*b*) Concil. Parisien. Ann. 1528. can. 30. vers. & pecuniæ quæ superent.

tio impendant. Hæc omnia præstare teneantur etiam Antesignani, sive, ut vocant, Capitanei, Gubernatores, Camerarii, aliique Sodalitatum quarumcumque Administratores, si bona, redditusque proprios habeant, & nostræ subjaceant Jurisdictioni. (c)

De vita, & honestate Clericorum.

CAPUT XXV.

IN exemplum positi, ad quod omnium oculi dirigantur; (a) ut inde sumant, quid imitentur, sic vitam componamus, ut cuncta opera nostra pondus vocis habeant, vocis verò virtutis, qua illa prospicientes, ad pietatem, ad religionem incitentur; Et honorificantes non vestium (b) non comæ cultu, sed ornatis moribus, spiritualibus studiis, honestis actibus ministerium nostrum, quod à Domino in bonum aliorum accepimus, vehementer timeamus, ne pravæ conversationis exemplo illud vituperantes [c] pro tantis rei simus, quot imitatores traxerimus in reatum. (d)

Quamobrem omnes in sortem Domini vocati Clericalem tonsuram militiæ spiritualis insigne, eorum Ordini, ac Dignitati respondentem conspicuè deferant. Comam sæcularium more non nutriant, (e) quominùs ascititiam deferant, vulgo Parucam nuncupatam, sed crines ita breves sint, ut aures non abscondant. Si Clerici non obediant, à Vicariis Chori ad recitandas Horas Canonicas non admittantur, nec à Nobis ad ulteriores Ordines promoveri sperent; si Sacerdotes, ultra pœnas arbitrarias, à Sacrarii Præfectis Missam etiam celebrare prohibeantur. [f]

Nigra, (g) eaque Talari veste, (h) animæ modestiam, ac vitæ integritatem præseferente, utantur; occasione verò itineris brevior esse potest, non tamen adeò remissa, ut genua omnino non tegat; (i) nunquam tamen illa exuti domesticos extra parietes audeant incedere. [l]

Nul-

[c] Synod. Pisan. An. 1616. & 1625. in utraque toto cap. 6. de oper. alior. satisd. tit. 9. Ann. 1659. & 1678 in utraque toto cap. 21. de oper. &c.

(a) Concil. Trid. sess. 22. cap. 1.

(b) Septima Synodus can. 16. c. omnis jactantia. c. Episcopi c. 21. q. 4.

(c) Paul. 2. Corinth. c. 7.

(d) Salvianus.

(e) Alex. 3. in c. Clericis. Innoc. 3. in c. Clerici officia. Greg. x. in c. si quis ex Clericis. Concil. Carthag. in cap. Clericis, de Vita, et Honest. Cler. Concil. Rom. sub Greg. 2. cap. ult. Concil. Rom. sub Zaccharia c. 8 Concil. Ratisbon. sub Clem. 7. cap. 2 Concil. Tolet. 22. sub Xysto 4. Concil. Med. 1. p. 2. h. tit. §. de Cler. vest. v. ita sint. Conc. Later. 3. in Append. ne Clericis &c. cap. 4 Lateran. V. sess. 9. de Refor. Curiæ can. 2. Trident. sess. 23. de Reform. c. 10.

(f) Synod. Pisan. Ann. 1659. in Addit. ad cap. de Cleric. vita recte Inst. 22. §. neque comam. Anno 1678. eod. cap. eodemq. §.

(g) Cap. Clerici officia 15. de Vit. et Hon. Cler. Concil. Narbon. cap. 1.

(h) Cap. Clerici eod. Tit. Conc. Rhemen. cap. 16. Concil. Ratisbonen. sub Clem. 7. cap. 2. Concil. Magunt. 4. sub Paulo 3. cap. 74. Colon. 2. sub eodem Paulo 3. par. 3. cap. 8. Med. 1. par. 2. de vestibus Cler. Concil. Lateran. 5 d. sess. 9. c. 2. Trid. sess. 14. de Reform. cap. 6.

(i) Cap. nullus c. 21. q. 4. Sac. Congr. 18. Octobris 1589.

(l) Leo 4. in Synodo Ro-

Nullius tutelam, et curam, (*m*) præterquam fuorum, fine Beneplacito Noftro fumant, quominùs administrationem rationum ad laicos fpectantium. (*n*)

Advocati munus apud fæculare Tribunal, nifi in caufis fuorum, & miferabilium perfonarum, non fubeant, (*o*) neque pro alio fidejubeant, [*p*] nifi in Curia Noftra, & de Noftra licentia.

Cùmque Angelis, & hominibus bonorum operum, fanctæque converfationis fpectaculum effe debeamus, nullus, five Sæcularis, five Regularis perfonatus incedat, nec ratione ulla Ludo (*q*) fe fe interferat, quem Pontis appellant, [*r*] fub pœna fufpenfionis à Divinis ipfo facto incurrenda.

Choreas nec privatim, quominùs publicè unquam agant, (*f*) Fabulis, aliifque profanis, inanibufque fpectaculis non interfint, [*t*] neque publicos Alearum ludos frequentent. [*u*]

Memores Ecclefiafticæ Dignitatis, ac decoris, in Officiis, actibufque fervilibus fæcularium, ac laicorum, præfertim mulierû, aliifq; minifteriis ordini, cui nomen dederunt, indecoris fe non immifceant. Quemadmodum illis ex mandato Sanctiffimi Domini Noftri Clementis Undecimi fe non immifcere præcipimus. (*x*)

Mercimonia, & cujufcumque generis negotiationem nullatenus exerceant, (*y*) neque medios fe fe in negotiationibus, & mercaturis interponant, [*z*] nec aliena bona lucri caufa conducant. [*aa*]

Cùm fufpectis fœminis familiariter non verfentur, (*bb*) minùfque eas familiaris fervitii prætextu retineant, pro quo, nifi mulieres bonæ famæ (*cc*) faltem annum quadragefimum attingentes, habere non poffint.

Si quando noctis tempore jufta, neceffariaque de caufa domo exire cogantur, æftate quidem à tertia, hyeme verò à fexta noctis hora fine lumine non incedant. [*dd*]

De iis, qui in præmiffis deliquerint, nos pro delinquentium qualitate pœnas à Sacris Canonibus, & Apofloli-

Romana cap. 12. cap. fine ornatu c. 21. q. 4.

(*m*) Conc. Chalcedon. cap. 3. cap. pervenit d ft. 86. cap. neque 14. dift. 88 cap. Generaliter 4. c. 16. q. 1. in quo tranfcribitur Conftitutio Juftin. in l. Generaliter 41. C. de Epifc. & Cler. cap. Cyprianus 4. c. 22. q. 3.

(*n*) Concil. Carthag. 1. cap. 6. et 9. Averelian. 3. Concil Trid. feff. 22. de Reform. cap. 1. cap. decrevit. Cap. Inutile dift. 88. cap. quòd autem. cap. pervenit. cap. credo placere. cap. Hi qui c. 21. q. 3. cap. ex literis de Vita, & Hon. Cler.

(*o*) Concil. Lateran. 3. fub Alex. 3. can. 12. cap. Clerici de Poftulando. cap. obfervandum. c. 25. q. 2.

(*p*) Can. Apoft. can. 20. cap. Clericus de Fidejuff. Concil. Rhemen. fub Greg 13. & Henr. 3. tit. de Clericis §. pr.

(*q*) Synodus fexta in Trullo can. 24. Concil. Agathen. fub Symmaco Ann. 505. can. 39. cap. Presbyteri 19. dift. 34. cap. non oportet 37. de Confecrat. dift. 5.

(*r*) Synod. Pifan. Ann. 1616. & 1625. tit. 10. cap. 1. in utraq. § cumque Mundo Anno 1659. & 1678. In utraque cap. 22. §. perfonati Ann. 1689. additio ad dictum cap. 21.

(*f*) Concil. Aquifgran. fub Stephano V. & Ludovic. Imper. Ann. 814. can. 83. Concil Senonen. fub Clem. 7 Ann. 1528. Decr. Mor. can. 25 Concil. Mediol. 1. p. 2. de Aleatoriis ludis &c. §. Choreas d. cap non oportet de Confecr. dift. 5. Concil. Trid. feff. 22. de Reform. cap. 1.

[*t*] Concil. Later. 3. cap.

ſtolicis Conſtitutionibus ſancitas juxta Decretum Sacri Concilii Tridentini ſumemus, et quatenus opus fuerit arbitrarias.

Arma præterea nunquam deferant, [*ee*] ne interdiù quidem, niſi forte itineris faciendi occaſione. Deferentes decem aureorum pœna, atque alia noſtro arbitrio imponenda punientur, niſi de parvis gladiolis ad vitæ uſum accomodatis agatur. Sclopos, ſive Sclopettos, præſertim breviores, cujuſcumque generis, quos vulgo vocant *Piſtoni*, *Terzette*, *e Piſtole*, nedum deferre, ſed retinere omnino prohibemus, & qui contrafecerit præter pœnam decem aureorum, quam pro captura executoribus, qui in fragranti ipſum repererint, dari volumus, arbitrio Noſtro multabitur, quod pro qualitate armorum, & perſonarum extendi volumus, & in ſubſidium ad pœnas corporales. [*ff*]

De Clericorum interventu in Choro.

CAPUT XXVI.

QUam indignum, & à Religione, quin etiam à ratione ſit alienum, ut nunquam Eccleſiæ ſerviant in Divinis, qui Eccleſiæ fructibus quotidiè aluntur, ſatis res ipſa communi fidelium omnium offenſione, ſummoque Clericalis militiæ dedecore teſtatur. [*a*] Ut autem Clerus noſter ad aliquam ſaltem erga Parentem optimum, ſanctamque Matrem Eccleſiam grati animi memoriam, & ſignificationem revocetur, omnibus, & ſingulis Primatialis Eccleſiæ Dignitatibus, Canonicis, Capellanis, Commendatariis, Titularibus, & Clericis Seminarii, atque aliis quocumque nomine appellatis in hac Urbe commorantibus, in virtute Sanctæ obedientiæ præcipimus, (*b*) ut niſi legitimè præpediti ſint, decenti, & proprio ſuo habitu induti Divinis in Choro interſint, dum Miſſæ ſaltem [ſi frequentiùs intereſſe

L non

cap. 6. Concil. Laodicen. c. 54. Turonen. cap. 7. Cabilonen. cap. 9. Mediol. 1. p. 2. de Arm. lud. &c. §. Fabulis cap. Clerici de Vita, & Hon. Cler.

(*u*) Concil. Senonen. cit. cap. 25. §. neque in publico Concil. Med. 1. cit. tit. de Arm. & lud. &c § nec ſolum. Can. Apoſt. can. 42. in cap. Epiſcopus diſt. 35. cap. Clerici 15. de Vita & Hon. Cler. cap. inter dilectos. de Exceſſ. Prælat. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. ſeſſ. 24. cap. 12. de Reform.

(*x*) Litera Circular. Sacr. Congr. Epiſc. & Reg. de Mandato Innoc. xii. ſub die 16. Martii 1697.

(*y*) D. Carol. Concil. Med. 1. par. 2. de negot. ſæcul. &c. §. ne in negotiationibus.

(*z*) cap. conſequens cap. Negociatorem. cap. fornicari cap. ejiciens diſt. 88. cap. ex literis de Vita, & Hon. Cler. Clement. eodem tit. cap. 1. §. adverſus Concil. Chalced. cap. 3. Concil. Lateran. 3. c. 12. Lateran. 4. cap. 16.

[*aa*] cap. pervenit. 26. diſt. 86. d. cap decrevit diſt. 88. cap. Multa ne Clerici vel Monachi Concil. Calcedon. can. 3. Concil. Cabilonen. can. 12. Rhemen. 1583. tit. de Cler cap 2.

(*bb*) Concil. Nicænum 1. ſub Silveſtro Papa Ann. 325. can. 3. Septima Synodus An. 787. in c. in omnibus c. Clericus diſt. 81. cap. ſi quiſquã de cohabit. Cler. Concil. Cabilon. can. 3.

(*cc*) Concil. Mogunt. licet Pithœi Burchard. Juo & Göz. dicant textum deſumptum, ex Concil Nannet. ſub Formoſo Papa 1. Ann. 804. in cap. inhibendum p de cohabit. Cler. &c. cap a nobis end. tit Concil. Arelat. 2. can. 3 Arvernen. ſub Vigilio Papa Ann. 541. Turon. 2. ſub Joanne 3. Ann. 570. can. 1. cap. oportet. cap. volumus.

cap.

non debeant] & Vesperæ decantantur, solemnibus nimirum infrascriptis diebus.

In Festo Omnium Sanctorum.

In Die Natalis Domini, & tribus sequentibus festis diebus.

In Epiphania.

In quarta, quinta, & sexta Hebdomadæ Sanctæ feria.

In tribus Resurrectionis Domini Paschæ diebus.

In primo, secundo, & tertio Pentecostes die.

In Festo Sacratissimi Corporis Christi.

In Festo Sancti Raynerii Confessoris Pisani, & Civitatis Patroni die 17. Junii.

In Annunciatione, & Assumptione Beatæ Mariæ.

In die Consecrationis Ecclesiæ Primatialis die 26. Septembris.

In omnibus publicis, & solemnibus Processionibus.

Publicæ autem, & solemnes in Civitate Pisana Processiones illæ esse decernuntur, quæ fiunt singulis annis.

In Die Corporis Christi.

In Vigilia Sancti Joannis Baptistæ.

In Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis ad Vesperum.

Et In Festo Sanctorum Ephisi, & Potiti Martyrum.

Præter illas, quæ fiunt in feriis secunda, tertia, & quarta Rogationum; quæque extra ordinem ob publicam causam aliquando indicuntur.

Qui in præfatis sedulò obeundis deliquerit, aureum dependet, quæ pœna iterum peccantibus geminabitur, atque in eos etiam extendetur, qui ad eamdem Ecclesiam aliis festis diebus accedentes, nec decentem habitum deferent, nec præsentes aderunt Choro, dum Divina celebrabuntur. [c]

In Divinis verò celebrandis, ut conveniens in Ecclesia decor unà cum majestate Sacrarum functionum propria resplendeat, quemadmodum semper in Nostra Ecclesia Primatiali resplenduit, Volumus,

cap. cum omnibus. cap. Archidiaconum d st. 81. l. 44. C. Theodos. de Episc. & Cler.

(dd) D. Carol. Cooc. Med. 1. par. 2. de Clerical. Ædib. §. Clerici. Synod. Pisan. An. 1616. & Ann. 1625. h. tit. in utraq. §. cum autem. Ann. 1650. & 1678. eod tit. cap. 22. in utraq. §. si quando.

[ee] c. Clerici 2. de Vita, & Hon. Cler. cap. Non Pila. cap. Clerici. cap. quicumque c 23. q. 8. Concil. Tolet. 4. sub Honorio 1. can. 44 Concil. Mogunt. 4. can. 74. V Vormatien. can. 16. Claramont. sub Urbano 2. can. 4. Concil. Med. 1. p. 2. de Arm. et lud. §. Clericorum.

(ff) Synod. Pisan. Ann. 1616. & 1625. in utraq. h. t. §. Arma. Ann. 1650 & 1678 eod. tit. in utraq. §. Arma.

(a) Concil. Trid. sess. 21. cap 3. de reform. Innoc. 3. lib. 1. Ep. 8. Vualtero Rothomag.

(b) Synod. Pisan. Ann. 1616. & 1625. tit 10 cap. h. t. in utraque per totum. An. 1659 & 1678. in utraque pariter cap. 23. h. t. per totum.

(c) Synod. Pysan. citat. tit. & capit.

mus, ut observentur omnia ea, quæ Sanctissimus Dominus Noster Clemens Undecimus Litera Circulari §. 9. Nos solicitos esse præcipit, ut observentur, videlicet: (d)

Vult Sanctitas Sua, ut vehementer, frequenterque Dominatio Tua ob oculos ponat Canonicis, Beneficiatis, Mansionariis, Capellanis, Clericis, aliisque tam in tua Cathedrali, quàm in tuæ Diœcesis Collegiatis inservientibus, strictissimè teneri eos cum omni reverentia, silentio, & modestia Choro interesse, prout præsentiæ tremendæq. Altissimi Majestati convenit; ibique cum cordis devotione, voceque distincta psallere non cursim, & festinanter, aut verba truncando, syncopandoque, itaut una Chori pars versiculum non incipiat, priusquam alius completus jam sit; Populusque, & quæ cantantur intelligere valeat, & in audiendis Divinis laudibus ad devotionem, & compunctionem accendi; Monendo, quòd illi, qui in talibus graviter deliquerint, ministerii sui præscriptum non implent, & idcirco injustè stipendia solita recipient, & consequenter ad illa restituenda tenentur. In hoc autem Sanctitas Sua Conscientiam non solùm Dominationis tuæ, sed etiam Chori Præsidentium graviter onerat, si debitam diligentiam non adhibeant, ut superiùs dicta observentur, atque alia etiam, quæ juxta Sacrorum Canonum, & singularium cujuscumque Ecclesiæ statutorum observari debent; Volens, ut transgressores punctatione, & aliis pœnis canonicis severè puniantur, & si sint Ministri, aut servientes amovibiles, removeantur.

(d) Liter. Circularis S. Cong. Episc. & Regul de mandato SS Domini Nostri Clem. XI. sub die 16. Martii 1703. §. cùm autem certissimum sit. 9.

De Seminario Clericorum.

CAPUT XXVII.

Inter saluberrima consilia, & instituta, quibus Divino afflante Spiritu Ecclesiasticæ disciplinæ provisum fuit, non est, qui non videat unum illud esse,

quo nobis omnibus ex Decreto Sacri Concilii Tridentini (*a*) præcipitur Religiosa Adolescentium in Seminariis educatio; ut sub pio virtutum, & literarum magisterio à teneris annis ad pietatem, ad religionem informati, tales inde evadant, qui in Ecclesiarum regimine sicut Dei Ministros exhibere se valeant. (*b*)

Quamobrem, ut Ecclesiastico Seminario Prædecessorum Nostrorum vigilantia erecto, & salubriter instituto, pars, quæ illi debetur Pastoralis Nostræ solicitudinis non detrahatur, Nobis commodiori tempore ex variis regulis usque dum observatis, novas, & certas regulas ad bonarum artium, & Christianæ pietatis incrementum proponere, & quod magis in Domino expedire videbitur, observandum præscribere reservamus.

Cæterùm, ut ad bonarum artium Studia Pisani Nostri Seminarii Clerici, etiam temporalibus Beneficiorum emolumentis extimulati magis incendantur; decretum, quod piè olim DD. Nostræ Primatialis Canonicos sanxisse accepimus; ut Capellæ ad liberam Capituli collationem spectantes, non nisi Clericis ejusmodi conferantur, qui prævio examine magis idonei reperti fuissent; non solùm valdè commendamus, quin insuper adhuc ampliantes decernimus, Capellas etiam alias, quæ in Majori Ecclesia liberæ Nostræ Collationis existunt, Clericis eisdem conferendas, quoties ritè examinati non literatura tantùm, ac musica, verùm, & moribus, et vitæ integritate alios præire judicabuntur. [*c*] Hac tamen lege, ut inter eos censeantur et illi, qui Caputio, ut vocant, ad Sacrum Archiepiscopi famulatum ab eodem Capitulo destinantur. Rescriptum Serenissimi Magni Ducis circa Capellanias, quæ sunt de Jure Patronatus ejusdem, immò Operæ, observetur.

Volumus verò, ut Pueri, qui educandi in Seminario eliguntur, sint ex Civitate, et Diœcesi; vel si ibi non reperiantur, ex aliis locis, & Diœcesibus Pisarum Primatui subiectis, (*d*) & quorum indoles, ac volun-

tas

[*a*] Concil. Trid. sess. 23. cap. 18 de reformat.

(*b*) *Ante Concil Trid.* Possid. In Vita S. Augustini cap. 11. idē D. August. qui decessit Anno 433 ad Populū Hippon. serm. 40. et 50. de divers. Concil. Tolet 2. Anno 531. in cap. de his dist 8. Concil. Tolet. 4. sub Honorio 1. 633. cap. 23. relatum in cap. omnis ætas c. 12. q. 1. Concil. Aurelianen. 2. Anno 536. can. 9. Conc. Cabilonen. 2. sub Leone 3. Ann. 813. can. 2. Concil Turonen. 3. sub eod Pontifice, et Anno can 12. Concil. Aquisgranen. sub Stepha. V Anno 816. can. 135. Concil. Rom. habitum ab Eugen. 2. Ann. 826. cap 7 innovatum à Leone 4. Ann. 853. & relatum in cap. necessaria c. 12. q. 1. Nicol. 2. in Concil. Rom. sub se habito 1050. can. 9 *Post Concilium verò Tridentinū* Concil Med 1. Ann 1565. sub D. Carolo p 2. tit. de sem. Cler. Acta Eccl. Med. par. 5. Institut. Semin. Mechlin. 1570. de Semin. Ipren. 1577. tit. 23 cap. 5. Burdegalen. 1582 de Institut. & leg. Semin. tit. 24. Rothomagen 1581. de Scholis, & Semin. Turonen. Anno 1583. Decr. de Semin. Rhemen eod. Anno de Semin. Bituricen. 1584. de Semin. Major Aquen. 1585. de Semin. Bononien. 1586. de Semin. Tolosan. 1590. p. 3. cap. 5.

(*c*) Synod. Pisan. An. 1616. & Ann. 1625. in utraq. tit. 10 cap. 1. §. Ut verò Ann. 1659. & Ann. 1678. in utraq. cap. 2. d. Semin. Cler. §. Cæterùm.

(*d*) Conc. Trid. d. sess. 23. cap. 18. vers. Sancta Synodus.

tas spem afferat, eos Ecclesiasticis ministeriis perpetuò inservituros.

De Parochis.

CAPUT XXVIII.

PLurima ex iis, quæ in hac Nostra Synodo usque dum sancita fuerunt, ad Parochos, vel per ipsos implenda, vel per alios impleri facienda referuntur. Cùm enim in partem solicitudinis Nostræ vocati Populum sibi commissum in lege Domini instruere, (a) Sacramentis reficere, & communire, preces pro eo ad Deum fundere, (b) eique laudabilis vitæ conspicuo exemplo viam salutis præmonstrare (c) teneantur; munus etiam illorum est, quæ Nos ad hoc idem obtinendum duximus decernenda, factis, & dictis perficere.

Quamobrem Synodales has Nostras Constitutiones omnes Parochi, & Animarum Rectores habeant, [d] easque frequenter legant, & quæ ad ovium illis creditarum salutem, ad cujuscumque munus rectè obeundum Charitas Paterna dictarit, amor quoque virtutis, non pœnarum metus adimpleat; Hoc exigit eorum Officii conditio, & Nos ipsi rationem integri adimplementi ab eis, si desides fuerint, exigemus.

Assiduè secum recogitent, quàm magno pretio emptæ sint Animæ illæ, quas ipsi gubernandas susceperunt; quantùmque ab ipsis repetiturus sit Christus Dominus, si vel una ex illis, quas acquisivit Sanguine suo, illorum culpa depereat; (e) ex quo cognoscent nunquam tantum ab eis Pastoralis vigilantiæ requiri, quod amplius non remaneat desiderandum.

Proindeque super grege suo vigilantes, abusus, si qui in eorum Parœcia irrepserint eradicare, corruptos mores corrigere primùm suaviter, (f) dein, si opus fuerit, acriter, & fortiter studeant; Blasphemos, Concubinarios, Usurarios, omnesque alios hujusmodi perditos

(a) Conc. Trid. sess. 5. cap 2. de reform. Can. Apost. 57. Sexta Synod. cap. 19. c. ignorantia dist. 38.

(b) c. si quis vult. dist. 36.

[c] D. Paul. ad Tit. cap. 2 vers. 7. c. cùm Pastoris c. 3. q. 1. Concil. Burdigalen. sub Gregor. 13. & Henr. 3. cap 17.

(d) D. Carol. Concil. Med. 6 tit. quæ generatim ad Has Constit. §. unusquisque Concil. Mediol 1. p 2. eod tit. §. singulæ Concil Med. 4. p. 2 eod. tit. §. singulæ Concil. Med 5. p. 3 eod. tit §. singulæ. Synod. Diœces. Pisan.

(e) Concil. Trid. sess. 6. de Reform. cap. 1.

(f) Concil. Burdigal. sub Greg. XIII. & Henrico III. Ann. 1583. tit. 18. de Parochis §. observent.

ditos homines admoneant, (g) & ni resipiscere voluerint, ad Nos denuntient; ut, qua ratione his malis providendum sit, in Domino decernamus. Error enim, cui non resistitur, approbatur; (h) Et erranti consentire videtur, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit. [i] Nullus igitur Parochus taceat, ne cum omnibus, qui eo tacente pereunt, pereat (l) & ipse; cùm scrupulo consensionis non careat, qui manifesto facinori desinit obviare. (m)

Unde intelligent, quòd onus Curam Animarum sibi commissam administrandi per seipsos, non per alios est subeundum; [n] & si aliquem in Adjutorem sibi adhibuerint, sciant, quòd non proinde ab ovibus pascendis, à Sacramentis administrandis, nisi legitimum habuerint impedimentum, excusare se poterunt; Certissimum namque est, non admitti Pastoris excusationem, si lupus oves comedat, & Pastor nescit; [o] Quantò minùs si mercenario Pastori Ovili gubernando relicto, ejusque cura neglecta, Divinis humana præferentes, in rerum temporalium solicitudine occuparentur? (p) Quid corpore residere, animo verò abesse proficeret? quin potius inter residentes numerandi censeantur, qui, licèt legitima causa corpore absint, spiritu tamen, & assidua speculatione Gregi invigilant, quàm (q) hi, qui corpore præsentes, seipsos magis, quàm Gregem pascunt.

Quamobrem quotiescumque aliquis ad Ecclesiam Parochialem promotus fuerit, antequam ejusdem possessionem adipiscatur, ut faciliùs ad Animarum regimen se disponat, & seriò consideret onus, cui supponit humeros suos Angelicis etiam formidandum, saltem per octo dies continuos exercitiis spiritualibus, (r) vacet, & Directoris attestationem manu subscriptam in Actis exhibeat; Et ut Parochi Gregis sibi crediti diligentiùs Curam gerere possint, Ædes Parochiales Ecclesiis conjunctas habitent; [s] quòd si intra fines Parœciæ, alibi tamen forte residerent, nunquam illæ laicis locentur, (t) sub pœna amissionis pensionum, pa-

uperi-

(g) Act. Apost. cap. 20. vers. 26. cap. Ephesius 4. dist. 43.

(h) Innoc. Pap. in c. error dist. 83.

(i) Greg. Pap. in cap. consentire ead. dist.

(l) S Prosp. de vita contemplat lib. 1. c. 20. Chrisost. Hom. 6. in epist. ad Philip.

(m) Joan. in c. facienti dist. 86

(n) Conc. Later 4. c. 32. c. licet de elect. in 6. Conc. Trident. sess. 25. c. 9. Sac. Cōgr. in Tarent. februar. 1614. & in Fulginat 10. Maii 1687. Conc l. Med. 4. par. 1. tit. de Paroch. §. Parochialis.

(o) D. Gregor. in Regis. c. quamvis de Reg. Jur.

(p) Conc. Trid. sess. 6. c. p. de Reform.

(q) Synod.

(r) D. Carol. Concil. Mediol. 4. par. 3. de Vita, & Hon. Cler. §. à Sacerdotibus Edictum de Mandato Innoc. XII. pro Urbe die 19. Januarii 1699.

(s) Greg X. in Conc. Generali Lugdun. & in c. licet de elect. in 6. Sacr. Congr. Conc. apud Garz. de Benef. par. 3. cap. 2. n. 179.

(t) D. Carol. Concil. Mediol. 1. p. 2. tit. de ædib. Cleric.

uperibus distribuendarum.

Cùm Populo Festa per quamlibet hebdomadam recurrentia denuntiant; jejunia [u] quoque, si cadant in ea observanda, & quatuor anni tempora illi notificent; simulque de stricta obligatione, & de modo illa servandi diligenter instruant.

In expiandis verò Aqua Benedicta Domibus Parochianorum in Hebdomada Sancta, hoc pium, et laudabile Officium Domibus Meretricum, & Concubinariorum non præstent; (x) non debent enim aqua munda, & benedicta aspergi, qui suis lætantur sordibus; & cùm priùs moniti noluerint à suis immunditiis mundari, maneat immunditia super eos. (y)

Ad hoc etiam, ut de singulis Ovibus suis, cùm opus fuerit, rationem reddere queant, quinque libros apud se habeant. [z] In quorum uno Baptizatorum Nomina; In altero, qui Confirmati fuerint; In tertio, qui Matrimonium in facie Ecclesiæ contraxerint. In quarto Mortui, & Sepulturæ Christianæ traditi recenseantur; In quinto demum status Animarum totius Parœciæ exactè describatur; & in eis describendis formulæ à Sacro Rituali Romano præscriptæ omnino adhibeantur.

Et quoniam, si Libri Baptizatorum, Matrimoniorum, et Defunctorum aliquo casu perierint, non levia damna possent evenire; confirmantes Decretum Nostri Prædecessoris [aa] mandamus, ut ii confecti, & absoluti ad Archivium Nostrum perferantur, ibi sedulò conservandi; Quique id exequi contempserint, suspensionis pœnam reformident.

Præter dictos Libros, ac Rituale Romanum; cùm admonente Apostolo debeant, qui docendi officium in Populis susceperunt, attendere lectioni, exhortationi, & doctrinæ; (bb) habeant omnes Parochi Concilium Tridentinum, Catechismum Romanum, & aliquam Casuum Conscientiæ summam, ut fructuosiùs eorum munus exerceant.

Nulla Ecclesia, etiam Regularium in Civitate, & subur-

(u) Pontific. Rom. in exhort. post Synod. §. jejunia. Concil. Ravenn. 2. sub Clem. 5. c. 10. Conc. Trid. sess. 25. de delect. cibor.

[x] D. Carol. in Act. Eccles. Mediol. instruct. pro ædium benedict. §. noverint.

(y) c. ne quemquam vers. omnis de consecr. dist. 4.

(z) Ritual. Rom. formulæ scrib in libris &c. Conc. Trid sess. 24. c. p. & c. 2. de reform Conc. Mediol. 1. p. 2. tit. qui libri &c. Conc. Tolet. c. ult. Concil. Burdigal. tit. 18. de Parochi §. Ut autem.

(aa) Synod. Pisan. An. 1689. c. 25. de Parochi.

(bb) D. Paul. 1. ad Timoth. c. 4. Conc. Tolet. 4 c. 25. in c. ignorantia dist. 38. c. quando c. si in laicis. c. nulli. c. quæ ipsis ead. dist. 38. D. Carol. Concil. Med 4. p. 2. tit. de Uerbi Dei &c. §. Parochi præterea.

subuibiis Sabbatho Sancto ante Primatialem; In Dioecesi verò ante Matricem, Campanas pulsare audeat sub poenis in Constitutione Leonis Decimi contentis. *(cc)*

Hortamur tandem, & obsecramus Parochos omnes, ut soliciti servare unitatem spiritus in vinculo *(dd)* pacis, fraternitatis amore se diligant, ut uno ore, unoque corde in Ecclesiasticis functionibus ab eis invicem peragendis Deus honorificetur; Et ad hoc Charitatis vinculum inter eos magis colligandum, omnesque diffidii causas tollendas, auctoritate super hoc à Concilio Tridentino [*ee*] Nobis tradita, declaramus; quòd convenientibus simul Plebano, & aliis Parochis, Plebanatus occasione tam Festorum, quàm Exequiarum, caeterarumque functionum; posse, & debere semper Parochum in propria, & sibi commissa Ecclesia munus per se ipsum implere; At si quando nequeat, aut nolit, tunc hic ordo servetur: Jus Canendi, Benedicendi, ac similium, competat Plebano tanquam digniori, [*ff*] si adsit; eoque absente, aut nolente, antiquiori ex Parochis Plebanatus; & sic de caeteris, servato inter eos ordine antiquioris promotionis, nisi in Plebanatu adsit aliqua Ecclesia, quae gaudeat aliquo Indulto, aut speciali privilegio, aut antiqua consuetudine in praecedendo aliis Parochis in similibus functionibus faciendis. [*gg*]

Tandem cùm primùm innotuerit, Parochum aliquem graviter decumbere, aut quoquo modo mortis periculo laborare, Rector vicinior [*hh*] occasione ministrandi illi Sacramenta, caveat, ne ab heredibus, nec à quovis alio quidquam ex aedibus illius auferatur. *(ii)*

Ad hoc inhibemus, & districtè praecipimus, ne heredes, consanguinei, & affines Parochi defuncti audeant aliquid ex iis, quae pertinent ad Ecclesiam, ex aedibus illius amovere praesertim scripturas, nec Parocho aegrotante, incidere, seu incidendas mandare tam Arbores fructiferas, quàm infructiferas in Ecclesiae Praediis existentes, etiam si ceduae fuerint, sub poena excom-

(cc) Conc. Lateran. 5. sess. 11. can. 4. Leo X. Const. dum intra 22. 6. 14. S. Congr. Rituum 9. Febr. 1608 apud Gavant. & Nicol. in Marsicen. 21. Martii 1609 in Venusina 30. Decemb. 1614. in Syracusana 3. Junii 617. in alia Syracusana Modicae 23. Februar. 1640. in Meliten. 16. Decembr. 1621. apud Barbos. in Coll. & Bull. verbo Campana.

(dd) D. Paul. ad Ephes. cap. 4.

(ee) Conc. Trid. sess. 25. de Regul. c. 13.

(ff) Sacr. Congr. Rit. die 1. Septembris 1607.

(gg) Sacr. Congr. Rit. die 22. Martii 1607.

(hh) D. Carol. Conc. Mediol. 1. p. 3. Decr. 15. can. 6.

(ii) Anaclet. Epist. p. c. 2. relat. in c. qui Christi. c. 12. q. 2. licet à Gratian. tribuatur Steph. Pontifici Pelagius in c. Augustino c. haec hujus d. c. 12. q. 2. Concil. Ilerden. sub Joan. P. c. 16. Conc. Valent. 2. sub eod. Jo. P. c. 2.

excommunicationis ipso facto incurrenda.

Sequuta verò Morte Parochi ille, qui Sacramenta ei administravit, statim Nobis, seu Vicario Nostro Generali significet, ut in iis, quæ ad Nos spectant, Ecclesiæ vacanti expeditè provideatur.

De Residentia.

CAPUT XXIX.

Nihil est, quod sacris Canonibus, Generalibus Concilijs, Pontificumque Decretis frequentiùs, & instantiùs commendetur, quàm assidua Pastorum Residentia, quibus Dominici Gregis custodia commissa est. (*a*) Nos igitur Constitutionibus præfatis inhærentes, hac Synodali sanctione statuimus, & in Domino mandamus Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, omnibusque & singulis alijs, qui beneficia obtinent personalem residentiam de jure, aut consuetudine quomodolibet requirentia, ut apud suam quisque Ecclesiam assiduè resideat personaliter, (*b*) neque ultra triduum absens moretur, (*c*) nisi ex causa à Nobis, sive à Nostro Generali Vicario probata, & relicto idoneo vicario: ne interim Ecclesiæ obsequium detrimenti aliquid patiatur. Si quis autem ultra tempus præscriptum aberit, is præter pœnas ab eodem Tridentino Concilio constitutas, quatuor prima vice aureos solvet, secunda graviùs pro nostro arbitrio punietur. [*d*]

Qui Parochialem Ecclesiam extra Urbis muros sitam unà cum Canonicatu, aùt Capellania, quæ servitio Chori in Primatiali Ecclesia sit obnoxia, legitimè obtinet, is distributiones quotidianas virtute Constitutionis Pii V. sanctè servandæ, non percipiet. (*e*)

Quicunque in acquirendis scientiis occupati, [*f*] distributionum duas tertias partes ratione studii lucrari volunt, licèt absentes, habeant illas quidem: at nisi in fine quinquenii ab eo die numerandi, quo eos in publico quopiam Gymnasio Theologiæ, aùt sacris Canoni-

(*a*) Concil. Apost. A. Chr. 44. can. 13. & 14. Concil. Arelaten. 1. Ao. 314. sub Silvestro 1. can. 21 Arelaten. 2. An. 330. sub Silvestro 1. can. 13. Concil. Antioch. sub Julio 1. 340. can 3. in cap. si quis Presbyter c. 7. q. 1. VVormaten. sub Adriano 2 868. can. 19 Greg. in Reg Ann. 600. in cap. licet de Reg. Juris Innoc. 3. VValtero Rothomag. 2. Kal. Maii sui Pontif. Anno 1 in lib. 1. Epist. Ann. 1198. Honor. 3. A. 1220. in cap. ex parte 6. de off Vicar. Conc. Londinen. 2. sub Gregor. 9. 1237. can. 14. Conc. Lugdun. 2. sub Greg. 2. 1274. can. 0. Bonif. 8. 1294. in cap. cum ex eo de Elect. in 6. Concil. Senonen. in Decr. Morû can. 21. sub Clem. 7. 1528. Concil. Mogunt. 4 can. 71. sub Paulo 3. 1540 Concil. Colon. 2. de offic. cap 6. sub eod. Paulo 3. 1536. Conc. Sardicen. seu Appendix ad Concil Nicæn. 1 can. 15. Concil. Lateran. 3. can. 13 Concil. Lateran. 5. can. 11. Concil. Trid. sess 6. cap. 1. & 2. de Reform. sess. 21. c. 3. de Reform. sess. 23. c. 1. de Reform. Pius IV. Const. in suprema 91. Pius V. Const. 65. Cupientes.

(*b*) Concilia, & Const. allegata omib. adduntur. Concil. Med 1. p 2. de Resid. Concil Med. 5. p 3. de Resid. Sacr. Cong. Concilii Episc. Fulgin. die 10. Maii 1687.

(*c*) Concil. Bononien. par. 4 sub Card. Palæoto tit. 9. de Resid. §. de Causis excusan. Curatos &c. Sacr Congr. Conc. super c. 1. sess. 23. apud. Garz. de Benef. p 3. cap. 2. n. 23. & apud Barb. in Collect.

 noni-

nonibus operam dare cæpisse constet, Doctoratus insignibus decorentur, distributiones omnes, studiorum causa percepras, Capitulo, vel massæ restituant, idque se facturos ante perceptionem promittant datis coram Nobis fidejussoribus. Hæc tamen restitutio tunc fieri debere intelligatur, si ob eorum ignorantiam, vel aliam voluntariam culpam Doctoratu excludantur; secus verò si paupertate, aut alia probabili, & justa excusatione muniantur.

lect. verbo Residentiæ: c.-3. Sacr. Congr. Terracen. 11. Februarii 1618. & in Monopolitan. 6. Decembr. ejusdem Anni, apud Barbosam in Collect ad Concil. Trid. sess. 23 cap. 1. n. 52.

(d) Synod. Pisan. An. 1650. & 1678. cap. 26. §. si quis.

(e) Pius V. d. Const. Cupientes §. 1. in fine.

(f) Synod Pisan. An. 1616. & 1625 in utrique tit. 10 cap. 4. § Non tamen § ut verò A. 1650. & 1678. in utraq. c. 26. §. quicumque.

De Collationibus Casuum Conscientiæ.

CAPUT XXX.

SI qui sunt inter homines, quibus ex proprio munere Divinarum, ac humanarum rerum notitia sit assiduo studio comparanda; ii profectò sunt Sacerdotes, maximèque Parochi, (a) qui ad dandam Populis scientiam salutis electi, in eam omni conatu animum intendere debent, ne ob voluntariam cæcitatem ex ignorantia provenientem unà cum Populo, quem cæcum pariter ducunt in foveam miserabiliter cadant æternitatis. (b) Studiis ergo Ecclesiasticæ disciplinæ Sacerdotes incumbentes, peritiam præsertim Casuum Conscientiæ ad munus suum aptiùs, & fructuosiùs peragendum continua exercitatione assequi conentur; Et, ut nostræ longo otio torpenti naturæ suavis admoveatur stimulus; Præcipimus, ut Congregationes Sacerdotum Animarum Curam habentium ex veteri, ac laudabili Prædecessorum Nostrorum Vigilantia institutæ, singulis mensibus omnino habeantur; (c) In quibus Casus, qui proponitur resolvendus, à singulis Parochis resolvatur, & unjuscujusque illorum resolutio propria manu subscripta ad Nos deinde, vel Vicarium Nostrum Generalem per Præsidem cujuscumque Congregationis transmittatur; omniaquè alia, quæ pro dictarum Congregationum Classibus distribuendis, pro modo, & ordine in ipsis habendo, ac pro uberiori

(a) Leo 1. ad Clerum, & Plebem Côstant. Epist. 22. Cælestinus Univers. Episc. per Apul. & Calabr. constitutis Epist. 3. Concil. Tolet 4. can. 25. Concil. Arelat. 4. can. 3. Aurel. 4. Can. 6.

(b) Matth. c. 15. Conc. Bituricen. sub Greg. xiii. & Henrico Tertio Anno 1584. tit. de Rect. Eccl. §. scriptum est.

[c] S. Carol. Concil. Med. 1. p. 2. de Vic forau. Concil. Med. 2. Decr. 30. Card. Gabr. Palæot. Archiep. Bonon. p. 3. tit. de Sacr. Pœnit.

riori earum progressu in peculiari Instructione decernemus, observari sub pœnis arbitrio Nostro declarandis mandamus. (*d*)

Qui verò ex Animarum Curam habentibus, vel Congregationem, cui erit adscriptus, non frequentaverit, vel ea, quæ illi præscripta fuerint, cessante impedimento non adimpleverit, eisdem subiiciatur pœnis. [*e*]

Et cùm inutiles, etiam si salutares fuerint, reddantur leges, quæ, vel ignorantur, vel negliguntur; Volumus ulteriùs, quòd in unaquaque ex prædictis Congregationibus, antequam resolvatur, vel postquam Casus resolutus fuerit, prout opportunius judicabitur, semper aliqua Nostrarum Constitutionum Capita legantur, (*f*) eaque intra annum omnia perlecta fuisse, Nobis, vel Vicario Nostro Generali, quemadmodum etiam Noster Prædecessor decreverat, attestatio in die anniversaria Consecrationis Primatialis exhibeatur. [*g*]

Collationibus autem Casuum Conscientiæ, quæ in Palatio Nostro Archiepiscopali habentur, Parochi omnes Civitatis intersint, nec non Sacerdotes omnes, qui ad Confessiones fidelium audiendas approbati sunt, vel approbari desiderant. (*h*)

Quod observetur etiam in Conferentiis, quæ habentur in Civitate Liburni.

Perspectumque sit Sacerdotibus omnibus, quòd illi, qui alicui, vel ex dictis Congregationibus, vel ex prædictis Collationibus, seu Conferentiis, ubi magis eis commodum erit, non interfuerint, semper minùs idonei, cùm Nobis evenerit de eorum idoneitate judicare, interessentibus judicabuntur.

(*d*) Sacra Congreg. die 11. Julii 1620. apud Cesar. Panimol. decis. 1. Adnot. 18. n. 20.

(*e*) S. Congr. Conc. sub die 4 Martii 1598. apud Barbos. Collect. Bullar. &c. verbo Congreg. divers. 5.

(*f*) D. Carol. Concil. Med. 1. p. 2 de Vicar. foran. § iidem Synod. Pisan. A. 1678. cap. 27 in fin.

(*g*) Synod. Pisan. d. cap.

(*h*) Allat. decret. Sac. Congr.

De Fructibus Beneficiorum vacantium.

CAPUT XXXI.

DE Beneficiorum mox vacantium emolumentis, ac fructibus, ut omnis litium, ac dissensionum oc-

casio dirimatur, quæ tam multiplices, tamque acres esse solent, ita breviter statuimus.

Si Parochum ante diem Festum SS. Apostolorum Petri, & Pauli decedere contigerit, fructus omnes, quò ad triticum, & bladas, tam ex prædiis, quàm ex canone ab Emphyteutis habendi ad successorem in beneficium totaliter pertineant; sin autem ipsa festi ejusdem die, vel deinceps moriatur, ejus tunc heredibus acquirantur; ita tamen, ut ex fructibus beneficii, curam animarum habentis extra Civitatem pro rata, nisi omnes in tritico, & bladis consistant, relinquantur alimenta panis, & vini pro successore, & famulo, seu famula illius usque ad novam messis recollectam: & dum vacans fuerit Ecclesia, donec de Rectore provideatur, idem servetur quò ad salarium, seù mercedem œconomi. In Civitate autem relinquitur arbitrio nostro, quid & quanto tempore dandum sit œconomo, ac Rectori successori singulis mensibus, consideratis redditibus cujusque Ecclesiæ vacantis, & circumstantiis aliis considerandis.

At in beneficiis simplicibus, & aliis curam animarum non habentibus, tam in Civitate, quàm extra, heres defuncti beneficiati subeat tantumodo onera usque ad communem novam fructuum recollectam.

Quò verò ad supellectilia, præter ea, quæ sacra sunt, & propria cujusque Ecclesiæ, remanere debeant in domo canonicali vasa omnia ad vinum, & ad oleum conservandum, scamna saltem duo, mensa una, abacus vnus, lectus unus, & aliqua pia Imago depicta: nisi aliud Nobis justis de causis videatur. Quæ supellectilia, si jam provisa fuerint ab ÆditUis Ecclesiæ, tunc ipsa remaneant, heresque defuncti planè liber ab iis existat.



De

De Sodalitatibus Laicorum.

CAPUT XXXII.

Congregationes Laicorum, quæ piè ac laudabiliter institutæ fuerunt, ut sæculo vacare coacti aliquos dies haberent, in quibus spiritu congregati Deo vacarent, [a] eique debitum exhiberent obsequium, Confraternitates nuncupantur, ut ex hoc intelligant, quòd usquequo perseveraverint servare inter se unitatem spiritus, & amorem fraternitatis, Christiana pietas in illis florebit, divinus cultus amplificabitur.

Quamobrem cupientes, quòd hæc fraterna charitas maneat in illis, volumus, quòd Parochus loci, in quo aliqua Confraternitas erecta est, Confratrum paci, ac unitati, ne ejus vinculum dissilvatur, omni studio, ac conatu intendat; eoque præsente Prioris, aliorumque Officiorum fiat electio, aliàs nulla sit, nisi ita placuerit Nobis, vel Vicario Nostro Generali. (b)

Regulas, ac earum Constitutiones legitima Auctoritate approbatas religiosè observent, quibus aliquid addere sine Nostra, vel Vicarii Nostri Generalis licentia omnino vetamus. (c)

Novæ Confraternitates, seu Congregationes, aut Centuriæ tam in Civitate, quàm in Diœcesi sine Nostra, vel Sanctæ Sedis Apostolicæ approbatione, etiam in Ecclesiis Regularium, non instituantur, (d) nec erigantur, aliàs sciant nullas, & irritas esse, quemadmodum nullas, & irritas, quatenus opus fuerit, declaramus.

Appensum in qualibet laicorum sodalitate sit Album, in quo descripta sint Legata facta societati, & onera illis annexa. (e) Plebani verò, Ruralesque omnes Curati Nos, seu Nostrum Generalem Vicarium certiorem faciant, si forte laici sodalitatum in eorum Parochiis existentium piis legatis, injunctisque oneribus

(a) Amalar. Meten. Eccl. Diaconus qui scripsit tempore Gregor. 4. & Ludovici Imperatoris sæculo nono; lib. 4. de Eccl. offic. cap. de observ. dierum per Annum 37.

(b) Synod. Pisan. An. 1659. cap. 29. & Add. ad illud. § Parochus. Ann. 1678. eod. cap. 29. §. Parochus.

(c) Concil. Lateran. 3. cap. 9. Clem. 8. Constit. 115. Quæcumque §. 4. die 7. Decembris 1604. Concil. Burdigalen sub Alex. IV. & Ludovici 9. de statutis Confratr. §. item prohibemus Sacr. Congreg. Rit. in Elboren. 7. Octobris 1617. apud Barb. in Collect. verbo Confraternitas.

(d) Concil. Bituricen. 1584. tit. de Confratern. §. Confraternitates Concil. Senonen. sub Clem. 7. cap. 20. tit Confratriis §. Sacro approbâte S.Cōg. Chien. 6. Decemb 1616.

(e) Ex liter. Sacr. Congr. Conc. Trid. de Mandato Alex. 7. die 13. Decembr 1663 & ex Const. Nuper Innoc. XII. §. Cumque Synod. Pisan. A. 1659. & 1678. in utraque tit. 29. §. Appensum.

bus satisfacere neglexerint, ut ad hoc opportunis remediis compellantur.

Non liceat laicis in Confratrum Oratoriis sermocinari, [f] nisi expressa Nostra, ad hoc agendum, præcesserit facultas, qua obtenta familiares tantùm sermones habeant, quibus sodales suos à vitiis revocare, & ad virtutes inflammare pro viribus studeant.

Similiter in earum Oratoriis, prout superiùs de aliis Oratoriis publicis intra fines alicujus Ecclesiæ Parochialis existentibus decrevimus, non liceat functiones Parochiales sine Nostra, vel Parochi licentia, exerceri, [g] neve Missa Dominicis, aliisque diebus festis celebrari, antequam in Ecclesia Parochiali Sacra peracta fuerint, (h) Nisi festum ibi Patroni, vel Titularis agatur.

Ubi verò consuetudo viget, quòd Functiones Ecclesiasticæ in Confraternitatum Oratoriis, etiam à Parochialibus Ecclesiis sejunctis, fiant à Parochis, decernimus ad litium occasiones inter Parochum, & Parochianos dirimendas, quòd Parochi in possessione prædictas functiones faciendi manuteneantur, donec aliud à Nobis, seu Vicario Nostro Generali declaretur, seu decernatur.

(f) Synod. Pisan. An. 1659 & Ann. 1678. h. eod. Tit. in utraque cap. 29. §. non liceat.

(g) Alleg. Synod. Pisanæ d. c. 29. §. In Oratoriis Sacr. Congr. Rit. Cæsaraugustana 14. Januarii 1612. apud Barbos. in Collect. Bull. §. Confraternitas, & apud Nicol. §. Confraternitas n. 29. Neapolitana 18. Maii 1602. apud eosdem, & apud Gavan. Manu. Epis. §. Parochorum munera n. 21.

[h] S. Congr. Rit. supra cap. 11. & apud Nicol. §. Confraternitas n. 22.

De Monialibus.

CAPUT XXXIII.

Sacræ Virgines, quæ ab Unigenito Æterni Regis Filio in testimonium nimiæ suæ Charitatis proprio sibi Sanguine desponsatæ in amœna Religionis Paradiso ab Ecclesia custodiuntur, usque dum pulcherrimis ornatæ virtutibus, integraque Sanctæ Virginitatis dote servata ad supernum Thalamum cum sponso regnaturæ vocentur; assiduè vigilare debent, ne cùm sponsus eas vocaturus advenerit, dormientes reperiat, & indignatus divertat; Non ideò minor earum solicitudo, nec remissior vigilantia esse debet, quia de se-

culo

culo egressæ ex illius eripiantur periculis; Nullus enim locus contra indefessum, & pervigilem adversarium nostrum tutus est; Paradisus multò firmior erat, minusque Religiosis Claustris insidiarum habens, sed quia ab eodem hoste non satis cavit, nec in Paradiso Adam securus fuit.

Tanta igitur Charitate desponsatæ, tanta dignatione electæ Sacræ Virgines omnes, ut sint semper ad Cælestes Nuptias paratæ, orationi mentali, (a) & Conscientiæ examini (b) quotidiè incumbant hora deputata in communi; nec ab his spiritualibus, exercitiis, quibus semper novis cumulantur muneribus distrahantur; eo tempore, quo Moniales in illis detinentur, & dum Choro assistunt, ab janitricibus ad colloquendum cum exteris nunquam vocentur.

Et cùm Cælestis Sponsus Dilectam suam virtutum amœnitate suavitatis odorem redolentem, comparet Horto, sed Horto concluso; (c) quia nihil cultura Disciplinæ conferret, si custodia deesset; [d] limites idcircò Clausuræ, sub obtestatione Divini Judicii juxta Sacri Concilii Tridentini, & Apostolicarum Constitutionum Decreta, (e) exactissimè servari præcipimus; Ejusque Claves semper apud Abbatissam, aut Monasterii Præfectam maneant; (f) & ab ea sub fideli, & inviolabili custodia retineantur.

Janua Collocutorii, nec ante diem clarum, nec post vigesimam quartam horam aperiatur, nec aperta remaneat. [g] Diebus verò Festis, præsertim his, quibus sacra fuerint Communione refectæ, (h) ne à Divinis Colloquiis, à spiritualibus, ac piis exercitiis distrahantur, clausa retineatur usque ad meridiem, dummodò necessitas eam priùs aperiendi non detur.

Nullus cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit intra Septa Monasterii tot Censuris Apostolicæ Sedi reservatis munita absque Nostra, seu Vicarii Nostri Generalis licentia in scriptis, & ex causa tantùm necessitatis obtinenda, ingredi audeat; [i] Et licet eam obtinuerit, cessante tamen necessitate, (l) ob

[a] D. Carol. Concil. Med. 1. p. 3. tit. de Divin. off. Precat. & Lect. monial. §. Et quia D. Francisc. Salesius Episc. Geneven. in Const. pro Monial. Visit. Const. 6.

(b) D. Bern. de Inter. D. c. 31. Joan. Cassian. Coll. 1. cap. 20. D. Jo. Chrysosth. in Psalm. 51. D. Franc. Salef. d. Const. 6.

(c) Cantic. cap. 4. vers. 12.

(d) D. Bernard. in Cantic. Serm. 35.

(e) Concil. Trid. sess. 25. cap. 5. de Regul. & monial. Bonif. 8. in cap. Periculoso de statu Regul. Pius V. Constit. circa Pastoralis 8. & Const. decori Greg. xiii. Const. Ubi Gratiæ 18. & Const. Deo Sacris. Greg. XV. Const. Inscrutabili Paulus V. Constit. Monialium 74. Xystus V. Const. Sanctimonialium.

[f] D. Hieronym. in Regul. Monach. ad Paulam & Eustoch. de Clausf. Domus cap. 27. r. 9. Concil. Med. 6. tit. quæ ad Monial. §. Colloqut. Concil. Med. 1. p. 3. tit. de Monialib. § de Præfect. vers. januæ Sacr. Congr. 5. Decembr. 1610. apud Nicol. verbo Clausura n. 5 Synod. Pisan 1619. & 1678. tit. 10. cap. 5. in utraq. §. Clausuræ.

(g) Synod. Pisan. An. 1616. & Ann. 1625. in utraq. tit. 10. cap. 5. §. Fores. Ann. 1659. & An. 1678. in utraq. cap. 30. §. Collocutorii.

(h) D. Carol. Concil. Mediol. 1. p. 3. tit. de Monialibus §. de Clausura vers. non est ferendū Concil. Mechlin. Ann. 1609. tit. 2. c. 11. Const. Alex. 7. Sacrosancti 50. §. 7.

(i) Concil. Trid. cit. cap.

ob quam obtinuit, non ingrediatur, nec extra casus, in quibus omninò Moniales exterorum egeant auxilio, semperque post ortum, & ante Solis occasum.

Pueri pariter, ac puellæ, etiam infantes, cujuscumque ætatis sub pœnis violatæ Clausuræ ex pluribus Sacræ Congregationis Declarationibus intra Clausuram, nec ad modicùm tempus admittantur. [m]

Nemo quoque ad Monialium Monasteria, sine Nostra, seu Vicarii Nostri Generalis licentia cum illis locuturus accedat; (n) & si licentiam habeat nunquam ad Januas, sed ad Crates tantùm colloquatur. [o]

Qui verò ausus fuerit personatus ad Moniales accedere, Deum Sacrarum Virginum Custodem, ac vindicem, nec non excommunicationis pœnam pertimescat.

Regulares, & ipsi sciant accessum ad Monasteria Monialium, & allocutionem cum ipsis, licèt consanguineis, vel exemptis, ac iisdem Regularibus subiectis, etiam ad modicum tempus absque licentia Sacræ Congregationis, vel nostra ad formam ab eadem Sacra Congregatione præscriptam concedenda, esse sibi sub gravibus pœnis ex Decretis à Sanctissimis Pontificibus Xysto Quinto, & Urbano Octavo approbatis, nec non sub peccato mortali ex declaratione Clementis Noni interdictam. [p] Quamobrem Moniales non audeant cum Regularibus alloqui, ne illi cooperando, reæ quoque ejusdem culpæ efficiantur.

Literas quascumque sine expresso Præfectæ Monasterii consensu, (q) neque ad aliquem scribant, neque ad se missas legant, consanguineis usque ad quartum gradum dumtaxat exceptis.

Canes cujuscumque generis intra Clausuram non retineant; [r] Nec Equi, aut alia quæcumque Jumenta vectaria pro sarcinis, & oneribus ferendis introducantur; quemadmodum singulis Monialibus in virtute Sanctæ obedientiæ omnino retineri, & introduci respectivè prohibemus.

Paupertatem ament, ne dum quærunt terrena, perdant

cap. 5. Bonif. 8. &. cap. periculoso Gregor. 15. d. Constit. ubi Gratiæ. Pius 5. d. Const. Circa Pastoralis.

(l) d. cap. Periculoso. d. Const. ubi Gratiæ, & ad dd. Constit. Bonac. de Clausf. quæst. 4. punc. 5. n. 10. Tambur. de Jure Abbatiss. Disp. 22. quæst. 1. n. 11.

(m) Sacr. Congr. Episc. & Reg. in Cremen. 12. Februar. 1585. apud Barbos. in Collect. Bull. verbo Moniales 3. In Tudert. 7. April. 1579. Neapolit. 12. Martii 1580. Comen. 26. Martii 1503. Turinen. 10. Junii 1610. apud Nicol. in Flosc. verbo Clausura n. 20. nec non Archiep. Florentin. die 1. Aprilis. 1667.

(n) Concil. Cabilonen. Can. 56. Conc. Matiscon. Can. 2. Turonen. 3. can. 20. cap. Monasteria de Vita, & Hon. Cler. Bonif. 8. 10. d. cap. Periculoso Sacr. Congr. Episc. die 1. Januar. 1616. apud Gav. verbo Monial. colloc. n. 6. Iussu. Urb. 8. die 15. Decembr. 1623. Concil. Med. 1. p. 1. tit. de Clausura 5. Moniales Sacr. Congr. in Mediol. 8. Augusti 1621.

(o) d. Concil. Prov. eod. tit. §. Licentiæ Sacr. Congr. 2. Julii 1619. & 24. Januarii 1653. apud Nicol. in Flosc. verbo Porta n. 9. Decret. Visit. Archiep. Antecess. 1696. Concil. Prov. Med. 1. par. 3. tit. de Præfectis §. cùm autem.

(p) Sac. Congr. Episc. & Regul. 1. Julii 1606. die 20. Martii 1621. Concilii die 12. Januar. 1619. penes Pignat. Consult. 85. n. 158. in Verulen. Januarii 1633. Episc. & Reg. die 22. Augusti & 7 Sep.

dant cælestia; Proindeque nulla bona tam immobilia, quàm mobilia uti propria teneant; *(f)* Pecuniam apud se non habeant, sed apud Monasterium communiter deponant; Præfecta nihilominus parvam summam, ad usus tantùm quotidianos, pro sua prudentia concedere valeat.

Munera sine debita licentia nec ab aliis recipiant, nec aliis elargiantur; *(u)* In eis verò elargiendis nullatenus à Constitutionibus Clementis Octavi, & Urbani Octavi recedant.

Obedientiam dilectam Sponsi virtutem sequantur, ut ea, veluti manu ductrice ad Regnum sibi paratum, via non minùs facili, quàm secura, perveniant; Ac proinde Regulas, quas professæ sunt, fideliter servent, easque semper habentes in corde ad earum præscriptum vitam instituant, & componant. [*x*]

Quod, ut faciliùs assequantur, earumdem Regularum, quemadmodum etiam à Venerabili Nostro Prædecessore mandatum fuit, quotidiè unum caput legatur, & cùm omnia capita lecta fuerint, rursus ad primum redeatur, & sic semper eodem ordine, ac progressione servata nunquam Sacræ hujus lectionis usus intermittatur; *(z)* ut hujusmodi quotidiana, & frequenti Regularum commemoratione ad illarum observantiam, in qua monasticæ vitæ perfectio consistit, magis accendantur.

Diligant pariter se invicem supportantes in charitate; Et quemadmodum sunt vocatæ in una spe vocationis, unum quoque spiritum, unumque animum in Deo habeant; Quid enim prodesset una contineri Domo, & diversa dividi voluntate? Sorores nomine, non factis vocari? Quapropter Præfecta Monasterii omni studio curet, ne dissidia inter eas exoriantur, & si exorta fuerint, statim, & semper suaviter componat, *(aa)* omnemque causam dissidii removeat; Solicita, ne inter eas vinculum pacis, quo bonum, & jucundum habitare redditur in unum, relaxetur, ne dum dissolvatur.

N Cha-

Septem. 1605. penes Barbos. Collect. Bull. verbo Monialea n. 3. & 5. Decr. S. Cong. de Mandato Xysti V. die 5. Maii 1590. & Urbani 8. die 10. Novemb. 1613. Constit. Greg. xv. Inscrutabilis §. ad hæc, Sac. Cong. super Declar. d. Const. Dub. 14. Anno 1613. Decr. Clem. 9. die 7. Junii 1669. Decl. Sac. Cong. d. Decret. die 21. Maii 167?. Constit. Alex. 7. Sacrosancti 50.

(q) S. Cæsar. Arelaten. Archiep. Recapitul. Regulæ Sanctim. §. epistolæ 6. S. Carol. Concil. Prov. 1. par. 3. Tit. de Clausura §. neque. Synod. Pisan. Anno 1619. & 1625. in utraq. tit. 20. cap. 1. §. literas Sac. Congr. Episc. & Regul. die 12. Julii 1592. §. non scribant.

(r) Sac. Cong. die 3. Febr. 1597. die 22. Septemb. 1651. apud Nicol. in Floso. verbo Canit; Ordinat. pro monialibus Sacræ Congr. Episc. & Regul. die 12. Julii 1592. §. abstineantur. Decret. Visitat. Archiep. Antuerp. An. 1682. & 1690. Edictu judic. Innoc. XI. pro monial. Urbis die 10 Novemb. 1676. & Innoc. XII. die 10. Martii 1662.

(f) S. Cæsar. Episc. Arelaten. Regul. Sanctim. cap. 15. cap. 18. S. Leander Episc. Hispalem. Reg. seu Instit. Virg. cap. 18. S. Carol. Conc. Prov. 1. tit. de Comm. Vitæ usu per totum par. 3. c. cui portio 6. cap. non dicatis 12. c. 12. quæst. 1. cap. cum ad Monasterium §. Prohibemus De stat. Monach. Conc. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 2.

(u) Clem. 8. Constit. Religiosæ 28. die 20. Maii 1594. Urban 8. Const. nuper 46. die 16 Octobr. 1640.

(x) S. Cæsar. Episc. Arelat. Recapitul. Reg. Sanctim. cap. 13. Concil. Trident. sess. 25. de Regul. & Monial. c. 1.

(z) Conc. Aquileien. sub Clem. 8. Ann. 1596. Tit. 19. de

Charitas præcipuè in solicita cura sororum ægrotantium eluceat; [*bb*] Exemplum sit illis Redemptor noster, virtutum omnium Magister, & exemplar, qui licèt de miseris omnibus paternam curam habuerit, præsertim, & frequentiùs de infirmis habuisse legitur in Evangelio. Eligantur igitur quotannis duæ Moniales Professæ, totidemque Conversæ adjutrices, (*cc*) quæ ægrotantium omni studio, ac diligentia curam gerant, ne illis aliquid desit, vel ad animi, vel ad corporis medelam, (*dd*) Monasteriique impensis provideant, ut medicamenta, aliæque res necessariæ ad illarum morbos curandos, & integram valetudinem consequendam in tempore suppeditentur. [*ee*] Pharmaca tamen, & medicamenta ab Aromatariis sui Monasterii recipiantur. [*ff*]

Singulis Monasteriis Confessarius Extraordinarius bis, aut ter in anno, etiam à Monialibus detur non requisitus, qui omnium illarum Confessiones audiat ex dispositione Sacri Concilii Tridentini, (*gg*) præsertim tempore Adventus, & Quadragesimæ.

Confessarii tam Ordinarii, quàm Extraordinarii Monialium Confessiones semper in Sede solita ad fenestellam audiant pro illis audiendis destinatam. (*hh*)

Ægrotantium verò ex declaratione Sacræ Congregationis Januis apertis; itaut à Monialibus illos associantibus videri, non audiri possint, ut superiùs Confessariis injunctum quoque fuit, excipiantur. [*ii*]

Loci, seu fenestellæ ad Confessiones excipiendas destinatæ, loquutoriorum loco non serviant; multòque minùs fenestellis ad administrandam Sacram Communionem deputatis, ad colloquendum, vel ad res ullas, etiam in Ecclesiæ servitium extrahendas, utantur; (*ll*) Nimis enim dedeceret, quòd uterque locus ad alium usum, quàm ad illum tam sanctum, cujus causa institutus fuit, adhibeatur; Quemad-

de Monial §. 6. quæ à Regula. Concil. Med. 1. par. 3. Tit. de Propr. reg & Const. Decret. Visit. Archiep Antec ff. Anno 1682 & Anno 1696.

(*aa*) D. Hieronym. Epist. ad Eustoch. Virg. vers surgentes. D. Carol Concil. Med. 1. par. 3. tit. de Præfectis, & aliis Min. Monial. §. in primis

(*bb*) d. Hieronym. ead Epist ad Eustoch. vers. apud memorem. S Franc. de Sales Geneven. Episcop. Constit. Monial. Visit Constit. 30.

(*cc*) Synod. Pisan. Anno 1616 & 1625. tit. 10. cap. 5 in utraq. §. eligantur Anno 1650 & 1678. cap. de Monial in utraq. §. eligantur.

(*dd*) S Cæsar. Episc. Arelaten. Regul. Sanctism. cap. 30 S. Carol. Archiep. Med. Concil Prov 1. p. 3. tit. de Præfect. §. quæ propositæ.

(*ee*) Idem d. Carol. alleg. Tit. de Præfect §. Ægrotis Synod Pisan. Anno 1616. & 1625 & Anno 1659. & 1678. ll. citat.

(*ff*) Præd. Synod. Pisan. dd. ll.

(*gg*) Concil. Trident. sess. 25 de Regul cap 10. Conc. Med. 1. par. 3. Tit. de Concionat &c. §. præterea Sac. Sacr. Congr. Episc. & Regul. in Veronen de Anno 1592. apud Barbos in Coll ct. Bull. verbo Confessarius Monial & sub die 29. Novembr 1603. apud Tambur. de Jure Abbatiss. Disp. 26. quæst. 1. n. 5. & in Tornacen. 19. Octobr. 1621. in Canarien. 16. Julii 1651. apud Pignat. Consult. 85. n. 235. tom. 6.

(*hh*) Concil. Colonien. 2. par. 10. cap. 8. Concil Prov. Neapol. approbatum a Sac. Cong. Concilii Tit. 10. cap. 3. §. 10.

(*ii*) Sac. Congr. Episc. & Reg.

madmodum nullatenus adhiberi de mandato Sanctissimi Domini Nostri Clementis Undecimi, [*mm*] sub pœnis in Nostro Edicto contentis, præcipimus, mandantes propterea sub iisdem pœnis, ut prædictæ fenestellæ semper obseratæ sint duplici clavi, & interna, & externa, quarum altera penes Abbatissam, seu Monasterii Præfectam, altera penes Confessarium, seu Capellanum semper asservetur, (*nn*) nec unquam præterquam pro prædicto sacro ministerio Confessiones excipiendi, & sacram Eucharistiam administrandi, cui tantùm destinatæ sunt, aperiantur.

Verùm, cùm à bona Puellarum institutione tempore probationis pendeat earumdem profectus, maximeque Regularis observantiæ, ac perfectionis fundamentum; singulis quoque annis novitiarum Magistra, & illius Coadiutrix eligantur, (*oo*) ubi tamen consuetudo non vigeat, ut longiori tempore hoc munus exerceant; Et in illis eligendis nulla alia ratio, quàm majoris in rebus spiritualibus experientiæ, ac aptitudinis habeatur; Quarum munus sit eas religiosis, & sanctis moribus, exemplis, & virtutibus ad regularem vitam informare, & ad regularum observantiam instruere. [*pp*]

Antequam autem ad habitum suscipiendum, eoque suscepto ad Professionem faciendam admittantur, Abbatissa, seu Monasterii Præfecta Nos, vel Vicarium Nostrum ante mensem ad formam sacri Concilii Tridentini, certiores faciant, ut earum voluntas exquiratur, conditionesque requisitæ juxta cujuscumque Monasterii, & Ordinis Regulam recognoscantur. (*qq*)

Habitum non suscipiant; neque Professionem emittant, priusquam exercitia spiritualia per decem dies continuos ad mentem Innocentii Undecimi peregerint. [*rr*]

Nec non nisi priùs ab earum parentibus, seu consanguineis integra Dos in pecunia numerata, apud Montem Publicum Pietatis in hac Urbe deposita

N ij fue-

Reg. 13. Septem. 1583. apud Barbos. in Collect. Bull. §. confessarius Monial. litera Circul. ejusdem Sac. Congr. de mandato Innoc. XI. die 21. Martii 1682.

(*ll*) Constit. Alex. 7. Sacrosancti 50 pro Monialibus Urbis. Sac Congr. Episc. & Reg. in Boonien. 15. Decembr. 1617. & in Neapolit. 11. Julii 1592.

(*mm*) Litera Emin. Card. Vicar. de Mandato Sanctiss. D. Clem. XI. die 30. Octobr. 1706.

(*nn*) Decr. General. Sac. Congr. Episc. & Regul. sub Greg. 13. apud Pignat. Consult. 85. n. 84. & 86. Tom. 6. Litera ejusdem Sacr. Congr. Archiep. Pisano die 13. Julii 1618. D. Carol. Concil. Med. 4. p 3. Tit. de Monialib. §. cui fenestellæ.

(*oo*) Concil. Aquisgran. Anno 816. cap. 22. Concil Mediol 1. par. 3. Tit. de Præfect. §. novitiarum Sac. Congr. Episc. & Reg. 12. Iulii 1592. eadem Sacr. Congr. Archiep. Pisano 13. Iulii 1618. Synod. Pisan. Anno 1616. & 1625. Tit 10. cap. 3. in utraque §. novitiarum. Anno 1659. & 1678. cap. 30. §. novitiarum.

(*pp*) Concil. Aquisgran. d. cap. 22. S Francisc. de Sales Episc. Geneven. Constit. pro Monial. Visit. Const. 33.

(*qq*) Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 17. Sac. Congr. Episc. & Regul. apud Barbos in Concil. d. cap. 17. n. 10. & 11.

(*rr*) Liter. Circul. Sacr. Congr. Episc. & Regul. de mandato Innoc. XI. die 9. Octobris 1682.

fuerit. (*ss*) Quod observetur etiam in Professione emittenda, ad quam, non admittantur, nisi omnia alia, quæ præter Dotem erunt persolvenda, [*tt*] integrè quoque fuerint persoluta.

Verùm, cùm ad habitum suscipiendum accedere debeant cum humilitate, & modestia; Præcipimus, ut ea serventur, quæ in peculiari Nostra Instructione in fine Synodi apponenda decernemus.

Cùm tamen de aliqua puella tam ad habitum, quàm ad educationem recipienda tractandum erit, non priùs in Capitulo proponatur, quàm à Nobis, seu Vicario Nostro Generali obtineatur licentia, qua obtenta, [*uu*] per suffragia occulta, & omninò secreta, ut Moniales nullo affectu impeditæ liberiùs possint suæ Conscientiæ satisfacere, recipiantur; [*xx*] quod observetur semper quotiescumque de aliqua re consensus Monialium per suffragia erit habendus.

In recipiendis, & retinendis Puellis pro educatione, formula servetur, & conditiones Literarum Sacræ Congregationis eas recipiendi facultatem præbentium ad unguem impleantur, [*yy*] super quo Præfectæ Monasterii Conscientiam oneramus.

Præsertim, quemadmodum ex pluribus ejusdem Sacræ Congregationis, & Nostri Prædecessoris Decretis graviter injunctum fuit tam Puellis educandis, quàm Novitiis locus separatus ad pernoctandum, & alia exercitia peragenda deputetur. (*zz*)

Puellæ tandem Educandæ, eoque magis ad habitum recipiendæ, ut vestibus quoque modestiam suam notam faciant, sanctitati loci respondentem, religiosisque moribus se magis conforment, vestes modestas adhibeant, non sericas, nulloque exquisito genere ornamenti, præsertim fimbriis aureis, prout etiam à Nostro Prædecessore ordinatum fuit, utantur. (*aaa*) Abbatissæ verò, quarum conscientiam oneramus vigilent, ut observetur, nec nonsciant, quòd inobservantia causa Nobis erit, ut licen-

(*ss*) Sacr. Congr. in Lusitan. 6. Junii 1615. ad 2. apud Barbos. in Collect. Ballar §. Dos, & die 14. Novembr. 1614. apud Nicol. §. depositũ n. 1. Synod. Pisan. Anno 1616. & 1625. Tit. 10. cap 5. §. ad Religionis An. 1650. & 1678. cap. 30 §. Moniales.

(*tt*) Sac. Congr in Recanat. 28. Augusti 1625. apud Nicol. in flosc. §. Dos n. 6.

(*uu*) D. Carol. Concil. Prov. 1. par. 3. tit. de Puellis; §. Præfecta, & tit de Puell. Sæcul. §. in Posterum.

(*xx*) D. Carol. d. Concil. 1. tit. de Puellis. §. de Puella Sac. Congr. in una Pistorien. 30. Junii 1620.

(*yy*) Sacr. Congr apud Pyrrh. Corrad. lib. 5 cap. 15. n. 20. Synod. Pisan Anno 1650 & 1678 in utraque cap. 30. de Monial. §. In recipiendis.

(*zz*) Sacr. Congr. apud Pyrrh. Corr. l cit. & in una Novarien 2 Julii 1610. in Neapolit 11. Decembr. 1648. & pr. Iulii 1610. S. Carol. Conc Med. pr. par. 3. tit. de puellis § dormient Visitat. Pisar. Antecess 1682 & anno 1690.

(*aaa*) Concil. Aquisgran. Anno 816. cap 22. Concil. Cameracen. sub Pio 4 Ann 1565. tit 18. cap. 13. vers neque nimium curiosè. D. Carol. Concil Med. 1. par. 3. Tit. de Puell. Sæcul §. Hujusmodi. Synod Pisan. Anno 1616. & 1625. tit 10. cap 5. in utraque §. Puellas. Edictum Pro Monial Urbis sub Innoc. XI. die 10. Novembris 1676. Decr. Visit. Archiep. Antecessoris de Anno 1682. & 1699.



centia pro recipendis Puellis in Educationem in illis Monasteriis, ubi ea erit, denegetur.


Semperque alimenta anticipata quolibet semestri Monasterio solvantur (*bbb*) in summa statuta à Venerabili Nostro Antecessore in Decretis Visitationis factæ anno 1682. quæ Decreta omnia confirmamus, & quibus non persolutis, Puellæ intra Clausuram retineri non possint sub pœnis Abbatissæ Nostro arbitrio in casu inobservantiæ declarandis.

(*bbb*) Sac. Congr. apud Pyrrh. Corrad. d. cap. 15. n. 20. vers. sexto.

Priorissæ tandem, vel cuicunque alteri Monasteriorum Præfectæ præcipimus, ut cumprimùm intellexerit, aliquam ex puellis in suo Monasterio educationis causa degentibus, desponsatam esse, eam una tantùm, vel ad summùm altera die in Monasterio esse permittat; prohibito tamen ad fores, & ad crates accessu; Quod si transacto hoc termino parentes, vel alij, ad quos puellam educere pertinebit, illam non educent, rem ad Nos deferant, ut opportunis remediis, ac pœnis, etiam si opus fuerit, Canonicis providere possimus. (*ccc*) Advocatos bonis moribus præditos pro causis in foro tuendis de nostra licentia habere permittimus; iique nisi Ecclesiastici sint, Gubernatoris, vel Protectoris nomine careant, nec in aliis Monialium negociis se immisceant. Quo ad medicos extraordinarios nullus admittatur, nisi de consensu Medici Ordinarii, in morbis tamen gravibus, & periculosis.


(*ccc*) Synod. Pisan. Anno 1619. & 1625. in utraq. Tit. 10. cap. 5. §. Abbatissa Anno 1650. & Anno 1678. in utraque cap. 30. de Monial. §. Priorissæ Sac. Congr. in Placent. 13. Januarii 1634. Cosent. 9. Novembr. 1635. & pluriès apud Nicol. in Floscul.

FINIS PARTIS I.



CON-





CONSTITUTIONUM SYNODALIUM

PARS SECUNDA.

De Foro Competenti.

CAPUT XXXIV.



Um pro tuendis, & comparandis humanæ vitæ bonis sæpiùs, quàm par esset, lites excitentur, & in iis dirimendis interdum Ecclesiasticus Judex, & Sæcularis diffideant, Synodalibus nostris constitutionibus hanc etiam de Foro Competenti, & de Judiciis partem inserere, & aliquanto latiùs pertractare, operæ pretium duximus, ad contentionum semina inter Judices, & judicia non legitima præcidenda.

In causis igitur omnibus ad Forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, atque ex Concilii Tridentini Decreto, coram Nobis, vel Nostro Generali Vicario in prima instantia cognoscendis, saltem intra biennium à die motæ litis terminandis, à præscripta Concilii formulâ non recedatur.

Ad forum autem Ecclesiasticum pertinere intelligantur causæ om-

omnes Clericorum, & Religiosarum personarum, quoties, & quomodolibet de illis agendum sit, Causæ quoque Decimarum, Matrimoniorum, hæresis, Simoniæ, Sacrilegii, Jurispatronatuum, & aliæ denique omnes, quæ de jure, vel legitima consuetudine pro Ecclesiasticis haberi solent.

In his singulis, nisi Nos facultatem procedendi concesserimus, processus coram quocumque Judice sæculari confecti, & sententiæ latæ robur nullum habeant, & in Ecclesiastico judicio, nec indicium quidem faciant.

Clerici, & Religiosi, neque uti Actores, neque uti Testes, neque alio quovis nomine, & modo, sæculari foro se se subjiciant, sine nostra in scriptis, post maturam causæ cognitionem impetrata licentia. Qui contra fecerit quinquaginta librarum pœna multabitur: majori etiam multa nostro arbitrio puniendus, nisi monitus ab incæpto destiterit. Acta vero confecta absque ea licentia, & processus fabricati ipso jure viribus careant.

In causis Dotis, Viduarum, Pupillorum, & miserabilium personarum, periurii, aliorumque omnium criminum, quæ mixti fori judicari solent, præventioni sit locus: adeò, ut punitus legitimè in Ecclesiastico foro, puniri nullo modo possit pro eodem crimine in Sæculari.

Quid agendum sit, quando Laicus cedit jura sua Clerico, vel contra.

CAPUT XXXV.

QUandò Laicus jura, actionesque suas contra alium Laicum Clerico cedit, vel alteri Ecclesiasticæ personæ, si id faciat post litem Sæculari coram Judice iam inchoatam, lis coram eodem terminetur, nec ullo cessionis prætextu avocetur à Judice Sæculari. Si verò antè inceptum judicium jura, actionesque concesserit, & justa aliqua causa cedendi subsit præsumptionem fraudis verisimiliter excludens, de qua legitimè constet, tunc causa avocari possit. Aliter autem facta cessio, uti fraudolenta, & dolosa nihil roboris habeat; Clericus, vel Religiosa persona illi consentiens quinque aureos pendat.

Quæ sanè Constitutio eodem modo, parique passu procedat, ubi Cle-

Clerici, & Religiosæ personæ ad forum Ecclesiasticum declinandum, jura, & actiones sibi competentes concessisse laicis deprehendentur.

Quid, quando Clericus à Laico nominatur.

CAPUT XXXVI.

Quid autem dicendum sit, si à reo Laico in sæculari judicio Clericus nominetur, placet distinctione procedere; aut enim nominatur Clericus, ut defensor, verbi gratia, in causa evictionis, & tunc à Foro Laici causa avocari non possit, sive in eo sit lis contestata, vel non; si uti dominus, ac possessor, cognitio semper, & quandocunque ad Judicem spectabit Ecclesiasticum, & causa à sæculari Judice avocabitur cum inhibitione in forma: Jura siquidem non permittunt, de rebus Clericorum Laicos judicare. Quòd si nominetur uti dominus tantùm, legitima apud alium possessione manente: nempe cùm Clericus est directus dominus; Laicus verò, Emphyteuta, vel Usufructuarius, & simpliciter agitur ad fructus percipiendos, tunc ei nominatio nullo modo profit, sed causa omnino coram Judice sæculari absolvatur.

De Causarum inhibitionibus.

CAPUT XXXVII.

Judex Ecclesiasticus, ubi primùm fuerit requisitus, causas quascumque Ecclesiasticas, & spirituales coram sæculari Judice quomodocunque inchoatas, in consueta forma inhibendo, ad forum Ecclesiasticum advocet.

Ne autem quid fraudis in hujusmodi avocationibus, & inhibitionibus committatur (multi enim, ut sæcularis judicii incæpti censuram devitent, & quas timent, sententias in longum protrahant, quæsito usurarum, aut alio simili colore, ad Ecclesiasticam confugiunt jurisdictionem) nunquam inhibeat Judex Ecclesiasticus, nisi prius adversam partem citaverit: & accepta summaria litis informatione vel per instrumenta, vel per testes, aut per alias conjecturas, etiam extrajudicialiter, viderit causam illam ad Eccle-

siasticam jurisdictionem pertinere. Interim tamen præceptum faciat de supersedendo.

Quomodo procedendum sit in Causis Ordinarijs.

CAPUT XXXVIII.

IN causis excedentibus summam septuaginta librarum, si quis jura sua contra aliquem experiri velit, libellum, seu summariam petitionem Notario præbeat. Hujus libelli exemplum mittatur postea ad partem cum citatione simul intra triduum ad videndam originalem petitionem, seù libellum, dicendum, & opponendum contra totum, &c. cum hac clausula per Actorem semper in libello apponenda, videlicet, Jurans, se dictam petitionem, seu libellum non porrexisse Curiæ animo calumniandi; cujus termini una dies pro primo, altera pro secundo, tertia pro tertio, & ultimo, ac peremptorio termino eidem parti præscripta esse intelligatur, quibus diebus transactis, ni reus per se, vel alium legitimè comparverit ad aliquid opponendum dictis tribus diebus, tunc, & eo casu post eorum lapsum habeatur lis pro legitimè contestata; & exinde alter communis terminus triginta dierum utilium ad probandum, deducendum, allegandum, & faciendum omne, & quicquid in probationum genere volunt, assignetur, ex causa ad quindecim dies prorogandus.

Ubi verò hic terminus præterierit, alter post processus publicationem valeat assignari, sed decem utilium dierum ad reprobandum testes, vel ad arguendam processus nullitatem prout de Jure, vel ad afferendum aliquid novi, quod post dicti communis termini lapsum contigerit, & merita motæ litis attingat. Tandem post illius temporis decursum, communis alius terminus quinque dierum utilium ad producendum Jura, & concludendum in causa constituatur. Et non obstante lapsu dicti termini, possit tam actor, quàm Reus producere Instrumenta, seu Jura usque ad Sententiam exclusivè.

De

De Causis Minoribus.

CAPUT XXXIX.

IN causis verò septuaginta librarum summam non excedentibus, per viam Monitorii, seu præcepti procedatur cum termino trium dierum ad satisfaciendum.

Si in termino Reus compareat, negetque Monitorium, seu præceptum, Actor sex dierum currentium terminum habeat ad probandum, quo tempore possit, si velit, articulos dare, testes, & instrumenta producere. Postmodùm Reo etiam alii sex dies competant ad dicendum contra jura producta, ad afferendum exceptiones, articulos, & testes, atque alia omnia, quæ ad rem facere existimaverit, producendum. Quòd si testes non in Civitate, sed extra illam fuerint in Diœcesi, poterit Judex dictum terminum arbitrio suo, pro locorum distantia, prorogare.

Deinde utrique parti sex dierum similium terminus detur ad probandum, & probatum habendum per omne probationis genus sub pœna repulsæ.

Transacto eo termino, acta sibi exhiberi jubeat Judex: illa autem cum effectu exhibere partes intra quatriduum teneantur. At Judex intra octo dies ab actorum receptione pronunciet, si possit, Monitorium aut confirmandum esse, aut infirmandum: partemque, ut sibi justum videbitur, condemnet, vel ab expensis absolvat.

Sed in causis longè minoribus, quæ scilicet non excedunt summam viginti librarum, poterit Judex summariè, simpliciter, ac de plano, sine strepitu, & figura Judicii procedere, & extrajudicialiter quoque, si sibi videbitur expedire; nec non executivè executionem committere super bonis contra debitorem, ita ut compellatur etiam per Judicem sæcularem usque ad totius summæ integram satisfactionem.

Inter summarias referantur, causæ mercedis, salarii diurni, medicinarum, ceræ pro funere datæ, annui canonis, annuæque præstationis, & id genus aliæ: in quibus summatim, sine strepitu, ac figura Judicii, quavis querela, & appellatione postposita, procedatur.

De cauſis executionem paratam habentibus.

CAPUT XL.

IN cauſis quoque Jurium paratam executionem habentium, per viam Monitorii, ſeu præcepti procedatur, & tres admittantur ſolùm exceptiones, ſolutionis ſcilicet, compenſationis, & nullitatis.

Et ſi prima, aut ſecunda à reo fuerit oppoſita, ſex tantùm dierum terminus ad eam probandam præfigatur: poterit tamen Judex eidem petenti quatuor etiam dierum addere dilationem, ſi ita faciendum exiſtimaverit.

His elapſis, habeat Actor, ſi poteſt, trium dierum terminum ad dicendum contra jura producta; ac demùm utrique parti terminus ad producendum, & allegandum Judicis arbitrio præſcribatur.

Poſt horum terminorum lapſum nulla pars audiatur; ſed Notarius, congrua mercede accepta, intra biduum acta Judici exhibeat, qui, ut ſupra, judicare teneatur.

Quòd ſi nullitatis exceptiones opponat Reus, nempe contractum eſſe uſurarium, aut ſimulatum, vel quid ſimile, duorum dierum terminum habeat, ad Iudicem ſummariè informandum de nullitate prætenſa, vel per illud ipſum inſtrumentum, ſeu alio quovis modo, per conjecturas, & ſigna, ex quibus ſi Iudex videat, aut conjiciat veriſimilem aliquam præſumptionem ſubeſſe, quòd à Reo oppoſita probari poſſint, Monitorium reſolvat, jubeatque procedi via ordinaria ad formulam cauſarum minorum, vel majorum jam præſcriptam, prout de majori, vel minori ſumma ſeptuaginta libris in inſtrumento agatur.

De Probationibus per Libros.

CAPUT XLI.

LIbris, quos Mercatores, & privatæ etiam perſonæ legaliter, ut ajunt, & legitimè tenent, quoſque Iudex (habita Librorum, perſonarum, ac Civitatis Piſanæ conſuetudinis ratione) ut tales

tales approbavit; plena, atque indubitata fides, etiam pro ipsomet scribente tam in Judicio, quàm extra Judicium habeatur. Hoc tamen casu termini serventur, & dilationes, prout in causis excedentibus summam septuaginta Librarum præscriptum est.

De Testibus, & Attestationibus.

CAPUT XLII.

UBi Testes in causis examinandi procul absint, & viginti circiter milliara distent, Judex, ne veritas delitescat, non obstante aliquo termino, qui eorum depositioni, aut causarum instantiæ sit præfixus, poterit dictum terminum itineris, & distantiæ ratione habita, prorogare.

Sed qui loci allegat longinquitatem, jurare compellatur, se eam calumniandi animo non allegare: & si contra constiterit, non solùm puniatur uti perjurus, sed etiam decem librarum multa piis locis applicanda plectatur.

Cùm autem aliquando Notarii, in recipiendis testium depositionibus, scribere tantummodo soleant: Juratus, &c. nulla facta mentione de juramento, ut dicitur, formiter præstito, nè per hanc simplicem assertionem relinquatur Judici dubitandi locus, an testes benè, legitimèque juraverint, præcipimus Notariis actuariis, qui in futurum testibus examinandis intererunt, & eorum dicta scriptis excipient, ut non contenti dicere: Juratus, &c. juramentum etiam interpositum extendant in forma, eujusque mentionem formiter apud acta faciant.

Posthac igitur per verbum Juratus, &c. Juramentum fuisse præstitum non probetur.

Notarius verò, qui aut sine Iuramento examen testium recipiet, aut illud apud acta formiter non extendet, aureum dependat, vel salarium illius causæ, & processus amittat.

Parti demum testium longinquorum testimonia habere cupienti, & propterea Remissoriam extra Civitatem, & Diœcesim Pisanam petenti, Iudex tum demum concedat, cùm semiplenè probatum esse videat illud, cujus causa, & prætextu facta est illa petitio. Aliter non concedat.

De

De Sequeſtro.

CAPUT XLIII.

QUoniam experientia compertum eſt, aliquando ad inſtantiam Creditorum fieri Sequeſtrum contra bona ſuorum Debitorum, & per annum, & ultra nullis factis juſtificationibus, & probationibus, Debitores, & bona eorum defatigari; Ideo hac præſenti noſtra Conſtitutione ſancimus, Creditores infra triginta dies utiles à die relati Sequeſtri in Actis Curiæ Archiepiſcopalis teneri ad juſtificandum de ſuo credito, aliàs, dicto termino tranſacto, Sequeſtrum habeatur pro nullo, & invalido, ac ſi factum non fuiſſet.

De Sententia, & Re Judicata.

CAPUT XLIV.

NOn eſt ferendus abuſus, & prava quorundam Judicum conſuetudo, qui litium brevitati parùm proſpicientes, contra Canonum, ſacrarumque legum diſpoſitionem, ſententias abſque ulla cauſa ferunt prout in cedula, eaſque publicare, atque aperire parvipendunt. Idcirco Judex Ordinarius, qui aliis exemplo eſſe debet, ſemper à principio ſententias publicet, nec unquam prout in cedula ferat. Si aliter aliquando fiat, Notarium, qui de ſententia recipienda rogatus erit, duorum aureorum pœnæ eò ipſo incurrendæ, obnoxium declaramus.

Delegati autem Judices, qui ſententiam, prout in cedula, protulerint (quod ex ſola cauſa urgenti fiat cedulam intra quindecim dies aperiant, publicentque. Secus omnis illa delegata juriſdictio expiraſſe intelligatur, atque ipſi ſportulas amittant, quas ſi Actuarius illis tradet, ſuo periculo tradet.

Quando eligendi ſint Aſſeſſores, de quorum conſilio ſententiæ proferantur, eò quòd ſuſpecti ſint Judices, & ſuſpicionis cauſæ legitimè probentur, iidem Judices ſub pœna ſuſpenſionis à Juriſdictione, Aſſeſſoribus, ſeu Conſultoribus terminum ad conſilium, &, ut dicitur, ad rapportum mittendum, in cauſis quidem brevioribus,

ribus unius mensis, in longioribus autem, & majoribus duorum mensium, à die transmissi processus præfigant.

Quod sanè tempus [si Judices ita censuerint expedire] semel tantùm valeat prorogari in minoribus ad mensem, in majoribus verò causis ad duos menses. Assessoribus intra statutum tempus votum suum non proferentibus, in eorum locum alii deligantur; illi autem acceptas sportulas restituant, aut ab Ordinario restituere compellantur.

Heredes Notarii cujuscumque à Iudice delegati, intra mensem à die illius mortis, re ipsa tradant, consignentque Curiæ Archiepiscopali ad perpetuam rerum memoriam ibidem mansura acta omnia judicialia Ecclesiastica, nec non citationes, commissiones, mandata, præcepta, inhibitiones, sequestra, censuras, ac demum omnia, quæ ad causam pertinent. Et hoc idem curet executioni mandari Vicarius Generalis, qui erit pro tempore, iis tamen exceptis, quæ ex lege Archivii Florentini illuc transmittenda erunt.

De Appellationibus.

CAPUT XLV.

SI quis appellare velit, dies decem currentes juxta sacrorum Canonum decreta, post latæ sententiæ notificationem, ad provocandum habeat. Appellatione autem interposita, vel ad Apostolicā Sedem, vel ad ejusdem Sanctæ Sedis Nuncium apud Regiam Celsitudinē Serenissimi Magni Hetruriæ Ducis, Iudex duorum mensiū terminum in primo casu; in secundò verò unius mensis appellanti præfiniat, ad prosequendam appellationem admissam, vel non admissam, & fidem de causæ commissione faciendam, ac de rescripti præsentatione Iudici facta, dummodò, quando non est admissa, per dictum tempus non intelligatur suspensa executio sententiæ, à qua appellatur, sed tantùm assignatum tempus, quò ad effectum devolutivum, non suspensivum. Quæ si ab appellante intra illud tempus non præsententur, appellatio eo ipso deserta, & sententia in rem judicatam transisse censeatur.

Ne verò partibus adimatur occasio concordandi, pendente inter litigatores compromisso, tempora tam primæ instantiæ, quàm appellationis minimè currant.

Supradicta autem omnia, & singula, etiam quò ad terminos, & di-

& dilationes, quæ in caufis ordinariis, & coram Ordinario ventilandis perpetuò funt obfervanda, ferventur quoque omnibus in caufis, quocunque modo, etiam à Sede Apoftolica delegatis. Qui verò voluerit in aliqua caufa Ordinaria procedere cum Voto Affefforis, id petat intra decem dies currentes à termino ad producendum elapfo, quibus tranfactis, liberum fit Ordinario id concedere, vel negare, non obftante qualibet jufta petitionis caufa.

De Notariis, & Actuariis, Procuratoribus, & Scribis.

CAPUT XLVI.

IN Curia Archiepifcopali nemo ad exercendum Notarii, vel Procuratoriis officium admittatur, vel ad proceffus tranfcribendos, nifi à Vicario Noftro Generali examinatus, atque approbatus, fuæ approbationis teftimonium habeat, ejufdem Vicarii manu fubfcriptum, à quo non approbetur, quamvis aliàs fit idoneus, nifi fit Doctor, aut publicus Notarius Florentinus. Si quis verò fine approbatione, & teftimonio præfata attentaverit, quatuor folvat aureos, & duos Actuarius, qui ab eo acta receperit, fine quo fi quis præfata attentaverit, pœna arbitraria punietur.

Miferabilium perfonarum Notarii, è facculo juxta morem extracti, diligenter eas defendant, ubi requirentur. Quæ autem habendæ fint, & dicendæ miferabiles perfonæ, ad Nos, five ad Noftrum Generalem Vicarium declarare pertineat, cùm opus fuerit.

Ad caufas in eadem Curia agitandas nullus Procurator admittatur, nifi ab initio, vel faltem in fecundo termino, quo in judicio comparet, parte etiam non petente, legitimum procurationis fuæ mandatum producat.

Curiæ Archiepifcopalis Notarii omnia, & fingula inftrumenta, documenta, & quafcunque publicas, privatafque fcripturas in Iudicium productas [non tamen proceffus, five acta publica judiciaria, judicialiter coram eodem, vel alio quovis Iudice fabricata] in actis Curiæ referant, & apud ea, ut dicitur, regiftrent, poft debitam perceptam mercedem: ut completo proceffu, omnia tradantur Iudici, & partes fuis fumptibus quarumcunque rerum exempla confequi valeant.

Scrip-

Scripturas originales nemini commodent, sed jugiter apud se habeant. Productas, & exhibitas animo rehabendi, tunc demum parti producenti restituant, cùm eas in actis Curiæ retulerint, & registraverint. Notarius, quoties contra hæc faciet, toties aureo multabitur.

Scripturæ exhibitio non admittatur, quin semper in ea exhibentis nomen, & dies exhibitionis ab actuario apponatur. Quoties verò secus quemquam fecisse contigerit, is toties vigintiquinque librarum pœnam dependat.

In causis minoribus summam septuaginta librarum non excedentibus, & in executivis per simplicis præcepti viam procedi possit. Nec opus sit instrumenta, & jura hujusmodi in acta Curiæ referre, dummodò Iudici ipsa originalia ostendantur.

Nè autem contingat, litigatores de mandatis, monitis, citationibus, atque intimationibus aliquando hæsitare, quilibet Archiepiscopalis Curiæ Notarius proprium librum, seu filzam habeat continentem omnia monitoria, citationes, intimationes, atque alia hujusmodi acta in causis, quarum ipse fuerit Actuarius.

Nuncius Curiæ, postquàm partes monuerit, citaverit, & intimaverit, Causæ Notario apud acta referat quicquid executioni demandavit. Nuncii autem relatio statim in eum librum, seu filzam propè originalia ab eodem referatur. Si quis verò Notarius, sive Nuncius hæc fideliter non adimpleverit, per mensem integrum ab officio sit suspensus, & Iudicis arbitrio etiam graviùs puniatur.

In causis ordinariis, quas unus ejusdem Curiæ Notarius inchoaverit, nemo alius scribat, aut acta conficiat: sed qui eas incæpit, ille ipse prosequatur, & ad finem perducat: neque recusari possit uti suspectus, causa, quæ supervenisse allegabitur, à Iudice approbetur.

Ad evitandas autem, ut in Foro præsertim Ecclesiastico decet, non modò fraudes, sed & fraudum suspiciones, quæ non minùs contra Notarios, quàm contra Iudices persæpè oriuntur, Notarii, sive in prima instantia coram Iudice Ordinario, sive in secunda, aliisve ulterioribus coram quocunque Iudice Delegato, Procuratoris officium non exerceant in causa, in qua eorum consanguineus usque ad secundùm gradum, aut eorum Contubernalis sit Actuarius, neque è converso; accidit enim aliàs non sine scandalo, &

lo, & suspicione, ut filius esset Actuarius causæ, in qua Pater Procuratoris officio fungebatur.

Quoties in præfatis deliquerint, toties delinquentes aureorum decem pœnam incurrant: ad quam Iudices teneantur, qui id permiserint, si forte Notarii non sint solvendo.

Beneficiorum resignationes, collationes, institutiones, & possessiones: bonorum præterea immobilium Archiepiscopatus nostri infeudationes, decretorumque interpositiones non conficiantur, nec de iis Notarii, aut Procuratores Fiscales Curiæ Archiepiscopalis rogentur, nisi prævia nostra, aut Vicarii Nostri Generalis licentia. Scripturæ aliter confectæ in eadem Curia fidem non faciant.

Notarii autem, sub pœna privationis ad mensem emolumentorum officii, intra quindecim dies à die rogatus computandos, vel cùm primùm Vicario Generali, aut Agentibus Archiepiscopalibus collibuerit, in librum Archiepiscopatus ad hæc peculiariter deputandum referant omnes, singulosque contractus de hujusmodi resignationibus, collationibus, provisionibus, institutionibus, & possessionibus, necnon de infeudationibus, ac decretorum interpositionibus supradictis confectos, & de quibus ipsi rogati sint. Emphyteoticos autem, feudales, & permutationum contractus ad Nos pertinentes, quos à die nostræ electionis rogati conscripserunt, nec hucusque tamen in eum librum retulerunt, iidem Notarii hinc ad sex menses, quos verò ante eamdem electionem confecere, hinc ad annum dicto in libro describant, & publicent; officio privandi ad mensem, si secùs egerint; æquum est enim, ut ad perpetuam rei memoriam conspici, & legi valeant.

Instrumenta ea in libro, ut supra descripta, partibus requirentibus, & penes se habere volentibus, solus Notarius, qui de illis rogatus est, publicet, ac tradat; ne alieni laboris, seminisque fructum quispiam metat. Quòd si is vita excesserit, ille demum publicet, cui à Vicario Generali ea provincia demandabitur.

Quæ autem pro singulis actis debeatur merces, Tabella nova præscribat, in publico, & conspicuo Curiæ loco, ut legi possit ab omnibus, apponenda.

Cancellariis, & Subcancellariis nostræ Curiæ Archiepiscopalis prohibemus munere Procuratoris fungi in eadem Curia.

Quoniam verò sæpè contingit, ut deficientibus Notariis, Parochi Testamenta, aut alias ultimas voluntates excipiant, scriptoq; man-

mandent, præcipimus, ut post quindecim completos dies à morte Testatoris deferant hujusmodi Testamenta, & ultimas voluntates exceptas ad Curiam Nostram Archiepiscopalem, ut confirmentur, aut transmittantur ad quemcumque alium Judicem competentem, sub pœna vigintiquinque librarum.

De Deposito.

CAPUT XLVII.

DEposita in tempore facta ad caducitatem vitandam, si integra fuerint, pro plena satisfactione, & solutione habeantur. Debebunt illa tamen creditori intimari, si præsens fuerit, poteritque inveniri: sin minùs, intimatio ad domum ejus solitæ habitationis mittatur, aut ad illius valvas Ecclesiæ affigatur, cujus causa Canones, vel locationes eidem creditori sunt persolvendi. Hoc enim tantùm modo, neque aliter conductor liberetur à mora. Cùm autem creditor à Depositario exigere talia deposita velit, citare deponentem non teneatur, sed sola Apodixa sufficiat, à Causæ Notario ad Depositarium dirigenda.

Ad moræ purgationem, nisi fiat intra quadraginta quinque dies à declaratione facta, prout hactenus observatum est ex antiquissima consuetudine, nemo admittatur.

Pignora, quæ in executionibus peragendis capientur, apud Depositarium à Nobis eligendum deponantur, & Nuncii, hoc non observantes, mercedem amittant, & pœna etiam arbitraria puniantur.

Depositarius hæc ipsa pignora diligenter custodiat, atque omnia de jure servanda servet, pro eorundem conservatione, & securitate, atque Curiæ Ecclesiasticæ Juribus. Qui propterea in hujus officii susceptione cautionem præstet idoneam; atque hanc ipsam singulis annis renovare teneatur.

De Commodato.

CAPUT XLVIII.

COmmodatarius, si res sacras Ecclesiæ sibi commodatas amiserit, de levissima etiam culpa teneatur.

Ecclesiarum Rectores, qui Vasa, Vestes, Cruces, aliave sacra Ecclesiarum supellectilia commodaverint, aut pignori dederint, ad ea statim redimenda, vel per fructum subtractionem, vel per excommunicationem compellantur.

Creditores autem, qui sine nostro permissu illa pignoris loco acceperint; & si aliter sibi non satisfiat, ad ea nihilominus restituenda Ecclesiasticis pœnis, censurisque cogantur. Idemque de commodatariis statutum censeatur.

Da Locato, & Conducto.

CAPUT XLIX.

DOmus ad Ecclesias, beneficiaque Ecclesiastica, aut ad Religiosa quævis loca pertinentes, Judæis pro exercendis usuris, aut publicis Meretricibus, Mulieribusque inhonestè viventibus, ne locentur; Locantes vigintiquinque librarum multam persolvant: nisi fortè huiusmodi domus in lupanari sint sitæ, aut alio in loco, ubi solæ Meretrices consueverint habitare.

Domum, quam dicunt Canonicalem, nobis inconsultis, nemo locare audeat: qui autem locaverit, annuæ locationis amittat pretium, quamvis autem Ecclesiasticæ personæ Laicorum statutis non subiiciantur; attamen, ne qui aliis omnibus mitiores esse debent, severiores, quàm Laici videantur, decernitur, ut in futurum ab Ecclesiasticis Locatoribus, sive Patrimonium, sive Ecclesiastica bona oblocaverint, vetationes conductoribus eo modo fiant, quo communiter ab aliis fieri solent, in Foro tamen nostro.

De Diebus Utilibus.

CAPUT L.

CUm sæpè in his Synodalibus Nostris Constitutionibus nominentur dies, tum utiles, tum currentes, ne dubitandi locus relinquatur: declaramus, utiles esse dies, in quibus Jus redditur: currentes verò, in quibus ratione feriarum jus non redditur, & Curia silet. Ubi autē simplex dierum fit mentio, de currentibus intelligitur.

Utilium dierum, ac terminorum ad causas pertinentium causæ ipsius

ipsius Notarius sit calculator, ipsosque diligenter computet, Judicis arbitrio puniendus, si in hoc deliquerit.

De Multarum addictione, sive applicatione.

CAPUT LI.

SIcut impunitate Reorum peccandi crescit licentia, ita pœnarum metu frenum iniicitur: & qui amore virtutis culpa non abstinent, pœnæ saltem formidine coercentur. Hanc igitur ob causam ad tollendos abusus, omnesque in officio continendos, ne Synodales hæ Nostræ Constitutiones irritæ forent, pœnas transgressoribus imposuimus; ubi verò pro illarum observantia nulla adiecta est pœna, eam Nostro arbitrio imponendam pro qualitate personarum, & criminum reservamus.

Pecuniariæ autem pœnæ in usus tantum pios arbitrio Nostro erogabuntur. Nos enim ipsi in Festo Sancti Stephani Protomartyris, post Christi Domini Nostri Natalem diem, vocatis duobus de Capitulo, qui distributioni faciendæ intersint, illas, prout in Domino videbitur, distribuemus.

Interim apud Nostræ Curiæ Archiepiscopali Depositarium deponantur, qui, laboris sui mercede accepta, has omnes pecunias, multarum nomine apud se depositas, in libro peculiari fideliter describat, & usque in diem distributionis asservet.

De Antiquarum Constitutionum Derogatione.

CAPUT LII.

NE Jus, quod omnibus clarè innotescere debet, in incerto, & ambiguo relinquatur, præsenti decreto statuimus, antiquas Constitutiones, stylos, & consuetudines, qua parte præsentibus Constitutionibus adversantur, à die publicationis earundem censeri sublatas, prout nunc illæ tolluntur, atque omni robore spolientur.

Præsentes verò in posterum omnes ligent, nec cuiquam liceat contra illarum præscripta quicquam moliri post mensem à die, qua de earum publicatione, & confirmatione publicnm Instrumentum

per

per Notarium Curiæ Archiepiſcopalis confectum fuerit, ſub pœna nullitatis reſpectu Actoris contravenientis.

Illarum Autographum apud nos maneat, exempla tamen facilè concedentur, ſi quis ea petierit, antequam imprimantur.

Si quando contingat, de harum Conſtitutionum ſenſu, & germano intellectu dubitari, declaratio ad Nos, vel ad Noſtrum Generalem Vicarium pertineat. Aliàs interpretatio non admittatur.

Quòd ſi aliqua in parte Summorum Pontificum Extravagantibus Conſtitutionibus adverſari hæ Noſtræ videbuntur; niſi juridica interpretatione ab illis verè dirigantur, has Noſtras omnino ſilere debere profitemur, & S. R. Eccleſiæ Doctrinâ, ac poteſtatê venerari.

In caſibus autem, quos Noſtræ Conſtitutiones non attigerunt, quique ſine proviſione fuerunt præteriti, ſervetur in Archiepiſcopali Curia Jus commune Pontificium, & in ſubſidium Jus Civile Romanum, illud nempe, quod commune appellatur; non autem [illegible] ſtatutis municipalibus alicujus Oppidi, vel Civitatis Decretum ſit, niſi fortè Clericus iiſdem ſtatutis in ſui favorem, prout de Jure, uti velit.

De Judicibus Synodalibus.

CAPUT LIII.

UT Cauſæ in partibus à Sede Apoſtolica, vel ab ejus Legatis, & Nunciis delegandæ, Judicibus idoneis committantur, decrevit S. Concilium Tridentinum, ut in Diœceſana Synodo viri aliquot inſignes, qui vel Canonici Cathedralium, vel in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti, & ad id alioquin apti eſſent, deligerentur. Quemadmodum igitur hæc utiliter inſtituta ſunt, ita & diligenter per Nos executioni mandari debent.

Nomina eorum, qui electi fuerunt, ſunt.

Reverendiſſimus Dominus Abbas Antonius Franciſcus Palmerini J. U. D. Archipreſbyter, Protonotarius Apoſtolicus, & Vicarius Generalis.

Dominus Hyacinthus del Roſſo Canonicus J. U. D.

Domi-

Dominus Joannes Felix de Lorenzanis Canonicus J. U. D.
Dominus Franciscus de Perellis Canonicus Pœnitentiarius J. U. D.
Dominus Petrus de Armano Canonicus Præb. Theol. J. U. D.
Dominus Jacobus Joseph de Angelis Canonicus J. U. D.
Dominus Joseph de Martinis Canonicus J. U. D.
Dominus Joseph del Rosso Canonicus J. U. D.
Dominus Cammillus de Curiis Canonicus J. U. D.
Dominus Marcus Antonius de Casaperis Canonicus J. U. D.
Dominus Joseph de Palmeriis Canonicus I. V. D.
Dominus Nicolaus Lisci Canonicus I. V. & Sac. Theol. D.
Reverendissimus Dominus Cajetanus Macchiavelli Conventualis D. Stephani Prior.
Dominus Angelus de Franceschis I. V. D. Protonot. Apostolicus, Præpositus Insignis Collegiatæ Liburni.
Adm. Rev. D. Abbas pro tempore Canonicorum Regularium S. Michaelis extra Vrbem usque ad aliam Synodum cum Voto Assessoris.
Adm. Rev. D. Abbas pro tempore S. Michaelis in Burgo usque ad aliam Synodum cum Voto Assessoris.

De Examinatoribus.

CAPUT LIV.

AD Ordines Ecclesiasticos, & Beneficia præsertim Parochialia, atque animarum curæ annexa promoveri non debent, nisi qui doctrina sufficienter instructi prælucere aliis possint: ob idque Iure optimo Examinatores sunt instituti, qui promovendos examinent, admittantque idoneos, & indignos reiiciant; valdè enim incongruum esset, si insipientes, & scientiæ lumine destituti ad aliorum ignorantiæ tenebras illustrandas eligerentur. Munus ergo suum diligenter impleant Examinatores: & in approbandis, sive reprobandis examinatis, rectè procedant, omni humano affectu remoto: in hoc enim illorum conscientiam omni graviori modo, quo possumus, oneramus.

Examinatores autem ad præfati Concilii Tridentini præscriptum in hac Synodo propositi, electi, & consensu unanimi approbati sunt.

Reve-

Reverendissimus Dominus Abbas Antonius Franciscus Palmerini I. V. D. Archypresbyter, Protonotarius Apostolicus, & Vicarius Generalis.
Dominus Hyacinthus del Rosso Canonicus I. V. D.
Dominus Joannes Felix de Lorenzanis Canonicus I. V. D.
Dominus Franciscus de Perellis Canonicus Pœnitentiarius I. V. D.
Dominus Petrus de Armano Canonicus Preb. Theol. I. V. D.
Dominus Iacobus Iosepb de Angelis Canonicus I. V. D.
Dominus Iosepb de Martinis Canonicus I. V. D.
Dominus Iosepb del Rosso Canonicus I. V. D.
Dominus Cammillus de Curinis Canonicus I. V. D.
Dominus Marcus Antonius de Casapieris Canonicus I. V. D.
Dominus Iosepb de Palmeris Canonicus I. V. D.
Dominus Nicolaus Lisci Canonicus Sac. Theol. I. V. D.
Dominus Clemens Maria Frosini I. V. D. Canonicus Coadiutor Preb. Theol.
Dominus Angelus de Franceschis I. V. D. Protonotarius Apostolicus, & & Prepositus Insignis Collegiatæ Liburni.
Ven. D. Thomas Tavola I. V. D. Caremoniarum Magister, & Prior S. Xysti.
Adm. Rev. D. Laurentius Brunaccius Almi Collegii Ferdinandi Rector.
Adm. Rev. D. Iulius Cæsar Philippini Rector Collegii Ducalis Sapientiæ.
Adm. Rev. P. Magister Iacobus Serra Inquisitor Generalis.
Adm. Rev. P. Bruno Bona Prior Carthusiæ, & Abbas Gorgonæ.
P. Magister Carolus de Guccis Ord. Prædicat. Sac. Theol. Doct. & Lector.
P. Magister Franciscus Orlendius Ord. Prædicat. Sac. Theol. Lector.
P. Albertus de Cecchis Ord. Prædicat. Lector.
P. D. Guidus Grandius Monachus Camaldulensis Lector.
P. Magister Petrus Antonius de Rossis Ord. Serv. Exgeneralis, Lector.
P. Magister Aloysius Maria Garbi Ord. Serv. Lector.
P. Magister Sebastianus Toguini Ord. Servorum.
P. Magister Ioannes Stephanus de Bambagiaris Provincialis Ord. Carmel.
P. Magister Io. Baptista de Mengonis ejusdem Ordinis.
P. Magister Franciscus Maria de Albertis ejusdem Ordinis.
P. Magister Io. Maria de Ferrinis ejusdem Ordinis.
P. Magister Io. Laurentius Catani Ord. S. Augustini.
P. Magister Io. Vincentius Martellinius Ord. Min. Convent. S. Francisci.
P. Franciscus Meslier Doctor Sorbonicus Ord. Min. Observantiæ S. Franc.
P. Io. Maria Morazzani Congr. S. Pauli Barnabit. Visit. Generalis.
P. Franciscus Suygo Ejusdem Congreg. Præpositus Colleg. S. Frigdiani.

P. Ma-

P. Magister Paulus Fullons Ord. Min. S. Francisci de Paula.
P. Magister Petrus Ambarachius Damascenus Oblatus S. Antonii.

De Testibus Synodalibus.

CAPUT XLV.

VEtus, & Laudabilis consuetudo, sacris inducta Decretis, ut in Diœcesana Synodo viri aliquot vita, & moribus graves, nec non pietate, & Clericali disciplinæ zelo conspicui Testium, Synodalium nomine eligantur, quibus curæ sit, diligenter inquirere [sine ulla tamen jurisdictione] si quid morum corruptelis depravatum, emendatione, & reformatione indigeat: & quicquid animadverterint non rectè fieri, vel negligenter omitti, etiam à Curatoribus Animarum in eorum officio, ad Archiepiscopum deferant, seu ad futuram Synodum: ut malè collapsa opportunis subsidiis instaurentur.

Ergo ad tam pium, & pro humanæ fragilitate naturæ, tam necessarium munus exercendum, in præsenti Synodo electi sunt, votisque omnium approbati.

Dominus *Philippus Gaetanus Archidiaconus.*
Dominus *Michael de Marraccis Decanus.*
Dominus *Leonardus de Ghettinis Canonicus.*
Dominus *Stephanus de Morandinis Canonicus.*
Dominus *Io. Baptista de Frosinis Canonicus.*
Dominus *Petrus Paulus de Petrolinis Canonicus.*
Dominus *Franciscus Alexander de Gallettis Canon. & Proton. Apost.*
Dominus *Raynerius de Pettininis Canonicus.*
Dominus *Silvius de Nomis Canonicus.*
Dominus *Angelus Ottavius de Abranis Canonicus.*
Dominus *Paulus de Salvettis Canonicus.*
Dominus *Eques Iulius de Grassolinis Canonicus.*
Dominus *Io. Baptista de Poggesis Canonicus.*
Dominus *Flaminius de Upezzinghis Canonicus.*
Dominus *Ioseph de Roffermimis Canonicus.*
Dominus *Franciscus Raynerius de Lanfreduccis Canonicus.*
Dominus *Simon de Angelo Canonicus.*
Dominus *Angelus de Franceschis I. V. D. Protonot. Apost. & Insignis* Col-

Collegiatæ Liburni Præpositus.
Rev. D. *Cosmus de Banis Canonicus dictæ Collegiatæ, & Protonotarius Apostolicus.*
Rev. D. *Io. Dominicus Pagli Canonicus dictæ Collegiatæ.*
Rev. D. *Iacobus Lavagna Canonicus dictæ Collegiatæ.*
Rev. D. *Io. Franciscus de Vernaccinis Canonicus dictæ Collegiatæ.*
Rev. D. *Alexander de Benvenutis Canonicus dictæ Collegiatæ S. T. D. & Lector Theologalis.*
Ven. D *Thomas Tavola Prior S. Xysti Pisarum* J. *U. D.*
Ven. D. *Oliverius de Guidis Vicarius S. Zenonis.*
Ven. D. *Dominicus de Scipionis Prior S. Iacobi de Orticaja.*
Ven D. *Franciscus de Simonellis Præpositus Pontis Eræ, S. T.* D.
Ven. D *Augustinus Guerrazzi Plebanus SS. Hippol. & Cass. de S. Cassiano.*
Ven. Presb. *Horatius Maria de Simis Plebanus Avanæ.*
Ven. Presb. *Dominicus Chiostra Plebanus Calci.*
Ven. Presb. *Tyberius Cosci Plebanus Blentinæ.*
Ven. Presb. *Marcus de Cionis Plebanus Vici Pisani.*
Ven. Presb. *Guidus Ioseph de Seravallinis Plebanus Filectuli.*
Ven. Presb. *Ioannes de Donatis Plebanus Cascinæ.*
Ven. Presb. *Cæsar de Toninis Plebanus Buti.*
Ven. Presb. *Ioseph de Blasinis Plebanus Rosignani, &*
Ven. Presb. *Io de Manfredis Plebanus Massaciucoli.*

Qui ultra præfata, etiam accuratè investigent, & Nobis maturè significent, an serventur ea, quæ ad Dei Gloriam in eadem Synodo sunt constituta.

De Pœnitentiariis.

CAPUT LVI.

QUemadmodum antiquus ille hostis humani generis odio in nos implacabili, atque invidia furens, die, noctuque conatur pecatorum laqueis implicare, quos in æternam cupit pertrahere damnationem, ita etiam necesse est parata semper auxilia exhibere, ad Pœnitentium Conscientias exolvendas. Ut igitur animarum periculo in rebus gravioribus citiùs succuratur, in hac Nostra Primatiali Ecclesia electi sunt, & Synodali consensu approbati Pœnitentiarii.

Domi-

Dominus Franciscus de Perellis *I. V.* D. *Canonicus Pœnitentiarius.*
Reverendissimus Dominus *Abbas Antonius Franciscus* Palmerini *I. V.* D. *Archipresbyter* Protonotarius *Apostolicus, & Vicarius Generalis.*
Dominus *Hyacinthus del Rosso Canonicus* J. U. D.
Dominus Jo. *Felix de Lorenzanis Canonicus* J. U. D.
Dominus Petrus *de Armano Canonicus* J. U. D.
Dominus Jacobus *de Angelis Canonicus* J. U. D.
Dominus Joseph *del Rosso Canonicus* J. U. D.
Dominus Joseph *de Martinis Canonicus* J. U. D.
Dominus *Cammillus de Cursiis Canonicus* J. U. D.
Ven. D. *Io. Baptista de Evangelistis Chori Magister.*
Ven. D. *Matthaus de Pampanis S.T.D. & Capellanus.*
Ven. D. *Joseph de Jordanis Capellanus.*
Ven. D. *Thomas Tavola* J. U. D. *& Capellanus.*

Quibus facultatem absolvendi à Casibus Nobis reservatis concedimus, volumusque, præfatos Chori servitio plenè satisfacere, ac si præsentes essent, quo tempore in Ecclesia Confessionibus audiendis fuerint occupati.

Deputati pro Doctrina Christiana.

CAPUT LVII

Dominus Joseph de Martinis J. *U. D. & Canonicus.*
Dominus Joseph *de Palmeriis I. V. D. & Canonicus.*
Dominus Nicolaus Lisci Sac. Theol. I. V. D. & Canonicus.

De Deputatis super Seminario.

CAPUT LVIII.

Reverendissimus Dominus Abbas Antonius Franciscus Palmerini I. V. D. Archipresbyter, Protonotarius Apostolicus, & Vicarius Generalis.
Dominus Philippus Gaetani Archidiaconus.
Dominus Iacobus Ioseph de Angelis I. V. D. & Canonicus.
Dominus Cammillus de Cursiis J. *U. D. & Canonicus.*

Alii electi secundũ formã Conc. Trid. sess. 23. c. 18. de Reform.
Reverendiss. Dom. Abbas Antonius Franciscus Palmerini J. U. D. Archipresbyter, Protonot. Apostol. & Vicarius Generalis, electus à Capitulo.

Dominus Ioseph del Rosso I. V. D. & Canonicus, electus ab Illustriss. & Reverendiss. Domino Archiepiscopo.

Ven. D. Io. Baptista Evangelisti Chori Magister, electus ab Illustriss. & Reverendiss. Domino Archiepiscopo.

Ven. Presb. Petrus Julianus Pardini Capellanus, electus à Clero.

Camerarius.

Ven. Presb. Simon Andreas Venturi Capellanus.

Promotor Synodi.

Reverendissimus Dominus Abbas Antonius Franciscus Palmerini I. V. D. Protonotarius Apostolicus, Archipresbyter, & Vicarius Generalis.

FINIS PARTIS II.

Supralscripta Constitutiones, ac Synodalia Decreta coram Illustriss. ac Reverendiss. Domino, Domino Francisco Frosini Patritio Pistoriense Sacri Romani Imperii Comite, miseratione Divina Pisarum Archiepiscopo Insularum Corsicæ, & Sardiniæ Primate, & in eisdem Legato Nato per me Cancellarium Infrascriptum universo Civitatis, & Diœcesis Pisanæ Clero, servatis de more servandis, legitimè Congregato alta, & intelligibili voce perlecta ab eodem, nemine discrepante, recepta solitisque acclamationibus per verbum placet approbata, & publicata fuerunt in Sessionibus Synodalibus habitis in Ecclesia Primatiali Pisana, anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Cristi millesimo septingentesimo septimo, stylo Florentino, & 1708. more Pisano, Inditione decima quinta, diebus verò sexta, septima, & octava Julii, Pontificatus autem SS. In Cristo Patris, & Domini, Domini Nostri Clementis Divina Providentia Papæ Undecimi anno septimo, & Serenissimo Cosmo Tertio Magno Hetruriæ Duce Sexto Feliciter Imperante, præsentibus ibidem, & audientibus Adm. Rev. D. D. Antonio Dominico de Martinis, & Thoma Tavola I V. D. dictæ Ecclesiæ Primatialis Capellanis, & Cæremoniarum Magistris, nec non Adm. Rev D. Joanne Francisco Aloysio de Pacionis Sacerdote Pistoriense à Secretis D. D. Illustrissima, & Reverendissima, & Iosepho Maria de Tellinis Caudatario, aliisque quàm plurimis testibus. In quorum &c.

Ego Alexander de Salvectis I. V. D. Cancell. Gener. Archiepisc. & præsentis Synodi Notarius de præmissis omnibus, & singulis rogatus ea in acta publica redegi, & propria manu subscripsi.

ADDITIONES
AD
SYNODUM.

ADDITIONUM

PARS PRIMA

CONTINENS

Excommunicationes, & Suſpenſiones, quæ in Synodalibus Conſtitutionibus continentur,

Et Adnotationes ad unumquemque ex Caſibus Reſervatis, eorumque declaratio circa ea, quæ frequentiùs contingunt.



Um Eccleſiaſticæ Cenſuræ ad hunc ſalutarem finem intendant, ut vel nos emendemus, vel cohibeamus à culpis, & ſic æternam vitam poſt hujus curſum conſequamur. *Cap. ſed illud Diſt.* 45. *Cap. qui peccat* §. *Petilianus can.* 23. *q.* 4. *Cap. Notandum* §. *Unde can.* 24. *q.* 3. & ob id à D. Auguſtino *in cap. Multa corriguntur* §. *Nos verò can.* 2. *q.* 1. & ab Innoc. IV. *in cap.* 1. *de ſent. Excom. in 6.* dicatur Excommunicatio medicinalis, non mortalis, quia non eſt ad damnationem, ſed ad medelã, non ad mortem, ſed ad vitam; Idcircò ne Cenſuræ huc illuc in Synodalibus Conſtitutionibus ſparſæ è memoria fortaſſe dilabantur, ſed ut omnibus illicò, & ſine labore occurrentes ſanctiſſimæ Eccleſiæ menti faciliùs obſequamur, in unum, qui ſequitur, Cathalogum colligere cenſuimus.

EXCOMMUNICATIONES.

1. Contra eos, qui verba Sacræ Scripturæ ad obſcœna, & impias ſuperſtitiones, diabolicas incantationes, divinationes, & libellos famoſos detorquent. *Par.* 1. *cap.* 1. §. *Tandem.*
2. Contra eos, qui Judæorum opera ad ſortes divinatorias, vel rem magicam, aut actionem quamcumque ſuperſtitioſam, ſeu ad maleficia, & veneficia conficienda, vel diſſolvenda utuntur. *Par.* 1. *cap.* 6. §. *Tandem.*
3. Contra eos, qui conſtituunt ad Sanctam Concilii mentem eluden-

dendam simulata, & ficta Patrimonia. *Par.* 1. *cap.* 14. §. *Volumus.*

4. Contra Sponsos, qui ante Celebrationem Matrimonii Copulam habent, nec non eorum Parentes, seu Consanguineos prædictā Copulam, vel eorum Cohabitationem, & pernoctationem scienter permittentes. *Par.* 1. *cap.* 15. §. *Et ne nil.*

5. Contra eos, qui Falsum impedimentum excæcato animo ad retardandum, vel impediendum Matrimonium scienter, ac malitiosè proponunt. *Par.* 1. *cap.* 15. §. *Qui verò.*

6. Contra Heredes, Consanguineos, & Affines Parochi defuncti, qui audent aliquid ex iis, quæ pertinent ad Ecclesiam ex Ædibus illius amovere, præsertim scripturas; Nec non qui incidunt, seu incidere mandant, tam arbores fructiferas, quàm infructiferas in Ecclesiæ prædiis existentes, etiam si cæduæ fuerint, Parocho ægrotante. *P.* 1. *cap.* 28. §. *Ad hoc.*

7. Contra Notarios non significantes, nec tradentes Archiepisc. seu Vic. Gen. copiam Legatorū Ecclesiis, aliisq; Locis Piis, aut Christi Pauperibus vel quocumq; modo ad pias Causas relictorum in testamentis, aliisque voluntatibus intra duos menses à die, qua de ipsis rogati fuerint. *P.* 1. *c.* 11. §. *Notarii.*

8. Contra Colloquentes cum Sanctimonialibus de rebus obscænis, actusq. corā eis inhonestos perpetrantes, impurasque literas eisdē scribentes. *Lata ab Illustris. Nostr. Antecess. & à Nobis confirm.*

9. Contra Incidentes arbores, & lignantes in sylvis, & nemoribus Mensæ Archiepiscopalis in locis, ut vulgo dicitur *Tombolo, Tombolello, Poggio a Padule, & altre tenute in Migliarino* absque licentia Illustris. ac Reverendiss. D. Archiepiscopi, vel ejus Procuratoris. *Lata ab Illustriss. Nostr. Antecess. & à Nobis confirm.*

SUSPENSIONES.

1. Contra Clericos, colloquentes cum Sanctimonialibus de rebus obscænis, actusque inhonestos coram eis perpetrantes, impurasque literas eisdem scribentes. *Lata ab Illustriss. Nostr. Antecess. & à Nobis confirmata.*

2. Contra eos tam Sæculares, quàm Regulares, qui personati incedunt, & ulla ratione ludo se se interferunt, quem Pontis appellant. *Par.* 1. *cap.* 25. §. *Cumque.*

3. Contra Clericos, qui exhibent ad Sanctam Concilii Mentē eludendam fictū, aut fiduciariū Patrimoniū. *P.* 1. *c.* 14. §. *Volumus ulterius.*

ADNO-

ADNOTATIONES

Ad unumquemque ex casibus in Synodo reservatis; eorumque Declaratio circa ea, quæ frequentiùs contingunt.

PRIMUS CASUS.

I. Blasphemia in Deum, Beatam Virginem, vel Sanctos ex consuetudine quinquies prolata, quam duo saltem audierint.

Blasphemia maximum peccatum est *D. Thom. 2. 2. quæst. 13. art. 3. per totum*; & adeò maximum, ut ea nihil impius sit, nihil horribilius *D. Joan. Chrysost. in Psalm. 95. D Hieronym. in cap. 18. Isaiæ*; quinimò omne peccatum, si Blasphemiæ comparetur, levius reputatur *Card. Hugo in Isajam cap. 18. D. Thom. d. Art. 13.* rationem explicat D. Athanasius *in cap. 12. Matth.* quia, qui peccant, legem transgrediuntur; qui blasphemant, contra ipsam Deitatem delinquunt; Propterea D. Augustinus *in illud Matth. cap. 12. Blasphemavit* similes eos Crucifixoribus dicit; non minùs enim peccant, qui blasphemant Christum regnantem in Cœlis, quàm, qui crucicifixerunt ambulantem in Terris; vel potius dicatis Judæis pejores; quoniam si cognovissent, hi nunquam, *teste D. Paulo 1. Corinth. cap. 2.* Dominum gloriæ crucifixissent; Blasphemi Dominum cognoscunt, & eodem tempore, quo ab eo beneficia recipiunt, immaniùs crucifigunt Blasphemiis; Et quasi satis afflictus non fuerit Christus (*dolet D. Bernardinus Tom. 1. serm. 41.*) ab impietate Judaica, complent illius contumelias.

Exardescunt igitur justissima indignatione contra tam horridum, tam execrandum scelus omnia jura; debitasque illi pœnas decernunt.

Jus divinum *in cap. 24. Levit.* ex lege ab ipso Deo Moysi dictata jubet, ut blasphemi extra castra tanquam infames ejecti ab Universo Populo lapidibus opprimantur; quam pœnam eodem tempore, quæ constituta fuit à Deo per Moysem, subiit Ægyptius ille filius Salumith, quem dicunt nonnulli primum, qui blasphemaret.

Jus Canonicum, *in cap. Apostolicæ c. 24. q. 3.* ex rescripto Pela-

gii Papæ de Anno 557. decernit, ut tradantur Satanæ, exemplo Pauli, qui 1. *ad Timoth. cap.* 1. tradidit Satanæ Hymenæum, & Alexandrum, qui blasphamaverant.

In cap. si quis c. 24. *q.* 1. ex Decreto Pii Papæ Clericos deponi, laicos verò excommunicari statuitur.

In cap. statuimus de Cler. maledic. ex constitutione Greg. IX. Blasphemantes septem diebus Dominicis præ foribus Ecclesiæ, in eo nimirum loco, ubi erant olim solemniter pœnitentes, ac ultimo ex illis die sine Pallio, & Caligis, ligati corrigia circa collum stare debebant, septemque præcedentibus feriis sextis in pane, & aqua jejunare antequam ingrederentur Ecclesiam.

In Concilio Lateranensi V. sess. 9. *can.* 9. præter alias pœnas, contra nobiles ab eodem constitutas, decretum fuit, ut si ultra duas vices ignobiles publicè blasphemaverint, per integram diem ante fores Ecclesiæ Principalis mitra infami stare compellerentur; post tertiam verò vicem ad perpetuos carceres, vel triremes condemnarentur; quod confirmavit Leo X. Const. supernæ 7. §. 33.

Julius III. *Constit. in Multis* 25. §. 2. præter alias pœnas constituit insuper, & ipse, ut nobiles post secundam vicem infamiam, & inhabilitatem ad Honores, Magistratus, & Dignitates obtinendas incurrerent; ulteriùs Honoribus, Magistratibus, & Dignitatibus ipso jure privati publicè per Triennium proscriberentur. Ignobilibus verò secunda vice lingua perforaretur, ulteriùs hi fustigarentur, & ad Triremes per Triennium damnati exularent perpetuo.

Pius V. tandem Const. Cum primùm Apostolatus 5. §. 10. supradictas pœnas renovans iisdem, & gravioribus blasphemantes perstringit.

Jus quoque Civile *in Auth. ut non luxur. hom.* ex declaratione Imperatoris Justiniani indignos declarat Dei Misericordia, & ultimo damnat supplicio.

Exardescunt pariter jura omnium regniorum, & diversas pœnas, omnesque sævissimas adversus blasphemantes decernunt; Verùm cùm ex Testimonio D. Augustini *lib.* 2. *de Civit. Dei cap.* 9. nulla Blasphemiæ sufficiant supplicia, cùm sit ista Deo tam nefaria, tam insignis injuria; omitto illas videndas apud *Gregor. Tholosan. syntagm. Juris p.* 3. *lib.* 33. *cap.* 12. *n.* 12. *& fere per totum*, *Riccium. Collect.* 1366. *Boerium Decis.* 301. *similiter per totas. Barbos. de Pot. Episc. Alleg.* 51. *n.* 102. *& seq.* Hanc unam tamen non omittam; ut in

ut in ea erubescant Christiani, qui blasphemare non erubescunt. Perfidus ille, & Christiano Nomini infestissimus Mahometus, licèt omne turpitudinis, ac peccati genus in Alcarano permiserit; attamen hujus sceleris immanitatem, ac atrocitatem dissimulare non valens, in eos, qui Deum, aut Christum, Beatamque Virginem blasphemarent, hanc pœnam posuit, ut per medium secarentur. Hujus pœnæ fidum Testimonium habemus à *Chassan. Cons.* 1. *n.* 69. à *Decian. lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 6. *Tom.* 2. *ab Episc. Campan. in Divers. Jur. Can. Rubr.* XI. *cap.* 26 *n.* 73. à *Photo in Tractatu de Blasphem. n.* 10.

Quid mirum? *si à Christianis Populis*, (utar verbis Julii III. in allegata const. 23.) *in tantis calamitatibus constitutis Divina iracundiæ flagella non amoveantur*; Cùm Imperator Justinianus *in d. Auth. ut non luxurien.* asserere non dubitaverit Omnipotentem Deum hoc scelus inultum non relinquere; *propter talia enim delicta* [sunt ejus verba] *& fames, & terræmotus, & pestilentia fiunt*. Probet dictum Imperatoris Testimonium Regis. Robertus Galliarum Rex filius Hugonis Capet, orans in Civitate Aurelianensi pro pace regni, responsum accepit ab imagine Crucifixi, pacem non habiturum, donec blasphemias, & notoria crimina non extirpasset. *Glos. Pragmat. Sanct. in Proæmio* §. *quibus ad plenum apud Boer. Decis.* 301. *n.* 5. *Petr. Greg. Tholosan. d. cap.* 12. *n.* 4. *Episc. Campanil. d. Rubr.* XI. *cap.* 26. *n* 72.

Meritò igitur sanctissimum illud vigilantiæ Pastoralis exemplar Chrysostomus *Homil.* 1. *ad Popul Antioch.* unumquemque rogabat è populo, ut sibi blasphemantes in Civitate acriter corrigerent; ejus verba ad excitandum Pastorum zelum transcribam; *si quempiam in Bivio, & foro Deum blasphemantem audieris, accede, increpa; & si verbera infligere oporteat, ne recuses; ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percussione manum tuam sanctifica; & si illi accusaverint, & si in carcerem traxerint, sequere, & si Judex pro Tribunali pœnas repoposcerit, dic cum libertate, quòd Angelorum Regem blasphemavit.*

Ex quibus facilè dignosci poterit, an dignum hoc peccatum, quòd reservetur.

PRO CUJUS DECLARATIONE.

Blasphemia duplex est; una Hæreticalis, altera simplex. Hæreticalis continet errorem contra fidem, ejusque opponitur Articulis. Vel quia de Deo aliquid affirmat, quod ei non convenit;

vel quia negat, quod illi convenit, vel quia tribuit Creaturæ, quod soli convenit Deo. Simplex vero Articulis fidei directè non opponitur, sed per modum indignationis, seu despectionis cum contemptu, ac injuria Divinæ Majestatis, aliquid profert adversus Deum; Utriusque exempla, à quibus adferendis, cum sine horrore adferri non possint, plusquam libenter abstinemus, apud Doctores habebitis.

Hæreticalis habens errorem in intellectu circa veritatem catholicæ fidei cum pertinacia conjunctum, uti sapiens hæresim, in Bulla Cœnæ Summo Pontifici reservatur; *Quadr de Casib. Reserv. Disp.* 3. *cas* 3. *n.* 178 *Belloch. de Casib. Reserv. par.* 2. *q.* 1. *n.* 275. *Carena de off. Sanctis. Inquisit. par.* 2. *Tit.* 7. §. 19. *n.* 94.

Hæreticalis verò, quæ nullum habet circa fidem errorem in intellectu, cum hæresim non sapiat, nec sub Pontificia continetur reservatione; *Quadr. d. cas.* 3. *n.* 179. *Carena d.* §. 19. *n.* 96. *& seq. Finell. de Casib. Reserv. p.* 1. *cas.* 3. *n.* 16. Continetur verò unà cum Blasphemia simplici sub Synodali Reservatione; vel proferatur directè contra Deum, vel prolata contra Sanctos in eumdem redundet.

Et quanquam omnis Blasphemia execrabilis sit, non omnis tamen hic reservatur, sed ea dumtaxat, quæ saltem coram duobus, & quinquies fuerit prolata, sed interpolatis temporibus. Nam etsi quis eodem tempore, eodemque impetu iracundiæ plures Blasphemias evomerit, pro unica moraliter nihilominus in eo casu censentur *Menoch. lib.* 5. *Præsumpt.* 2. *n.* 7. *Quaran. summa Bullar.* §. *Blasphemia in addit. Molina de just. & jure apud Tambur. meth. confess. cap.* 1. §. 8 *n.* 50.

Excluditur pariter à Reservatione Blasphemia, quæ vel profertur ab eo, qui ne dum ignorat illa verba continere convicium, & contumeliam in Deum, verùm etiam ex vulgari sensu sonare Blasphemiam *Carena d* §. 19. *n.* 98. *Laym. lib.* 4. *tract.* 10. *cap.* 6. *n.* 3. *Belloch. de casib. reserv. p.* 2. *q.* 12. *n.* 268. *Floron. de casib. reserv. par.* 2. *cas.* 3. *n.* 8. *vers. Quod maxime.*

Vel tali inadvertentia, seu tali animi perturbatione rationis usum pervertente, ut priùs verba protulerit, quàm sensum adverterit; quòd si ille scivisset, iste animadvertisset, talia verba certè non protulissent. *D Thom.* 2. 2. *q.* 13. *Art.* 2. *ad* 3. *Navar. Man. cap* 12. *n.* 84. *Lessius de just. & jure lib.* 2. *cap.* 45. *n.* 31. *Suarez de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 1. *de Irrelig. cap.* 6. *n.* 2.

Non cadit quoque sub Reservatione Blasphemia in ebrietate usum adimen-

adimente rationis prolata *Ioan. Sanc. in selectis disp. 10. n. 5. Laym. d. cap. 6. n 3. Floron. d. cas. 3. n. 13. vers. Tertio.*

Ne igitur Confessarii vel limites jurisdictionis excedant, vel pœnitentes gravent, de prædictis semper eos interrogent, ac diligenter examinent; Non tamen in illis, qui blasphemandi consuetudinem habent, nimis facilè inadvertentiam admittant; nisi operam hi dederint, ne in hujusmodi Blasphemias, licèt inadvertenter, ut ipsi dicunt, prolatas, prorumperent; semperque illos moneant de obligatione, qua sub gravi culpa tenentur, hujusmodi perversam consuetudinem extirpandi *Less. d. cap. 45. n. 31. in fine; Castropal. par. 3. Tract. 17. disp. 2. punc. 2. § 4. n. 1.*

Tandem, cùm absolvendi ab hoc peccato facultatem habuerint; illud præsertim recordentur, quod statuit Concil. Lateran. V. *sess. 9. can. 9.* & confirmavit Leo X. *Const. superna 7. §. 33.* & Nos Confessariis omnibus ante oculos ponimus, quemadmodum posuit etiam D. Carolus *in Concil. Med. 1. par. 1. Tit. de Blasph.* nimirum; *In foro autem Conscientiæ, ei qui Blasphemiæ reus erit, gravem pro modo Culpæ pœnitentiam confessor imponat.*

SECUNDUS CASUS.

II. Homicidium voluntarium quoad committentes, & Mandantes.

QUatuor sunt peccata, quæ clamant ad Deum; dicunturque clamare ob eorum præ cæteris insignem, ac manifestam improbitatem; *D. Petrus Cœlestinus V. Opusc. 9. par. 8. cap. 4. Canis. Catech. par. 3. de Pecc. in Cœlum clam.* Et inter hæc unum; imo primum, quod clamasse legatur est Homicidium. *Vox Sanguinis fratris tui*, dixit Deus ad Cain, *Genes. cap. 4. clamat ad me de terra;* idest, ut explicat D. Ambrosius *de Abel, & Cain lib. 2. Tuum te facinus, non frater accusat.* At quid clamando hæc peccata intendunt? Divinam ultionem ea patrantibus exposcunt; audiatur Hieronymus *apud Cornel. à Lapide in eod. cap. 4. Genes. Reatus Homicidii imò parricidii tui ita voluntarii in conspectu meo comparet, atque à me celerem, & atrocem vindictam exposcit*; & meritò; eam enim minatus est Deus *Genes. cap. 9. Quicumque effuderit humanum sanguinem; fundetur sanguis illius.*

Quòd si ex gravitate supplicii gravitas metitur peccati; satis est ad eam demonstrandam, recensere, quàm duro supplicio constrin-

gat

gat Dominus virum Sanguinum, quem abominatur. *Psalm.* 5. Postquam enim in Tabulis cordis, deinde in lapidibus præceptum inscripserat, quo humani sanguinis injusta effusio vetabatur; pœnam mortis Homici is imposuit. *Exod. cap.* 21. *qui percußerit hominem, volens occidere, morte moriatur*; *Levit. cap.* 24. *qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur*; *Num. cap.* 35. *si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit, qui percußus est, reus erit Homicidii, & ipse morietur*; & *Deuteron. cap.* 19. præcepit ut si dolosus Homicida confugerit ad unam ex urbibus refugii, mittant seniores Civitatis illius, & arripiant eum de loco effugii, tradantque in manu proximi, & moriatur.

Quam pœnam etiam in statu gratiæ Christus Dominus; cùm factum Petri, qui aurem persecutoris absciderat, satis minaciter cohibuerit; renovavit *Matth. cap.* 26. *omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt*, & *Apocal. cap.* 13. *qui in gladio occidit, oportet eum in gladio occidi*.

Ex quo videant, quòd si effugerint Homicidæ pœnam capitis, quam ab illis ultore ferro humanæ pariter exigunt leges *L. capitalium* 28. §. & *ut generaliter ff. de Pœnis*. *L. ejusdem* 3. §. *legis Corneliæ*, *L. qui cædem ff. ad L. Cornel. de Sicar. L.* 3. *C. de Episc. Aud. Iul. Paul. sent. recept. lib.* 5. *Tit.* 23. §. *qui hominem*; Iram tamen Dei effugere non poterunt; Mortem adversus Homicidas ne dum minatur Deus, sed etiam statuit; *Quo igitur à facie sua fugient? in terram?* ait Chrysostomus *Homil. de Jona Proph. sed Domini est terra, & plenitudo ejus. Ad inferos? & ibi virtus tua non deerit; ad Cœlum? ibi quoque te esse cognosco; in Mare? & eò tendit dextera tua.* Quodnam itaque illis effugium superest? lacrymarum fonte, (*Scribit Ioannes VIII. Cenomantico EpiscopoUticensi, vel ut legunt Pithoei Cennemoco Episc. Veneticensi Anno* 882. *in can. Miror dist.* 50.) flagitium tam immane diluere; ut talibus saltem remediis curati, salutis possint invenire suffragium. Aliàs monet eos Ambrosius *de Noe, & Arca cap.* 36. quòd judicium Dei non possunt evadere, sed majori, & æterno supplicio reservantur.

Huc tendunt Ecclesiasticæ constitutiones, quæ in *cap. si quis* 44. *dist.* 50. à communione, præterquam in exitu vitæ Homicidas repellebant *in cap. eos verò* 42. non nisi post pœnitentiam septem annorum, eos Communioni sociari mandabant; in Concilio pariter Triburiensi *can.* 58. non nisi post septennem, ac rigidam pœniten-

tiam

riam reconciliabant, & more pœnitentium sacris Altaribus, & Sanctæ communioni restituebant;

Diversimodè tamen ab Ethnicis; qui etiam illos, qui in reatu cædis erant, donec judicium peractum non esset, à Sacris, & foro arcebant, nullus eis ignem accendebat, nullus colloquia communicabat; *ex testimonio Antiphonis, & Demosthenis apud Budaum Annot. Reliq. in Pandectas ex lib. 57. Digest.*

Nam isti ad ignominiam, & damnationem; Mater vero Ecclesia ad resipiscentiam, & emendationem, ut longa, & lacrymabili pœnitentia nefarium hoc, ac terribile scelus, quemadmodum illud vocat Chrysostomus *in cap. Genes.* expiarent.

Et nonne sane Homicidium ejus generis est, quo longa expiatione purgetur? Eo enim naturæ lex violatur, quæ insculpta in cordibus nostris quamdam inter nos cognationem constituit, *L. ut vim 3. ff. de just. & jure*; Solvitur vinculum fraternitatis, quo ex eadem Matre Ecclesia, & ex eodem Patre Christo geniti tanquam fratres conjunctissimi dulciter colligari, & in ejus Charitate manere debemus *Paul. cap. 12. ad Rom. & cap. 13. ad Hebraos*; graviter contemnitur Creator, cujus imago destruitur in occisione hominis, quem ad imaginem suam, & similitudinem creavit, *Card. Hugo in cap. 9. Genes.* Bilem enim movet opifici, dicebat Macedonius Monachus *apud Theodoret. Eccl. Histor. lib. 5. cap. 19.* qui ejus imaginem contumeliosè tractat; eò tamen graviùs homicida, quòd Creator ipse prohibens humani sanguinis effusionem ad refrenandam humanam audaciam suæ imaginis dignitatem obiecit; *quicumque fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus est homo.*

Quid scripsisset ergo Plato, si fidei lumine ductus ad hæc penetrasset, qui eo destitutus scripsit *in libro, cui est Titulus Phado, vel de anima prope finem; qui sacrilegia multa, & magna, vel* cædes iniquas, *vel alia horum similia perpetraverint hos omnes conveniens sors mergit in Tartarum, unde nunquam egrediuntur*; pudet Platonem referre; at magis pudeat Christianos ab Ethnicò gravitatem hujus sceleris edoceri.

Hoc igitur peccatum, quod à Benedicto X. aliàs XI. dicitur ex consuetudine reservatum Episcopis *in Extravag. Inter cunctas de Privileg.* quam Extravagantem cassavit Clemens V. *in extravag. Dudum de sepulturis in principio*, nos lege Synodali reservandum Nobis censuimus Sanctissimis vestigiis D. Caroli inhærentes, qui in *Con-*

cil.

cil. Med. 1. par. 2. de Sacr. pœnit. omnibus suis Coepiscopis statuit reservandum.

PRO CUJUS DECLARATIONE.

HOmicidium triplex est; Voluntarium, Casuale, & Necessarium; Voluntarium est illud, quod dolo malo, animo occidendi committitur; *cap. sicut Dignum de Homicid. L 1. & L. Divus ff. ad L. Corn. de Sicariis*, *Barbos. de Pot. Episc. Alleg. 51. n. 3.* Et cùm dupliciter voluntas ferri possit in illud, duplici etiam modo contingere potest; vel directè; quoties voluntatis consensu committitur, quod dicitur intentum in se, vel indirectè, quoties voluntas fertur in id, ex quo immediatè, & per se sequitur mors, quod dicitur intentum ex causa *Covarr. in Clem. si furiosus par. 2. in principio n. 1. Azor inst. Moral. par. 3. lib. 2. cap. 14. vers. Tertio. Barbos. d. Alleg. 51. n. 3.*

Causa verò duplex est, alia proxima, altera remota; Causa proxima est illa, quæ vel ex se ordinata est ad mortem secundùm *Covarr. L. cit. n. 2. Navar. cap. 27. n. 238. & 240.* aut talis, ut ex illa, vel semper, vel frequenter, vel in pluribus solitum sit sequi Homicidium *secundùm Cajet. 2. 2. q. 64. Art. 8. Azzor d. cap. 14. vers. Tertio*; Remota ea est, ex qua suapte natura sequi non solet, aut raro sequitur, & semper per accidens Homicidium.

Casuale est illud, quod casu, & præter intentionem accidit, *D. Thom. 2. 2. q. 64. Art. 8. Covarr. d. Clem. furiosus p. 2. §. 4. n. 1.* Et hoc quoque duplex est, Aliud merè Casuale, quod nullo modo, neque in se, neque in causa fuit intentum, ac prævisum; alterum partim Casuale, & partim voluntarium; Casuale in se, sed voluntarium in causa remota.

Homicidium tandem necessarium duplex pariter est, aliud, quod lege jubente, seu permittente committitur, *L. 2. in fin. ff. ad L. Cornel. de Sicariis cap. miles, cap. officia vindictæ cap. non frustra. cap. Homicidas c. 23. q. 5.* Aliud, quod urgente necessitate ob vitæ, seu Bonorum conservationem committitur.

Pro qualibet igitur ex his diversis Homicidii speciebus sua erit regula statuenda.

Homicidium voluntarium, vel intentum in se, vel intentum in causa proxima sub hac includitur reservatione.

Ho-

Homicidium Casuale merum, non solùm ab ea, verùm etiam à culpa excluditur *D. Thom.* 2. 2. *q.* 64. *Art.* 8. *Covar. citat.* §. 4. *Less. de just. & jure lib.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 15. *n.* 102.

Casuale verò mixtum, licèt culpa non vacet, quæ maior, vel minor redditur ex majori, vel minori omissione in adhibenda debita cautione, & diligentia *Cajet. d. Art.* 8. *Less. d. dubit.* 15. *n.* 108. & ex qualitate rei licitæ, sive illicitæ, cui quis operam daret, ut observant alii apud *Covarr. d.* §. 4 *n.* 2. Attamen, cùm reservatio restringi, non extendi debeat, sub ea non cadit.

Homicidium necessarium primo modo sumptum, dummodo ob publicum Bonum, & authoritate publica committatur *D. Thom.* 2. 2. *q.* 64. *Art.* 7. non comprehenditur.

Secundo verò modo sumptum; dummodo quis pro sui necessaria defensione voluntario, & gravi excessu moderamen inculpatæ tutelæ non excedat, & pro conservatione Bonorum, quæ tamen magni momenti sint, limites quoque, ut supra, necessariæ defensionis non egrediatur, sub reservatione similiter non continetur.

In hanc verò reservationem non solùm incidunt committentes, sed etiam Homicidium mandantes. Excipiuntur tamen isti.

1. Si mandatum dederint tantùm Mandatario, ut verberaret, ipse verò fines excedens mandati interfecerit.

2. Si pœnitentes Mandati, adhuc re integra illud mandatario expressè revocaverint.

Caveant tandem confessarii, ne solùm cogitent de reservatione in examinandis pœnitentibus; sed ante oculos damnorum compensationem, ad quam ipsi tenentur, præ cæteris habeant.

TERTIUS CASUS.

III. Incestus quò ad Masculos in primo, & secundo Consanguinitatis, & in primo affinitatis gradu ortæ ex copula licita, sive illicita post decimum quartum annum commissus.

INcestus, quem abusum Consanguineorum, & Affinium dicit Gratianus *in cap.* 2. *c.* 36. *q.* 1. §. *Incestus*. Coitum abominabilem Deo, & bonis hominibus D. Gregorius *Lib.* 12. *Epist.* 32. scelus non modò grave, verùm etiam ipso Adulterio gravius est; tum ex

testimonio D. Augustini *in cap. Adulterii c. 32. q. 7.* tum J. C. Papiniani *in L. si adulterium §. stuprum ff ad L. Juliam. de Adulter.*

Propterea *in cap.* 18. *Levit.* ubi prohibet Deus conjunctionem inter omnes gradus Iure divino tunc temporis vetitos, quia *Incestus est* legunt Hebræi, *quia nefas est*, *seu scelus est*, septuaginta verò, *quia impietas est*. Emanuel Sa, & Cornel. à lapid. uterque *ad prædictum cap.* 18. *Levit.* & non immerito legitur pro *Incestu*.

Nefas; quoniam etsi omne crimen; de quo loqui non liceat, *Nefas* dici possit; magis tamen communiter dicitur de Incestu; *in cap.* 20. *Levit.* denunciatur de Incestu, quòd non *permanebit tantum nefas*; in *L. quin etiam ff. de Ritu nupt* à J. Conf. Gaio eam uxorem ducere, quæ per adoptionem filia, vel neptis esse cæperit, *Nefas* existimatur; Concilium Aurelianense *in cap. Incestuosi c.* 35. *q* 8. Incestum scelus *nefandum*: Imperator Justinianus *in L.* 2. C *si nupt. rescr. pet. nefandissimum* appellat; & nuptiæ incestuosæ *in § ergo Instit. Tit. de Nuptiis* Nuptiæ *nefariæ; & in Auth. de Incest. & Nefar. Nupt. § sancimus contrariæ naturæ, ac nefandæ* ab Imperatore Justiniano nuncupantur:

Scelus: licet enim cuilibet gravi peccato accommodetur, præsertim tamen Incestui accommodatur; Sic apud Romanos campus ille ad Portam Collinam, in quo decreto Pontificum Incesti damnata, fuerat viva defossa Minucia Vestalis, ob infamem hujus sceleris memoriam, Campus *Sceleratus* appellabatur *Tit. Livius Hist. Lib.* 7. *Anno ab Urbe condita* 418.

Impietas: nam, cùm pietas accipiatur etiam pro cultu, & officio, quod Parentibus, & sanguine nobis conjunctis tribuere debemus *ex Sententia Cicer. lib.* 2. *de Invent. D. Thom.* 2. 2. *q.* 101. *art.* 1. non immeritò Incestus, qui lædit, (juxta D. Augustinum *lib.* 15. *cap.* 16. *de Civit. Dei*) reverentiam, & obsequium, nec non verecundum honorem illis debitum, *Impietas* dicitur, & profectò *impietas* Deo odibilis ex testimonio, cujus nam putatis? Ethnici Philosophi; audite Platonem, *qui in lib. de legib. vel legum lat. dial.* 8. loquens de incestuoso concubitu scribit *apud Deum odio haberi*, *& turpium omnium esse turpissimum*.

Dignus propterea, qui à Iure Divino in allegato *cap.* 18. *Levit.* & à Iure gentium *in L. si adulterium §. stuprum ff. ad L. Iul. de Adult.* ubi incestus *Iure gentium prohibitus* dicitur, graviter interdicatur; nec minùs à Iure Divino in primo gradu commissus morte damnetur *in cap.* 20. *Levit.* quàm à Iure Romanorum *Cicer.* 2. *de legib.*

ubi

ubi lex illa refertur: *Incestum Pontifices supremo supplicio Sanciunto*, & plura incesta pœna mortis vindicata leguntur *apud Plutarch. inter suos libros morales de Parallelis*.

Quamobrem D. Paulus 1. *Corinth. cap.* 5. exprobrans hoc scelus Corinthiis, objicit illis, quemadmodum ad eumdem *cap.* 5. observat Ambrosius, quòd nec ab Ethnicis admitteretur: *ut quàm grave sit* (scribit ille) *istud Peccatum ostenderet, nec ab iis hoc dixit admitti, qui Deum nesciunt*; en clara verba Pauli: *auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes* (scilicet inter Paganos, ut ibi legit Rhemig. Episc.) *ita ut uxorem Patris sui aliquis habeat. Non solum enim* ait Chrysost. *in eod. cap.* 5. *tales luxuriæ modos audent, sed neque norunt infideles*.

Exemplum igitur D. Pauli, qui diro Anathemate Corinthium illum incestuosum extra Ecclesiam eiecit, Ecclesia ipsa sequuta fuit, quæ anathematis ictibus percuti sancivit incestuosos *in cap. si quis* 17. *c.* 33. *q.* 2. nec illos inter fideles haberi, neque cum illis cibum, aut potum sumi, neque salutari, donec in ipso scelere manerent, decrevit; *in cap. de his, & in §. etsi alter c.* 35. *q.* 2. ut ita salubriter afflicti commissum scelus agnoscerent, & longa expurgarent pœnitentia; quam primis Ecclesiæ temporibus ad duodecim annos, & aliquando ad totam vitam extendabant Canones Pœnitentiales apud Acta Eccl. Mediolan. *par.* 4. *Raban. Maur. lib. Pœnit. cap.* 2. *Burcard. lib.* 17. *cap.* 2.

Nec durum videri debet; cùm præsertim in primis, tam lineæ Ascendentium, quàm Descendentium gradibus violet incestus reverentiam Parentibus debitam; cujus quemdam etiam stimulum natura Animalibus ipsis ingenuit; Duo afferamus exempla; pudore afficimur; sed tamen ad exprobrandam Hominum impudentiam afferamus, leguntur apud Aristotelem *lib. 9. de Hist. Anim.* quorum uno utitur *D. Th.* 2. 2. *q.* 159. *Art.* 9. *ad* 3. altero Gulielmus Episcopus Parisiensis *Summa Virt. Tract. de Temp. cap.* 18. Refert igitur Aristoteles in primo exemplo; Camelos nec vi adigi posse, ut matribus congrediantur, cùmque fraude Camelarii quidam Camelus matri opertæ admissus fuerit, & delapso operimento matrem agnoverit, *memor*, [sunt ipsius Philosophi verba] *commissi sceleris paulò post Camelarium illum morsu defixo interemit*: Narrat itidem in secundo exemplo, quòd, cùm Equus quidam generosus Regis Scytharum cum matre congredi noluerit, simili arte deceptus,

matre detecta *fugam properavit, atque se ipsum actum præcipitem interemit*.

Alia non dissimilia exempla habentur apud eumdem Guilelmum Episcopum Parisiensem *d. cap.* 18. & apud Nicol. Boerium *decis.* 318. apud Tiraquell. de legib. Connub. *leg.* 7. *Glos.* 1. *p.* 7. *n.* 47. sed cui allata non sufficiunt, nec plura sufficerent:

Iure sit igitur inter reservata, quemadmodum est inter ea quæ Episcopis reservanda censuit D. Carolus *in Concil. Med.* 1. *par.* 2. *Tit. quæ pert. ad Sacr. Pœnit.*

PRO CUJUS DECLARATIONE.

Cognatio triplex est. Spiritualis, legalis, & naturalis.

Spiritualis est personarum propinquitas ex Baptismo, vel Confirmatione proveniens, *cap.* 1. *de Cognatione Spiritual in 6.*

Legalis est personarum proximitas, quæ oritur ex adoptione. *Card. Host. in summa lib.* 3. *de Cogn. legal.* Primùm à legibus inducta §. *sed si quæ Inst. Tit. de Nupt. L. per adoptionem* 17. *ff. de ritu Nupt.* deinde à Sacris Canonibus probata, & recepta, *cap. Unico de Cognat. leg. Can.* 1. *cau. xxx. q.* 3.

Naturalis est, quæ consanguinitate, vel affinitate contrahitur *Azzor. Inst. Moral. lib.* 3. *cap.* 9. *vers. quarto notandum. Lancell. Inst. Iur. Can. lib.* 2. *tit.* 13. *de Tripl. cogn.* §. *naturalis*.

Consanguinitas est Vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum *D. Th.* 4. *sent. Dist.* 40. *q. Unica Art.* 1. *Sanchez de Matr. lib.* 7. *disp.* 50. *n.* 1. *Ludovi. Engel. Colleg. Univ. I. Can. lib.* 4. *Tit.* 14. *n.* 1. *& seq.*

Affinitas est personarum proximitas ex coitu, sive licito, sive illicito proveniens. *Card. Host. in summa lib.* 3. *de affinitate n.* 1.

His præmissis licèt à quacumque ex prædictis Cognationis speciebus impedimentum oriatur intra suos respectivè gradus matrimonium impediens, ac dirimens, non tamen Incestus in quacumque ex illis commissus hîc reservatur; sed ille dumtaxat, qui in cognatione naturali committitur, & propriè incestus dicitur; est enim incestus ex definitione Magistri sententiar. *lib.* 4. *Dist* 41. *& ibi D. Th. q.* 4. *Consanguineorum, vel affinium abusus; unde incestuosi dicuntur, qui consanguineis, vel affinibus suis abutuntur*.

Similiter etsi concubitus intra quatuor gradus Consanguinitatis,

tis, & Affinitatis ex coitu licito, & intra duos gradus Affinitatis ex illicito provenientis sit incestus, *Azzor. Inst. Moral. par. 3. lib. 3. cap. 9. vers. quinto notandum.* nihilominus intra duos gradus Consanguinitatis, & primum Affinitatis hic tantùm reservatur.

Quinimo si quis in secundo gradu consanguinitatis incestum committat cum ea, quæ sit in tertio gradu, in Synodalem hanc reservationem non incidit; *Graff. de Casib reserv. lib. 1. cap. 13. n. 27. Floron. eodem tract p. 2. Cas. 6. §. 1. n. 1. Quadr. Cas. 5. Concl. 7. n. 593.* quia in linea transversa gradus remotior attenditur; eodem modo, quo matrimonium ritè contrahitur, si unus ex contrahentibus sit in quinto, alter in quarto gradu Consanguinitatis *cap. non debet de Consang. & affinit. Pyrrh. Corrad. Dispens. Apost. lib. 7. cap. 7. n. 72. vers. Hac autem.*

Excipiuntur autem à reservatione.

I. Qui actum incæpit, sed illum saltem ex parte sui non consumavit; actus enim attentatus tantùm, seu cæptus regulariter non intelligitur reservatus, nisi ubi expressè verbis reservationis caveatur contrarium. *Floron. de Casib Reserv. par. 1. cap. 1. n. 28. & par. 2. Cas. 6. n. 30. Gabr. Elucid. Cas. Reserv. par. 2. Cas. 5. Annot. 3. n. 9. & n. 13.*

II. Qui ignorans aliquam sibi esse consanguineam, vel affinem cum ea incestum commisit, quod si scivisset non commisisset *Sanch. de Matr. lib. 7. Disp. 15. n. 9. & lib. 9. Disp. 32. n. 44. Flor. d. Cas. 6. summa n. 31. vers. octavo Gabr. d. Cas. 5. Annot. 6. n. 19. & in Resolut. pro non Inciden. n. 4.*

III. Fœminæ, quæ licèt æquali culpæ fæditate maculentur æqualemque pœnam mereantur apud Deum, attamen ab hac reservatione fuerunt exclusæ ad sensum Decl. Sacr. Congr. Episc. & Regul. de mandato Sanctis. D. Clem. VIII. emanatæ *die 9. Ianuarii 1601. apud Quaran. in summa Bull. §. Casus Reservati sub n. 14.*

IV. Masculi, qui decimum quartum annum integrè non compleverint; tum quia, licèt annus incæptus habeatur pro completo in favorabilibus, secus tamen est in iis, quæ restrictionem patiuntur *Grat. Discept. for. cap. 161. n. 27. & 28. Antonell. de Temp. legali lib. 4. cap. 1. n. 2.* Tum etiam quia quotiescumque apponitur illi dictio *post*, debet annus esse completus, *Surd. Decis. 178. n. 7. Barbos. Dict. 270. n. 9. Antonell. d. cap. 1. n. 15.*

V. Qui cognovit uxorem fratris uxoris propriæ, quia illi non

est

est affinis, cùm affinitas non pariat affinitatem *cap. quod super 5. de Consang. & affinit. Fagn. ad eund. cap. n. 4. Sanchez de Matr. lib. 7. disp. 67. n. 2.*

QUARTUS CASUS.

IV. Bestialitas, & Sodomia tam activa, quàm passiva.

CUm duo sub hoc casu contineantur, Bestialitas nimirum, & Sodomia; divisim utriusque deformitatem exponemus, & primùm Bestialitatis.

Horror, quo perfunditur animus, quotiescumque in hoc fœdissimo scelere cogitationem ponit, suaderi nobis vix posse sinit, quòd in hominem rationis, consiliique participem cadat; Usque eo nefarium, ac execrandum est, ut à *Glossa in cap. 20. Levit.* non modò inauditum, verùm etiam indignum dicatur, quod nominetur; Idcirco cùm *in cap. 37. Genes.* accusaverit Joseph fratres suos ad Patrem, quòd cum Pecoribus miscerentur, prout explicant *D. Thom. 2. 2. q. 154. Art. 12. ad 4. Glos. Hugo à S. Vict. Hugo Card. & Abulensis ad eumd. cap. 37. Genes.* Moyses, ne hoc tam pudendum, tamque infame peccatum nominaret, *Crimen pessimum* appellavit, ut observat Cornel. à Lapid. Hebræi verò scribunt *dibba raa* idest *infamiam malam*. Nec non ex hac eadem ratione D. Paulus *in Epist. ad Rom. cap. 1.* alias peccati contra naturam species percurrens, hanc, ut ibi animadvertit Nicolaus de Lira, silentio præterit;

Non silet tamen, sed indignatur Dominus adversus tam detestandũ scelus, statuens *in cap. 22. Exodi*, quòd, *qui coierit cum Jumento morte moriatur, & in cap. 20. Levit. qui cum Jumento, & Pecore coierint morte moriantur*. At quòd magis hujus peccati atrocitatem demonstrat, illud est, quòd Pecora, & Jumenta ipsa, cum quibus cojerint, *in eod. cap. 20. Levit.* occidi mandavit; *ibi pecus quoque occidite*; ne superstitibus illis, hæc tam turpis, tamque naturæ injuriosa memoria remaneret; *Pecora* (scribit Augustinus *in cap. Mulier c. 15. q. 1.*) *inde credendum est jussa interfici, quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam*.

Quamobrem stomachata Ecclesia hujusmodi sceleratos homines, Dæmoniosos illos appellat *apud Mart. Bracar. Episc. in Collect. Canonum, quæ extant in Tom. 5. Concil. post Tertium Concil. Bracar. anno* 572.

572. *celebratum can.* 81. Et in Concilio Ancyrano sub Silvestro *Papa* 1. *Anno* 314. *cap.* 16. inter eos, qui spiritu periclitantur immundo, reponit.

Ut igitur ad se redirent, dignitatemque humanæ naturæ tam turpi injuria deformatam agnoscerent Canones Pœnitentiales *apud acta Ecclesiæ Mediolan. par.* 4. decem annorum eos pœnitentia afficiebant.

Ex allegato verò Concilio Ancyrano *cap.* 16. qui ante vigesimum annum hoc nefandissimum Crimen commiserint, quindecim annorum; post vigesimum, viginti quinque; post quinquagesimum, cùm in provectiore ætate magis temperati debeant esse homines; toto vitæ tempore pœnitentiam agere tenebantur.

Ex Divo Basilio *in Epist. Canon. ad Amphibochium Can.* 63. junctis *can.* 58. *&* 62. quindecim annis Sacramentis communicare non poterant.

Ex can. 81. *inter recollectos* à Martino *Episc. Bracaren. qui obiit anno* 573. *juxta Baron. & Bellarm. in Allegat. Collect. Canonum*, eadem pœna, qua à Concilio Ancyrano, afficiebantur; eamque in humilitate subiacentes ad Ecclesiæ januam toto tempore præfinito agere debebant.

Ex Concilio Parisiensi VI. *sub Gregorio IV. & Pio Imperatore habito anno* 829. *lib.* 1. *can.* 25. secundùm judicium Canonicum, quod in Ancyrano Concilio continetur, pariter judicabantur.

Ex canonibus daris sub Edgaro Rege *anno* 967. *can.* 16. annos quindecim, & si uxorem haberent, ac ætatem quadraginta annorum, toto vitæ spatio jejunare cogebantur; *ex can. verò* 37. ex illis quindecim annis octo in pane, & aqua, & reliquis septem, quolibet anno tres quadragesimas, nec non singulis diebus Mercurii, & Veneris, usque dum vixerint, jejunare, semperque deflere iniquitatem suam constringebantur.

Hanc enim flagitiosam libidinem, [quemadmodum vocatur in *can.* 27. *Constitut. Apostol. lib.* 7.] Sancti Patres divino afflati, spiritu meritò in Sacris Canonibus acriùs cæteris vindicandam decreverunt, quoniam ea regnante, & statum Christi Ecclesiæ infirmari, & Regnum periclitari cognoverunt, uti declarat Concilium Parisiense *in d. Can.* 34. Ac proinde, cùm de hoc extirpando crimine Jus Ecclesiasticum, & Jus humanum consentiant; licèt conatus regulariter non puniatur, nisi sequatur effectus, attamen

quia

quia in hoc atrocissimo, ac nefandissimo scelere voluntas, nedum actus ipse puniri meretur, quemdam, qui nixus fuerat cum Bruto coire, fuisse ad comburendum simul cum ipso Bruto priùs strangulato in Curia Burdigalensi Anno 1528. condemnatum legimus apud *Boer. decis.* 316. *n.* 4. *&* 6. & in Regno Valentiæ igne puniri à Patribus S. Inquisitionis testatur Ægidius Trullench. in *Decal. lib. 6. cap.* 1. *Dub.* 8. §. 3. *n.* 2 *Tom.* 2. Nec non in quibusdam aliis Provinciis Azzor *par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 22. communiter verò morte scribunt Clarus *lib.* 5. *sentent.* §. *fornicatio n.* 27. Carrer. *prax. Crim.* §. *Homicidium n.* 110.

Horret his longiùs immorari; pauca sunt; talia tamen, ut in profundiores Inferni latebras hoc opprobrium naturæ relegetur; nedum reservetur.

PRO CUJUS DECLARATIONE.

PEccatum contra naturam, quod omnium, quæ ad luxuriam pertinent, pessimum est, *D. Augustinus in cap. adulterii c.* 32. *q.* 7. pluribus modis contingit.

I. Si coitus habeatur cum Bestiis; & vocatur Bestialitas.

II. Si sexus mutetur, & perdat locum; & appellatur Sodomia.

III. Si sexus non mutetur, sed vasa debita non serventur; & alii propriam, seu perfectam; alii verò impropriam, seu imperfectam nuncupant Sodomiam.

IV. Si debitus modus non adhibeatur; & concubitus dicitur inordinatus.

V. Si omni excluso concubitu, ad veneream delectationem procuretur Pollutio; & nominatur mollities. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 154. *Art.* 11. *quem sequuntur Azzor. par.* 3. *Lib.* 3. *cap.* 17. *Reginald. lib.* 22. *cap.* 3. *sect.* 8. *n.* 37. *Bonacc. de Matrim. q.* 4. *punc.* 10. *n.* 1. *& communiter DD.*

Ex prædictis peccatis contra Naturam; quæ sunt inter se specie distincta *Azzor. d. cap.* 17. *Reginal. d. sect.* 8. *n.* 37. *Mastr. Theol. Moral. Disput.* 11. *q.* 9. *Art.* 2. *n.* 13. hic tantùm reservantur; Bestialitas, & Sodomia, tanquam, ex illis quoque graviora. *D. Thom. d. q.* 154. *Art.* 12.

Bestialitas verò omnium illorum gravissimum; *D. Thom. d. Art.* 12. definitur, quod sit concubitus cum re animata diversæ speciei.

Vel

Vel igitur Beſtialitatis denominatio conſideretur; cùm Beſtiarum nomine veniant animalia omnia Terreſtria, Aquatilia, & volatilia *apud Ciceronem de Nat. Deor. & de Amicit.* vel conſideretur ejus definitio; cùm de omnibus his verè dici poſſit, quòd concubitus habitus ſit cum re animata diverſæ ſpeciei; ſub hac reſervatione comprehenduntur omnes illi, qui cum quocumque ex Animalibus, vel Terreſtribus, vel Aquatilibus, vel Volatilibus concubitum habent; quemadmodum de coeuntibus cum Brutis, quoniam idem eſt, ac cum Beſtiis, explicant Graff. *de Caſib. Reſerv. Caſ.* 11. *n* 1. *Quadr. eod. Tract. Diſp.* 3. *Caſ.* 6. *n.* 669. *Gabrin. Elucid. Caſ. Reſerv. in Elucid. hujus Caſus Adnot.* 1. *n.* 2.

Etiamſi Animal maſculum fuerit; imò multò magis, quia gravius, & deteſtabilius eſt. *Quadr. d. Caſ.* 6. *Concl.* 2. *n.* 674. *Gabrin. ubi ſupra Adnot.* 4.

Ad hunc caſum reducitur quoque concubitus cum Dæmone, ſive ſuccubo, ſive incubo, ſive corpus aſſumat Beſtiæ, ſive viri, ſive fœminæ, *Azzor. d. lib.* 3. *cap.* 22. *verſ. ſecundo quaritur*; *Reginal. d. cap.* 3. *ſect.* 10. *n.* 51. *Bonacc. d. quaſt.* 4. *punc.* 12. *n.* 2. *Quadr. d. Caſ.* 6. *n.* 702. *Gabrin. ubi ſupra Adnot.* 7. *n.* 14.

Coitum ſimiliter attentantes cum Beſtiis, & illum non perficientes ſub reſervatione comprehenduntur; Nam, licèt peccatum reſervationi obnoxium non intelligatur, niſi actum completum habeat; nihilominus cùm ii digni cenſeantur à Iure, qui morte puniantur, & ſi regulariter ordinaria pœna non vindicetur conatus; & pro reſervatione ſtent Gambar: & Graff: apud *Gabrin. ubi ſupra Adnot.* 3. *per totam*, imo Gabrinus ipſe, qui ſtat pro contraria ſententia, dicat nihilo ſecus ad ſuperiorem eſſe remittendos, nos ad tam abominabilem deformitatem refrenandam ſub reſervatione comprehenſos intelligimus.

Excipiuntur tamen impuberes; tum quia inhabiles ad coeundum, tum ob defectum integri judicii, & diſcretionis, quæ non præſumitur ante pubertatem; tum quia in delictis carnis mitiùs cum eis agitur ad tex. in *cap. pueris grandiuſculis de Delict. pueror.* Dummodo malitia non ſuppleat in illis ætatem *Gabrin. ubi ſupra Adnot.* 3. *n.* 8. *& in Reſolut. pro non Inciden. n.* 7.



T SE-

SECUNDA PARS CASUS QUARTI.

Sodomia tam activa, quàm passiva.

CÆca hæc & effrenata libidinum furia, adeo adversa rationi, adeò est inimica naturæ, ut eam cum Tertulliano dicere juvet, non delictum, sed monstrum; & sanè Monstrum non solùm è limine, ac Ecclesiæ tecto submovendum, *Tertull. lib. de Pudicit.* verùm etiam undequaque exterminandum. *Chrysost. Hom. 4. in Epist. ad Roman. cap.* 1. imo ex toto orbe habitabili excindendum. *Ignat. Martyr Apolog. 2. pro Christ. ad Anton. Pium. Quid enim peius, quid deterius hoc peccato?* dicit Ambrosius in *ead. Epist. ad Roman. cap.* 1. Quamobrem pavemus, et non tam mente, quàm corpore perhorrescimus fœtidum hoc Monstrum, licèt modesto verborum involucro coopertum, ante oculos ponere; Terret enim Nos Sanctus Pontifex Petrus Cælestinus, qui testatur, quòd *Angelus bonus in tantum se elongat à colloquentibus de hoc vitio, licèt ad non peccandum, in quantum vocis protenditur sonus Opusc. 9. par. 8. cap.* 3.

Verùm quid opus est verbis? satis horrendum hoc scelus clamat per se ipsum, & accusator sui, Cælos conscendens debitam extorquet vindictam. *Clamor Sodomorum, & Gomorrheorum*, dicit Dominus ad Abraham *multiplicatus est, & Peccatum eorum aggravatum est. Genes. cap. 18. Clamat natura ipsa tanquam Virgo, quæ defloratur. Card. Hugo ad eandem Epist. ad Rom. cap.* 1. & meritò; communis enim utriusque naturæ proditor est; *dignum propterea, quòd tum viri, tum fœminæ lapidibus à se exigant, tanquam, quod utrumque genus affecerit. Chrysost d. Hom.* 4. Quos clamores tam valdè exaudit Deus, ut à se ipso in ultionem tanti criminis plueret sulphur, & ignem de Cælo super Sodomam, & Gomorrham, quo perversi hi violatores naturæ omnes comburerentur; *Genes. cap.* 19. eodemque tempore fœtor peccati fœtore pœnæ ostenderetur; suppliciοque temporali cruciatus æternæ damnationis inciperet. *Petr. Blesen. de Confess.*

Clamant quoque contra hoc scelus omnia jura, & gladio ultore contra ipsum armantur.

Clamat primo Jus Divinum; habetur in *cap.* 18 *Levit. Qui dormierit cum Masculo, coitu fœmineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur, sit sanguis eorum super eos.*

Cla-

Clamat Jus Gentium; quo apud Athenienses ipso die, quo hi perversi homines judicio damnati erant, undecimviris traditi, ultimo afficiebantur supplicio; *Æschin. con. Timarch.* Apud Thebanos igne cremabantur, *Plato apud Gel. lib.* 15. *cap.* 16. Apud Romanos nulla Dignitatis, ac Intercessionis habitâ ratione, morte puniebantur *Valer. Max. lib. 6. cap.* 1. ex censura legis Scatinæ, de qua apud *Cicer. Philip.* 3. *Juvenal. Satyr.* 2. *Fab. lib.* 4. *cap.* 2. *&* *lib.* 7. *cap.* 4.

Clamat Jus Civile; ex constitutione enim Imperatorum Constantii, & Constantis, vindice gladio, exquisitis pœnis subdebantur infames *L. cum vir. C. ad L. Jul. de Adult.* Ex decreto Imper. Valentiniani, Theodosii, & Arcadis, spectante populo, ultrice flamma hujusmodi scelus expiare tenebantur. *L. omnes 6. lib. 9. Tit. ad* L. *Juliam de Adult.* C. *Theod.* Ex declaratione Justiniani, ne propter hujusmodi sceleratos homines justa ira Dei Civitates cum habitatoribus pereant, ultimo tolluntur supplicio; *Auth. ut non luxurientur.*

Quid Jus Canonicum? posteriori loco posuimus, quia mitiùs agit; verùm non minùs clamat, & ipsum. In Concilio Toletano XVI. sub Sergio Papa Anno 693. *can.* 3. excommunicabantur; ac centenis verberibus correpti, & turpiter decalvati perpetuo mancipabantur exilio.

In Concilio Elibertino sub Marcello I. anno 305. can. 71. nec in fine Stupratoribus Masculorum dabatur Communio.

In Concil. Lateran. III. sub Alex. III. can. 3. è cœtu fidelium penitus eiiciebantur;

In Concil. Londin. sub Paschali II. Anno 1102. *can. ultimo*, ne dum contra reos, verùm etiam contra eos adjuvantes in omnibus Ecclesiis, & diebus Dominicis per totam Angliam excommunicatio publicè renovabatur?

In Concil. Paris. VI. *lib.* 1. *cap.* 34. Anno 929. sub Greg IV. eadem pœna, quæ statuitur in Concilio Ancyrano contra peccatum Bestialitatis, afficiebantur.

In Constit. *cum primùm Kal. Aprilis Anno* 1566. & in Constit. *Horrendum* 30. *Aug.* 1568. Pii V. Judici sæculari traduntur Clerici eodem supplicio puniendi, quo laici legitimis sanctionibus puniuntur.

Quid longiùs memorem pœnas? *quot Gehennæ obsecro cum Chrysostomo d. Hom.* 4. *his puniendis sufficerent? semper horrenda, & odibilis*

Deo abominatio fuit. Petr. Blesen. de confess. sed postquam Deus ipse humanam assumpsit naturam, tanto abominabilior redditur; ut videns tam turpiter hoc scelere pollui, & fœdari naturam illam, quam erat assumpturus, pene incarnari desierit, quemadmodum dicit Hieronymus *apud Ludolphum Carthus. de vita Christi p. 1. cap. 51.* Idcircò memorabile est, quòd ea nocte, qua Redemptor noster è Virgine natus est, ad ostendendum, quàm sit illi, qui est sanctæ Virginitatis amator, odiosum, ac detestabile, omnes Masculorum concubitores communem mortem obierunt, ex testimonio ejusdem Hieronymi *apud Barbos. de Pot. Episc. Alleg. 44. n. 1. Fermos. ad c. cùm non ab homine 10. de Judic. quæst. 21. n. 3. & seq. Cavall Commun. contra Commun. q. 247. n. 9. & 10.* cui respondet, quòd etiam anno præcedenti nativitatem Isaac, qui in figura eumdem Redemptorem præcessit, ex testimonio Cornel. à lapid. *in cap. 19. Genes* hujusmodi nefarii homines cum pollutis, fœdatisque Civitatibus combusti omnes fuere.

At quando hæc eos ab hoc scelere non deterrerent; clamabunt etiam Bestiæ ipsæ; quarum clamores obiicit illis Plato in *libr. de legib. vel de legum lat. Dial.* 8. ubi referens, quòd Laius Rex legem contra eos posuerit, refert etiam, quòd *testem Bestiarum naturam citaverit* [sunt ejus verba] *in quibus mares inter se operam non dant;* Fortiùs tamen Chrysostomus d. Hom. 4. *O vos Brutis insipientiores, & Canibus impudentiores; nusquam enim hujusmodi congressus apud illos; sed cognoscit proprios terminos natura; Vos autem genus vestrum infamius Brutoram genere effecistis.*

Tandem, perpetuo rubore vultum, sed magis cor eorum Dæmones ipsi perfundant; qui licèt de peccatis nostris lætentur, oculos tamen claudunt, dum vident hæc nefanda attentari ex testimonio D. Aug. *Serm. de Vit. Sodom.* Quinimo erubescunt; unde *& si Dæmon legatur fuisse incubus sub specie viri, & succubus sub specie mulieris, nunquam tamen legitur succubus fuisse sub specie viri. Card. Hugo in Epist. ad Rom. cap* 1.

Ita ut de quocumque ex his dicere possimus cum eodem Card. Hug. illud Ezechi. 16. *Dabo te in animas odientium te filiarum Palæstinarum idest Dæmonum, qui erubescunt in vita tua scelerata.*

Cui mirum erit igitur, quòd hoc peccatum reservetur, quod ex allegato Concilio Londinensi omnibus Episcopis in Anglia intelligebatur communiter reservatum?

PRO

PRO CUJUS DECLARATIONE.

OBriget manus iterum de tam fœtida libidine scribere coacta, & eò magis, quò difficiliùs eam verbis involvere possumus, cùm imo hìc explicare debeamus. *Confundor, dicebat August. Serm. de Sodom. & Gomorrh. ego Episcopus talia loqui, confundor, & vobis talia narrare;* At non minori brevitate, quàm circumspectione id exequemur; *Si fœtidus est sermo,* liceat nostrum facere illud Petri Blesensis, *lib. de Confess. fœdius est putrescere in peccato.*

Sodomia triplici modo committi potest.

Primo si Masculus abutatur masculo, de quo abusu loquitur *cap. hoc ipsum* §. *hoc autem* 33. *q.* 2.

Secundo, si fœmina naturalem immutans usum, fœminæ supergrediatur; quam deformitatem exprobrant D. Paulus in *Epist. ad Rom. cap.* 1. D. Augustinus *in cap ujus cau.* 33. *q.* 2. *& in Serm. de Sodom. & Gomorrh.* Nec non de ea querebatur etiam *Seneca Epist.* 95.

Tertio si Masculus debitum vas non servans, fœmina abutatur; & de hac turpitudine agitur *in cap. Adulterii cau.* 32. *q.* 7.

Ab apertè exponendo quolibet ex his modis, eorumque circumstantiis pudore refugimus; consulite *Trullench. in Decal. lib* 6. *cap.* 1. *Dubit.* 7. §. 2. *Bonacc. de Matr. q.* 4. *puncto* 11. *Tambur. in Decal. lib.* 7. *cap.* 7. §. 3. *&* 4.

Ex prædictis tribus modis, seu sodomiæ speciebus primam, & secundam complectitur reservatio *Floren. de Casib. reserv. par.* 2. *cas.* 7. *n.* 9. *Bonacc. d. puncto* 11. *n.* 5 *vers. Tertio Belloch. Graff. Lupus, & alii, quos refert, & sequitur Gabrin Elucid. Cas. reserv. Elucid. ad hunc Casum. Adnot.* 4. *n.* 10. ad mentem D. Thomæ qui 2. 2 *q.* 154. *Art.* 11. dicit Sodomiam concubitum Masculi cum Masculo, seu fœminæ cum fœmina.

Tertia verò species controvertitur inter DD. & adhuc teste Bonaccina *d. n.* 5. sub Judice lis est.

Si quidem in ea sententia sunt, quòd hæc tertia species non sit propriè Sodomia, nec ejus veniat appellatione *Caietan. in* 2. 2. *q.* 154. *Art.* 11. *Azzor. par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 18. *vers. primo quæritur Bonacc. d. puncto* 11. *n.* 5. *Diana par.* 7. *resol.* 13. *vers. quæro quinto, & alii apud prædictos relati.*

Contrariam autem sententiam, quòd verè, & propriè dicatur Sodo-

Sodomia habent, & in ea unanimiter permanent *Covarr. in Epit. de sponſ. & Matr. par. 2. §. 5. Proſper. de Auguſt. in Addit. ad Quaran. in ſumma Bull. §. Sodomia Barboſ. ad cap. Clerici n. 10. de exceſſ. Prælat. Regnald. Prax. for. Pœnit. lib. 22. ſect. 10. n. 49. Fagundez. in Decal. Tom. 2. lib. 6. cap. 9. n. 7. Trullench. d. dubit. 7. §. 2. n. 1. Homob. de Caſib. reſerv. par. 2. cap. 4. ſect. 5. §. qui nam in Caſ. Incid.* &. quòd præſertim in pœnalibus ſodomiæ veniat appellatione *Anton de Souſa Aphor. Inquis lib. 1. cap. 9. n. 3. Clarus §. Sodomia n. 2. Farinacc. de delict. Carn. q. 148. n. 35. & 40. Conciol. Reſol. Crimin. §. Sodomia Reſol. 3. n. 5. Pammol. Deciſ. 66. Barboſ. de pot. Epiſc. Alleg. 44. n. 23. Garz. de Benef. par. 11. cap. 10. §. 2. n. 207. Campanill. Diverſ. Jur. Canon. Rubr. 11. cap. 22. n. 17. Riccius Collect. par. 5. Collect. 1877. & in deciſ. Archiep. Neap. Deciſ. 145. n. 26. par. 4. Raynald. obſerv. Crimin. lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 66.*

Cui ſecundæ ſententiæ, Nos quoque maximè in odium hujus nunquam ſatis deteſtandæ turpitudinis adhærentes, hanc tertiam ſpeciem intelligimus ſub reſervatione comprehenſam, quò ad maſculos, non verò quò ad fœminas patientes, quas, etſi gravi pœna dignæ ſint, tamen excipimus cum Homobon. *d. cap. 4. ſect. 5. except. 1.*

Similiter, etiam ſi controvertatur inter DD. an incipientes horrendum hoc ſcelus obnoxii ſint reſervationi; & pro reſervatione ſtent Graff. *in prax. lib. 1. cap. 11. n. 25. Belloch de Caſib. reſerv. p. 2. q. 1. n. 184.* Pro excluſione verò reſervationis ſtent quamplures recollecti à *Diana par. 7. Tract. 12. Reſol. 13. verſ. quaro tertio*; attamen cùm totum pendeat ex mente reſervantis *Gabrin. ubi ſupra in Reſol. prax. pro Inciden. n. 6.* mens noſtra eſt, quòd inchoantes, intra tamen turpiſſimum vas, hoc immane ſcelus, etiamſi extra conſument, ſub reſervatione comprehendantur.

Impuberes verò agentes, dummodo malitia non ſuppleat ætatem à reſervatione excluduntur *Floron. d. caſ. 7. n. 9. Belloch. de Caſib. reſerv. par. 2. q. 1. n. 203. Graff. Lupus Fanell. Mazzuchell.* quos allegat, & ſequitur Gabrin. *ubi ſupra Annot. 8. n. 19. & 20.*

Non tamen excluduntur impuberes doli capaces, & à pubere turpiſſimè patientes; non enim in patiente, ſed tantùm in agente potentia coeundi ad complendam Sodomiæ deformitatem exigitur. *Mazzuchell. de Caſib. reſerv. Diſp. 1. quaeſt. 2. Diff. 4. n. 25. Gabrin. Elucid. Caſ. reſerv. par. 1. Reſol. 28. & in Elucid. ad hunc Caſum Adnot. 8. n. 21.*

QUIN-

QUINTUS CASUS.

V. Esus Carnium in diebus prohibitis.

SEmper fuit in Ecclesia observatus delectus ciborum diebus Jejunii, & ab illo esus Carnium exclusus; Quam observantiam Leo Papa IV. *in cap. de esu Carnium, de Consecr. dist.* 3. scribens [ut notant fratres Pithoei] Episcopis Britanniæ Anno 850. vocat vetustissimam traditionem ab omnibus tenendam.

Primo sæculo habetur *Can.* 17. *Constitutionum Apostolicarum lib. V.* S. Clementis ubi à carnibus præcipimur abstinere his diebus; quia sunt dies luctuosi, & non festi; & Clemens Presbyter Alexandrinus Magister Origenis *Pædagog. lib.* 2. *cap.* 1. narrat, quòd Matthæus Apostolus, seminibus, baccis, & oleribus absque carnibus utebatur; quod etiam de Jacobo Apostolo refert Eusebius *lib.* 2. *Histor. cap.* 22.

Secundo sæculo legitur *in cap. statuimus dist.* 4. quòd Telesphorus Papa scribens Universis Episcopis, ac extendens ad Clericos tempus Jejunii præcipit, ut septem Hebdomadas plenas ante Pascha à carnibus Jejunent,

Tertio sæculo Origenes Adamantinus *lib.* 3. *in* Job. scribit. *quando jejunamus, à vino abstinemus nos, ut non gustemus carnem.*

Quarto sæculo *Can.* 51. Concilii Laodiceni; (quod Cabassutius *in notis Ecclesiast. ad idem Concil.* dicit celebratum sub Damaso Papa. Bartholomæus Mirand. *in summa Concil. Tom.* 2. sub Liberio Papa, quod testantur etiam fratres Pithoei in *cap. non oportet de Consecr. dist.* 3. in quo prædictus Canon transcribitur; omnes tamen conveniunt habitum fuisse sæculo quarto) statuit, quòd totam Quadragesimam jejunemus aridis vescentes; Explicat ibi Archidiaconus, *leguminibus, herbis, pomis, & similibus;* Cabassutius verò legit Græcè *Xerophagia*, idest commestione siccorum. *Xerophagiam* autem, ut explicat Tertullianus *lib.* 1. *adversus Psychicos observamus siccantes cibum ab omni carne, & Jurulentia &c.* & Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus, qui scripsit hoc eodem sæculo, abstinere à carnibus in Quadragesima dicit, in siccorum usu perseverare; *lib.* 3. *contra hæreses Tom.* 3. *in compendiar. Doctr. quæ habetur in fine;* Hoc eodem sæculo de abstinentia ab usu Carnium tempore

re Jejunii habetur testimonium Hieronym. *Epist. ad Eustoch. de Virgin. & lib. 5. adversus Jovinian. Basilii orat. 1. de jejun. Chrysost. Homil. 6. in Genes. Homil. 8. de Pœnit. & Homil. 59. ad Populum Antioch.*

Quinto sæculo, docet Augustinus *lib. 3. contra Faustum cap. 5.* in Quadragesima cessare usum Carnium, & *lib. 2 de moribus Manichaeor. cap. 13.* rationem reddit, cur à carnibus sit abstinendum; nec non Theodoret. Episc. Cyriæ *in Epist. Divin. Decret.* defendit hujusmodi abstinentiam ab usu Carnium.

Sexto sæculo S. Gregorius Papa, qui hoc sæculo sedit decem annis, & Anno Salutis 604. Pontificatus verò decimoquarto obiit, scribens Augustino Anglorum Episcopo *in cap. denique 6. dist 4.* decernit, ut iis diebus, quibus à carne animalium abstinemus; ab omnibus quoque, quæ sementinam Carnis trahunt originem, jejunemus; & in Concilio Gerundensi quod Anno 517. sub Hormisda Papa convocatum fuit *cap. 3.* præcipitur die Jejunii à Carnibus esse abstinendum.

Septimo sæculo Patres Concilii Toletani IV. sub Honorio I. *Can. 10.* testantur, quòd diebus Quadragesimæ à Carnibus est abstinendum; & in subsequenti Concilio Tolet. VIII. sub Martino Papa I. & Recesunto Rege, *can 9.* decrevere, ut qui sine inevitabili necessitate, & præcedenti permissione sacerdotis, diebus Quadragesimæ esum Carnium præsumpserit attentare à Communione die Resurrectionis arceretur, & ipsius Anni tempore ab omni Esu Carnium abstinere deberet; Et *in can 57.* inter eos, qui post sextam Synodum Constantinopoli in Trullo Regii Palatii facti fuerunt; declaratur, quòd, sicut ab omni mactabili, sic à Caseo, & Ovis, quæ sunt fructus eorum, abstineamus; aliàs Clerici deponantur, laici contravenientes segregentur.

Octavo sæculo habetur *Canon Pœnitentialis* 7. Venerabilis Bedæ, qui hoc sæculo floruit; ubi dicitur, quòd Jejunia, quæ pro pœnitentiis septem annorum imponebantur, erant sine Carne.

Nono sæculo, à Concil. Mogunt. I. sub Carolo Magno Imperatore *can. 34.* esus Carnium diebus Jejunii prohibetur; & Rabanus Maurus, qui eodem sæculo fuit Episcopus Moguntinus *de Instit. Cler. lib. 2.* reddit rationem hujus prohibitionis; non quia carnes malæ sint, ideo prohibentur, sed quia earum epulæ Carnis luxuriam gignant; cujus prohibitionis mentionem facit Amalarius Episcopus Treverensis *de Eccl. offic. lib. 1. cap. 3.* Et Patres

tres VIII. Synodi Oecumenicæ Constantinopoli habitæ contra Leonem Consulem, & Theodorum Protospatharium, qui impulsu Photii, & Michaelis Imperatoris adversus Ignatium Patriarcham falsum dixerant testimonium, inter alia declaraverunt, ut quatuor annis ab esu Carnium abstinerent.

Decimo sæculo vix classo habetur apud Burchardũ Episcopũ Vormaciensem loquentem de Triduano Jejunio à Galliarum Episcopis apud Viennam congregatis, indicto pertotam Galliam *lib.* 13. *cap.* 7. *Agamus, & nos hos dies cum summa reverentia, & devotione cum abstinentia Carnis.*

Undecimo sæculo Gregorius VII. *in cap. quia die de Consecr. dist.* 5. declaravit, quòd cùm dies sabbati apud Sanctos Patres in abstinentia celebris esset, quicumque se Christianæ Religionis participem esse desideraret, ab esu Carnium abstineret. Et in Concilio Salegunstadensi sub Benedicto VIII. & Henrico II. Imperatore *can.* 1. abstinentia Carnis, & Sanguinis præcipitur; In Concilio Claramont. sub Urb. II. *can.* 23. statuitur, quòd nullus Christianus à capite Jejunii usque ad Pascha carnem comedat.

Duodecimo sæculo innocentius III. *in cap. consilium §. præterea de Observat. Jejun.* declarat esum Carnium solùm infirmis posse indulgeri.

Tertio decimo sæculo, Honorius III. *in cap. explicari de Observ. Jejun.* similiter esum Carnium feria sexta concedit, quando in eam festum cadat Nativitatis Domini. Concil. Narbonense sub Greg. IX. & Ludovico IX. *cap. de Judæis* prohibet Judæis, ne comedant, vel publicè vendant Carnes illis diebus, quibus inter nos prohibentur; Claudat hæc sæcula D. Thom. qui floruit doctrina, ac sanctitate sæculo XIII. Et *in* 2. 2. *q.* 147. *Art.* 8. dicit hanc esse communem fidelium consuetudinem; & rationes insuper affert, quibus Ecclesia meritò præcepit Jejunantibus abstinentiam ab esu Carnium;

Hæc placuit nimis fortasse strictim congerere, ut unusquisque videat.

Primo quàm ineptè, quàmque dementissima temeritate Lutherus, Calvinus, Kennitius, Erasmus, & alii similes perditi Homines, si tamen homines merentur vocari, renovantes hæresim Joviniani, adversus quem scripserunt Hieronymus *lib.* 2. *adversus Jovinian.* & Augustinus *lib. de Hæres. cap.* 28. ausi fuerint reprehendere ciborum delectum in Jejuniis, qui in Ecclesia Catholica religio-

ligiosè servatur; & cujus observantiam districtè præcipit Concil. Triden. *sess.* 25. *de reform.*

Secundo, quàm dignus sit, ut ab Ecclesia reiiciatur, nisi pæniteat, qui præsumpserit carnibus contra obedientiam Ecclesiæ debitam diebus prohibitis uti; Peccatum enim Paganitatis incurrit, quisquis dum Christianum se asserit, Sedi Apostolicæ obedire contendit, *cap. siqui sunt dist.* 71.

Et ideo carnes comedentem diebus prohibitis sine inevitabili necessitate, non solùm Concilium Toletanum VIII. excommunicari mandabat; & Canones Pœnitentiales *in Pænit. Rom. Tit.* 7. *cap.* 11. *apud Acta Eccl Med. par.* 4. à communicando in Paschate arcebant; verùm etiam suspectum de hæresi dicunt *Marcus Ant. Genuen. Prax. Cur. Archiep. Neap cap.* 19. *n.* 11. *Farinacc. de Haeref. q* 78. *n.* 80. *Caren. de off. Sanct. Inqu Tit.* 15. §. 2. *n.* 2. *&* §. 3. §. 4.

Non igitur, concludamus Ambrosii verbis *Serm.* 36. *de utilit. Jejun. leve peccatum est indictum violare Jejunium*; ac proinde tale fateamur, quod non immerito à Prædecessoribus Nostris, & à Nobis reservaretur.

PRO CUJUS DECLARATIONE.

OMissis aliis divisionibus, quæ ad rem nostram non conferunt, Jejunium quadruplex est.

I. Generale, seu Commune, II. Particulare, seu locale, III. Votivum, IV. Pœnitentiale;

Generale, seu Commune illud est, quod certis ab Ecclesia institutis diebus, ab omnibus est observandum; *cap. pronunciandum* §. *indictum de Consecr. Dist.* 3. *cap. Jejunia de Consecr. dist.* 5. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 147. *Art.* 3.

Hujusmodi est Jejunium Quadragesimæ, quod ab Apostolis institutum Ecclesiæ universæ traditum fuit, *Can.* 68. *Apost. Hieron. ad Marcell. Leo Serm.* 6. *de Qadr. Bellarm. Controv. Tom.* 4. *de Bonis operibus lib.* 2. *cap* 14. *vers. vera igitur*.

Jejunium quatuor temporum, cujus originem ab Apostolica quoque traditione deductam ostendunt Bellarminus *d. lib.* 2. *cap.* 19. Azzorius *par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 25. *q.* 1. & de quo agitur *in cap. Jejunium cap constituimus, cap. statuimus, & seq. dist.* 76.

Jejunium feriæ sextæ, quod antiquissimum est, & cujus meminere

Can.

Can. 68. Apost. Ignatius Martyr Epist. ad Philipp Tertull. lib. de Jejun. Clem. Alex. lib. 7. Stromat. Hieronym. in cap. 4. ad Galat. August. Epist. 86. ad Casul & de quo loquuntur *cap. de esu Carnium cap. Jejunia de Consecr. dist. 3.*

Jejunium Sabbati, de quo, *in cap. illa dist. 12. cap. Sabbato de Consecr. dist. 3. cap. quia de Consecr. dist. 5.*

Jejunium Vigiliarum, de quibus *in cap. ex parte cap. consilium de observat. Jejun.* & de quibus scribunt *Abb. Host. Joan. Andr. in Rubr. de Observ. Jejun.* & satis fuso calamo *Azzor. d. Lib. 7. cap. 24. per totum.*

Particulare, seu locale est illud, quod non generaliter, sed in aliqua Civitate, loco, seu diœcesi est observandum; vel quia indictum ab Episcopo loci; vel quia ex consuetudine Episcopo approbante inductum; *cap. consilium §. de festivitate de Observ. Ieiun. ibiq. Fagnan n. 17. Less. de iust. & Iure lib. 4. cap. 2. dubit. 7. n. 50. vers. Dices Trullench. in Decal. lib. 3 cap. 2. dub. 5. n. 2.* vel quia Populus illi se obligaverit, ac Episcopus approbaverit, & cui non vi voti, cùm votum voventes solùm obstringat; sed vi consuetudinis, seu legis ab Episcopo media approbatione promulgatæ successores adstringuntur *Suarez. lib. 4. de Voto cap. 9. n 10. & 11. Bonacc. de Præcept. Decal. disp 4 q. 2. Punc. 5. §. 2. n. 20. Laym. lib. 4. Tract. 4. n. 6. Coroll. 1. Castropal. de essen. voti Tract. 15. disp. 1. Punc. 15. n. 3.*

Votivum est illud, quod non propter Ecclesiæ præceptum, sed ob votum ab eo emissum quis tenetur observare *cap. explicari de Observ. Ieiun.*

Pœnitentiale est illud, quod pœnitententibus imponitur *cap. Presbyter dist. 82.*

Qua divisione posita, Reservatio ad Jejunium Generale, & locale restringitur; quia in Ieiunio Votivo, & Pœnitentiali non violat quis legem ab Ecclesia, sed à se ipso, seu Confessario sibi datam *Tambur. de Præcept. Eccl opus posth. tract. 4. cap. 9. n. 17. & 18.* & comedens carnes diebus etiam prohibitis ab Ecclesia, duplex peccatum committit, unum contra præceptum ecclesiasticum, alterum contra votum, quod est distinctum, & diversum ab illo *Bonacc. de Sacr. Pœnit. disp. 5. q. 5. sect. 2. Punc. 2. § 3 distin 3. n. 24. vers. ex opposito Sanchez. de Matr. lib. 9. disp. 15. n. 6. Panimol. decis. 125. n. 20. Tambur. ubi supra n. 17.*

Comprehenduntur autem sub reservatione omnes, qui prædi-

ctis diebus Iejunii tam generalis, quàm localis carnibus non tantùm ex contemptu, sed etiam ex gulæ illecebris allecti vescuntur, *Homob de Casib. reserv. par. 2. cap. 7. Compreh. 1.*

Secundo, qui jus, seu liquorem ex carne confectum sumunt, vel olera comedunt in eo cocta *cap. si quis Presbyter dist.* 30. *& ibi Gemin. Homob. d. cap.* 7. *Compreh.* 1. *Bellocb. de Casib. reserv. par.* 2. *q.* 19. *n.* 73. *Tambur. ubi supra cap.* 3. *n* 6.

Tertio, qui lardum edunt; nam quicquid dicat Glossa in *cap. Presbyter dist.* 82. *verbo sagimine, & in cap. admonere* 33. *q.* 2. *verbo, carnem, quam* referunt *Abb. in cap. consuluisti de Iudais Silvester, & alii,* quibus plenè, & doctè satisfacit *Nicolaus Serarius in notis ad Epist. à Zacharia Papa S. Bonifacio primo Archiepiscopo Moguntino scriptam, qua est inter illas ejusdem S. Bonifac. Epist.* 142. *Tom* 13. *Maxima Biblioth. veter. Patr.* eorum sententia nullatenus est admittenda; Tum quia pinguedo ad carnem attinet, cùm sit illius condimentum *Galen. de Alim. facult. lib.* 3. *cap.* 11. nec non humor membranis contentus *Bartholin. lib.* 1. *Anatom. cap.* 3. *de Pinqued.* & membranæ partes sunt Animalis *Galen. de Nat. Hum. comment.* 1. ideoque ex communi Medicorum consensu Carnis nomine veniunt, maximè apud Recentiores, ex quorum oculari studio dubitari amplius nequit Pinguedinem majori ex parte in membranas resolvi, atque ita carnibus immisceri, ut unum faciant cum Carne; Tum etiam quia quicquid pariter sit de locis illis, ubi consuetudo invalescere potuit lardum in defectu olei usurpandi, de quibus Laym. *lib.* 4. *Tract.* 8. *cap.* 1. *n.* 5. nec non Castropalaus, qui à Nobis non dissentit *Par.* 7. *de virt. Prud. & Temper. disp.* 3. *Punc.* 2. §. 1. *n.* 8. communis est Christianorum usus, præsertim apud nos inviolabiliter servatus, quòd nullus diebus Ieiunii comedere illud audeat; Et quotiescumque dubitatur, an aliquid ad naturam Carnium accedat, consulendus est usus, vel sententiæ Medicorum est inhærendum *Bonacc. tom.* 2. *de Praecpt. Eccl. disput. ult q.* 1. *Punc.* 2. *n.* 1. *Carena de offic. Sanctis. Inq. par.* 2 *tit.* 15. §. 2. *n.* 6. *vers. quart. Trullench. in Decal. lib:* 3. *cap.* 2. *dub.* 2 *n.* 8. ubi statuit Regulam, quòd dispensatus ad ova, & lacticinia, non intelligitur dispensatus ad lardum, quia ad Carnes attinet.

Quarto, qui transacta media nocte Carnisprivii, seu aliorum Dierum Ieiunio præcedentium ob ingluviem vescuntur Carnibus *Homob. d. cap.* 7. *compreh.* 4. *Bellocb. d. q.* 9. *n.* 72.

Quin-

Quinto, qui licentiam obtinent ex falsa causa Superiori Ecclesiastico, seu Medico narrata *Homob. d. cap. 7. compreh. 5.* secus verò, ubi iustè, & cum ratione sibi tributam arbitrentur, licèt in ea refallantur. *Less. de Iust. & Iure lib. 4. cap. 2. dubit. 5. n. 34. vers. si quis. Homob. d. cap. 7. Except.* 8.

Excipiuntur tamen à Reservatione.

Primo Pueri usu rationis carentes, nec doli capaces, quales communiter sunt ante septennium; *Ioan. Sanch. disp. 51. n. 31. Trullench. d. dub. 2. n. 11. Diana par. 1. Tract. 9. Resol. 42. Homob. & Belloch. locis cit.*

Secundo qui sumerent valde exiguum frustulum Carnis *Bonacc. de Praecept. Eccl. disput. ult. q. 1. Punc. 2. n. 2. vers ex dictis.*

Tertio qui Carnem comedunt inadvertenter, modò cùm animadvertant ab ejus esu abstineant *Belloch. d. q. 9. n. 77.*

Quarto qui justam, & certam causam habent eam comedendi *Azzor. par. 1. lib. 7. cap. 29. q. 2.* vel in aliquo urgenti casu Episcopum, vel Deputatos, & Medicos facilè adire non possunt *D. Thom. 2. 2. q. 147. Art. 4. Homob. d. cap. 7. Except. 4.*

Quinto tandem, cum Esus Carnium dumtaxat reservetur, licèt comedentes ova, & lacticinia tempore quadragesimae graviter peccent, quemadmodum etiam aliis diebus vetitis, ubi consuetudo eas non comedendi viget *D. Thom. 2. 2. q. 147.* à reservatione tamen excipiuntur, quia ova, & lacticinia partes animalium non sunt *Hippocr. lib. 2. de Nat. Puer. & lib. 2. de Dieta Galen. de simpl. Med. facult.* sed animalium fructus *Can. Trull. 57.* & ideo caro non sunt *idem Galen. lib. 12. Meth. med.* ac proinde interdicto esu Carnium non intelliguntur ova, & lacticinia interdicta; quemadmodum contra Covarruv. determinant *Azzor. d. lib. 7. cap. 10. q. 2 Trullench. d. dub. 2. n. 8. Reginald. lib. 4. cap. 13. n. 145. Bonacc. d. Punc. 2. n. 4.*

SEXTUS CASUS.

VI. Cohabitatio cum Hebraeis, ac in eorum famulatu subiectio, nec non eorum ritibus cooperatio.

NUnquam credidissemus Christianos, suam dignitatem oblitos, tanto nostrae Religionis dedecore fuisse se Hebraeis submissuros,

furos, ut coacta Ecclesia fuerit, ne cum illis cohabitarent, ne illis inservirent, & multò minùs cum impietatibus eorum communicarent, tam frequenter gravibus pœnis inhibere.

Et sanè in ipsis Ecclesiæ primordiis legimus, quòd ab Apostolis in Concilio habito Hierosolymis, Præside D. Petro, Anno Christi Domini 44. statutum fuit *can.* 70. ne quis cum Iudæis dies festos ageret, aut Xenia, vel Azyma reciperet; & *can.* 71. ne quis oleum in eorum Synagogas deferret, neque lucernam accenderet; aliàs Clericus deponeretur, laicus segregaretur; S. Ignatius verò Martyr tertius post Petrum Antiochiæ Episcopus scribens ad Philippenses in fine Epist. contestatur Episcopis, & Clericis, quòd *si quis cum Iudæis celebrat Pascha, aut Symbola festivitatis eorum recipit, particeps eorum est, qui Dominum occiderunt, & Apostolos ejus.*

Secundo sæculo refert S. Martyr Irenæus, Episcopus Lugdunensis, *lib.* 3. *cap.* 3. *advers. Hæres*; quòd cùm Apostolus Ioannes iret Ephesum lavari, statim ac vidit in Baleno Cerinthum inimicum veritatis, quem Circumcisum dicit Epiphanius *lib* 1. *Hæres.* 28. è Schola Pharisæorum Cornelius à Lapide *Epist ad Roman. cap.* 13. illicò aufugit, nec ad momentum quidem passus fuit in eodem loco, ubi erat Cerinthus, commorari; *Tantum Apostoli* [subiungit Irenæus] *& horum Discipuli habuerunt timorem, ut neque verbo te us communicaret alicui eorum, qui adulteraverant veritatem;* Quo Irenæi exemplo postmodum usus fuit Agobardus ejusdem septimo post sæculo successor, Archiepiscopus Lugdunensis *lib. de Iudaic. superst.* ad ostendendum, quàm soliciti esse debeamus de omni Iudæorum conversatione fugienda; nec non Hyginus eodem secundo sæculo Pontifex *Epist.* 2. *ad Athenien.* indixit; ne quis cum Iudæis manducaret.

Tertio sæculo vix elapso in Concilio Elibertino, habito sub Marcello I. Anno 305. *can.* 50. sancitum fuit, quòd, qui cum Iudæis cibum sumpserit à Communione abstineret; In Concilio Laodicæno sub S. Silvestro I. Anno 318. *can.* 37. & 38. decretum fuit, quòd ab illis nec feriatica, nec azyma acciperentur, neque cum eorum communicaretur impietatibus; In Concilio Carthaginensi III. (licèt vulgò quartum vocetur) relato *in cap. Augur. c.* 26. *q.* 1. declaratum fuit, quòd inhærentes Iudaicis superstitionibus à Conventu Ecclesiæ seperarentur.

Quarto eodem sæculo Imperatores ipsi eorum Constitutionibus coacti

coacti fuerunt Dignitati, ac indemnitati Christiani nominis consulere. Constantinus enim sancivit, ut servi Christiani protinus ab Iudæis removerentur; *L. 2. Tit. 8. lib. 16. C. Theodos.* Constans, & Constantius ejus filii paternam legem, ex testimonio Sozomeni, confirmarunt; *Histor. Eccl. lib. 3. cap. 16.* Theodosius, & Valentinianus, ne Judæi retinerent Mancipia Christiana prohibuerunt, Nefas existimantes; *religiosissimos famulos, impiorum emptorum inquinari dominio L. unica C. ne Christ. mancip.*

Quinto sæculo Concilium Veneticum, habitum in minori Britannia sub Leone Papa I. circa Annum 450. *can.* 12. constituit; quòd nec ad eorum Convivia Christiani accederent, nec eos exciperent ad sua.

Sexto sæculo fuit idem Decretum confirmatum, & renovatum in Concilio Agathensi sub Symmacho Papa Anno 505. *can* 40 qui refertur *in cap. omnes c.* 28. *q.* 1. Similiter in Concilio Epaonensi sub Hormisda Papa, & Childeberto Rege Francorum *can* 15. Judæorum convivia interdicuntur; In Concilio Aurelianensi sub Vigilio Papa, & sub eodem Childeberto Rege *can.* 13. illis interveniententes annuali subiiciuntur excommunicationi; nec non sub eadem pœna Judæorum Conviviis interesse, illisque deservire interdicitur à Concilio Matisconensi I. sub Pelagio II *can.* 15. *&* 16. Cuius interdicti ratio redditur in *cap. præsenti de Judæis, quia nefas est, quem Christus redemit, Blasphemum Christi in servitutis vinculis detinere*. Quapropter S Gregorius scribens Episcopo Lunensi in *cap. Multorum de Judæis secundùm primam Collect. cap. 3. eod. Tit. apud Gonzal. & fratres Pithoeos* graviter dolebat, quòd permitteret mancipia Christiana in Iudæorum servitio detineri; quia relinquebatur occasio, *ut superstitioni Iudaicæ simplices animæ non tam suasionibus, quàm potestatis iure quodammodo deservirent*.

Septimo sæculo; Patres sextæ Synodi congregati Constantinopoli in Trullo Regii Palatii *can.* 11. *relato in cap nullus c.* 28. *q.* 1. decreverunt, ut excommunicarentur, qui Iudæorum Azyma comederent, qui cum eis habitarent, aut Balneo lavarentur. Et Concilium Toletanum IV. sub Honorio I. Anno 671 *cap* 61. *relato in cap. sæpe c.* 28 *q.* 1. præcipit, ut nulla sit communio cum illis, *ne fortè eorum participatione subvertantur*; nec non *in cap.* 65. ejusdem Concilii interdicitur Hebræis inservire; *cum nefas sit, quòd membra Christi serviant Antichristi Ministris*.

Octa-

Octavo sæculo à Concilio Romano convocato sub Zacharia Papa, Anno 743. *can.* 10. qui vendidisset servum Christianum Hebræis excommunicabatur.

Nono sæculo Concilium Meldense sub Sergio Papa II. & Carolo Calvo Rege *can* 73. prohibet Iudæorum Convivia, simulque statuit, ut cum eo, qui fuerit illis inquinatus, Clerici panem non comedant; Et Agobardus, qui fuit hoc sæculo Archiepiscopus Lugdunensis, Bernardus, ac Eaor ejusdem Coepiscopi, scribentes Ludovico Pio Imperatori *de Iudaicis superstitionibus*, ejusque opem ad refrenandam insolentiam, & importunitatem Iudæorum implorantes testantur, *quòd omnes Ecclesiarum Gallicanarum reverentissimi Gubernatores totam Iudæorum ex integro pollutissimam societatem fugiendam penitus Christianis omnibus esse sanxerunt.*

Duodecimo sæculo Concilium Generale Lateranense III. sub Alex. III. *cap.* 26. *relato in cap. Iudæi de Iudæis* jubet excommunicari, qui cum Iudæis habitare præsumpserint; nec non idem Alex. præcipit Episcopo Massiliensi juxta additionem ibi Gonzalez; ut generaliter cunctis edicat, ne quis Christianorum audeat in Iudæorum servitio commorari, *ne forte ex ipsorum conversatione ad Iudaismi perfidiam convertatur*; *Et in cap. ad hæc de Iudæis* mandat idem Pontifex, ut penitus interdicatur omnibus Christianis, & si necesse fuerit Ecclesiastica districtione compellantur, ne Iudæorum servitio assiduè pro aliqua mercede se exponant; *Iudæorum enim mores, & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili*; sunt verba ejusdem Alex. III. *ob continuam conversationem, & assiduam familiaritatem, instigante humani generis inimico, ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium animos inclinarent.*

Decimo tertio sæculo Innocent. III. districtè prohibens *in cap. etsi Judæos* 13. *de Iudæis*, ne Iudæi servientes Christianos habere possint, scribit Archiepiscopo Senonen. & Episc. Parisien. quòd, nisi Iudæi Christianos servientes dimiserint, sub Excommunicationis pœna districtè omnibus Christianis inhibeat, *ne cum eis commercium aliquod audeant exercere*; & in Concilio Lateranensi IV. sub eodem Innoc. III. celebrato *can.* 67. decernitur, *ut Christiani, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellantur ab eorum commerciis abstinere*; Nec non Innoc. IV *Constit.* 2. §. 5. *edita* 7. *Idus Maii* 1244. firmiter inhibet, & ipse; ne Iudæi servientes habeant Christianos; *ne filii liberæ filiis famulentur ancillæ*;

cadit

cadit hic ratio, quam adfert Honor. III. qui hoc eodem sæculo sedit, in Epist. ad omnes Archiep, & Episc. per Hungariam constitutos *in cap. unico de Iudæis in quinta compilat. apud Cironum; nefas est, ut Sacri Baptismatis unda renatus infidelium ritu, vel conversatione fœdetur; seu Blasphemus Christianæ religionis redemptum Sanguine Christi Domini obnoxium detineat servitutis.*

Decimo quarto sæculo; Concilium Sabiniense, seu, ut alii dicunt, Palentinum, quia fuit convocatum apud Vallem Oleti Palentinæ Diœcesis sub Ioanne XX. *cap.* 21. firmiter inhibet sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, *ne Christiani Iudæorum, aut Saracenorum nuptiis, vel sepulturis interfint, nec eorum ritus in his signanter aliqualiter imitentur*; & Patres Concilii Ravennat. sub Clem. V. *Rubr.* 23. animadvertentes, quòd ex Iudæorum conversatione multa mala scandala provenirent, declararunt, quòd nec etiam illi reciperentur ultra mensem ad habitandum alicubi, nisi in locis, in quibus synagogas haberent.

Decimo quinto sæculo; Concilium Generale Basileense sub Eugenio IV. *sess.* 19. renovat *omnia Decreta Anteriorum Conciliorum, quibus Christianis Communicationes cum Iudæis in fide, moribus, victu, potu, & Commerciis interdicuntur.*

Decimo sexto sæculo; Paulus IV. *Const.* 3. *cum nimis* edita *Pridie Idus Iulii* 1555. similiter declarat, quòd Iudæi *cum ipsis Christianis ludere, aut comedere, vel familiaritatem, seu conversationem habere nullatenus præsumant*; Quam Constitutionem confirmavit Pius V. *Const. Romanus Pontifex 6.* 15. *Kalen. Maii* 1566. nec non Clemens VIII. *Constit. Cæca, & obdurata* 19. *Kalen. Martii* 1590. & vigilantissimus Pastor D. Carolus *in Concil. Mediolanen.* I. decernit *in Tit. de Iudæis*, ne Christiani ad Convivia, ad nuptias, vel dies festos, & Synagogas Iudæorum accedant, cum eis ludant, choreas agant, illis in famulatu sint; Et in Concil. Mediol. V. *Tit. quæ ad fidei tuen. stud.* mandat, ut prædictæ Constitutiones Paul. IV. Pii V. omninò observentur, & præsertim quòd Iudæi sint ab habitationibus Christianorum seiuncti, & hi nullatenus illorum Cæremoniis, ac Ritibus inserviant.

Decimo septimo sæculo; liceat tandem Nobis etiam Constitutiones nostræ Pisanæ Diœcesis adferre, quibus vigilantissimi Nostri Prædecessores, ne Iudæorum pravitate, ac superstitione ex eorum familiaritate oves sibi creditæ inficerentur, sanxerunt in

X Syno-

Synodo habita *Anno* 1616. *& Anno* 1625. *in utraque Tit.* 5. *de Iudæis*, ne quis cum Iudæis in iisdem ædibus habitaret, & commoraretur, ne ad illorum Convivia, nuptias, dies festos, & Synagogas accederet; nullus cum illis ederet, luderet, choreas ageret, nullus esset illis in famulatu; In Synodo verò convocata *Anno* 1659. *& Anno* 1678. *in utraque cap.* 4. inhibuerunt ulteriùs, ne quis vespere feriæ sextæ, et integro Sabbati die ignem, aut lumen illis accenderet, seu azymos panes conficeret, ne videretur eorum ritibus cooperari.

Ex hoc igitur quòd Ecclesia adeò solicita fuerit de prohibenda sub gravibus pœnis omni communicatione Christianorum cum Hebræis, ut omni fere sæculo Conciliares, seu Pontificiæ emanaverint Constitutiones, facilè quis cognoscere poterit gravitatem hujus Culpæ, quam Nobis reservamus, & Prædecessores Nostri sibi reservarunt.

Faciliùs tamen hanc gravitatem cognoscet, si perpendat etiam hujus prohibitionis finem, qualis est, ut decor Christianæ religionis conservetur, & perversionis periculum vitetur, quemadmodum cognoverunt; *Alex. Navo in Addit. ad Archid. in cap. nullus c.* 28. *q.* 1. *Azzor. Instit. Moral. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 22. *q.* 2. *Trullench. in Decal. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 20. *n.* 1. *Laym. lib.* 1. *Tract.* 2. *cap.* 17. *n.* 1. *vers. dico, & alii.*

Claudam igitur hanc adnotationem, obiiciens illis, qui à tam damnata, tamq; injuriosa Christiano nomini familiaritate cavere nolunt, illud Chrysostomi *advers. Iudæ. orat.* 1. *Tom.* 5. *Illi crucifixerunt Christum, tu crucifixum adoras; Vides quantum intersit? qui fit igitur, ut ad illos, qui Christum occiderunt curras profitens te adorare Crucifixum.* Audiant; si verò hæc contempserint, meritò timeant, ne illis exprobretur ab eo, qui nos judicaturus est, illud pariter ejusdem Chrysostomi *Advers. Iudæ orat.* 3. *d. Tom.* 5. *Discedite, non novi vos; communicastis enim cum his, qui me crucifixerunt.*

PRO CUJUS DECLARATIONE.

TRia continet Reservatio, singula seorsum declaranda.

Primo. *Cohabitationem*. Cujus prohibitionis præcipua Causa est periculum subversionis: periculum profectò magnum ob venenosam consortii malorum naturam tantum contagionis ad alios infi-

inficiendos habentis, *cap. sæpè malorum c. 28. q. 1.* ut quovis morbo pestifero, ad mentem Abbatis Nili unius ex discipulis D. Chrysostomi *in libr. Ascet*, perniciosius sit existimandum; Maximum verò ob cæcum, & effrenatum odium, quo perfidi Iudæi Crucem Christi prosequuntur *cap. licet universus 23. de Testib.*, nostræque Fidei insultant *cap. etsi Iudæos de Iudæ. L. hac valitura C. eod.* Inter alias enim impias ordinationes, quas illi habent contra Fidem Catholicam, & contra Christianos conversantes cum eis, à quibusdam Rabinis; nempe Rubbenu, & Rab-Ase, post Annos 435. à Passione Christi descriptas in libris Thalmud quas, tamquam legem datam ore tenus à Deo ipsi Moysi, retinent, ac observare ita tenentur, ut pœna mortis imponatur neganti aliquid ex his, quæ in dicto volumine continentur; legitur hæc ordinatio: *non liceat nobis confœderare cum Idolorum cultoribus*; tales nos Christianos dicunt, *nec pacem tractare cum iisdem, nisi laborare, ut convertantur ab eorum erroribus, aut interficere illos*. Quid igitur? Ambigendum ne erit an adsit periculum subversionis, ubi est obligatio subvertendi? ubi habetur pro lege perfidia? Hanc autem Ordinationem, unà cum aliis magis etiam execrandis videre poteris apud Hieronymum à S. Fide, qui ex Iudæo factus Christianus, de mandato Benedicti XII. Anno 1412. ex libris Thalmud ad detegendam, simulque refrenandam Iudaicam impietatem eas fidelissimè collegit *lib. 2. contra Iudæos cap. 5. & 6.*

Quamobrem sub Reservatione regulariter omnes comprehenduntur, qui cum Iudæis in eadem Domo cohabitant.

Excipiuntur tamen, qui occasione itineris Iudæos in eodem Diversorio fortuitu reperiient *Barbos. in cap. omnes c. 28. q. 1. n. 2.* vel ex alio simili casu, seu necessitate ad horam, vel diem comedere, & habitare in eodem loco compellerentur; maximè quòd habitare non dicitur, ubi momenti causa quis inhabitat, sed ubi moratur *Pignatt. Consult. 122. n. 2. Tom. 4.*

Similiter excusantur ob parvitatem materiæ, quod commune est omnibus præceptis *Castropal. de Infidel. Tract. 4. Disput. 2. Punc. 9. §. 9. n. 17. Trullench. in Decal. lib. 1. cap. 3. Dub. 10. n. 1.* Et quòd non tam strictè sumendum esset in iis, qui sunt ita firmi, ac stabiles in fide, ut ex eorum Communicatione speranda magis esset Iudæorum Conversio, quàm timenda eorum Aversio à fide; Hi enim ex sententia D. Thomæ *2. 2. q. 10. Art. 9. in corpore*, non

prohibentur cum Iudæis communicare, maximè si necessitas urgeat.

Nec non, qui Iudæos convertere nituntur; ut faciliùs contracta familiaritate eos ad veram Fidem attrahere valeant *cap. quàm sit de Iudæis ibiq. Hostien. in princip. Ant. Butr. n 6. Abb. n. 2 Soccin. n 1. Barbos. in d. cap. omnes. n. 3. Castrop. d. §. 9. n. 13. vers. adverto secundò.*

Tandem qui habentes Iudæum servum, illum Domi retinent. *Bonacc. in decal. Dub. 3. q. 2. Punc. 6. n. 2. vers. primus Casus Castroval. d. §. 9. n. 8. Marq. de Juda. par. 3. cap. 5. n. 10.* Ex sententia enim D. Thomæ 2. 2. *q. 10. Art. 9. ad 3. Magis probabile est, quòd servus, qui regitur imperio Domini, convertatur ad fidem Domini fidelis, quàm è converso;* tenerentur tamen, ut dicit idem D. Thomas, si periculum ex communione hujusmodi servi immineret, eum à se abiicere.

Secundò *In eorum famulatu subiectionem.* Cujus item prohibitionis ratio non solùm est subversionis Periculum, sed etiam conservatio decoris Christiani nominis, ne videantur Christianis Iudæi Superiores Abbas *in cap. ad hæc de Judæis n. 1.* Quid enim magis dedecet, quàm quòd Christi sanguine redemptus, filiorumque Dei libertatem adeptus, tam indigna sui abiectione Iudæis famuletur, qui omnium contemptissimi, suaque culpa perpetuæ, ac abiectissimæ servituti submissi sunt? ita ut nec etiam Domini à Pauperibus Christianis vocari debeant *ex allegata Constit. Cum nimis Pauli IV. §. 11.*

Ex quo, cùm utraque ratio militat tam in his, qui famulantur Iudæis erga eorum personas Domi, quàm extra Domum, utrique sub reservatione comprehenduntur, ut reprobata opinione Hostiensis concludunt *in cap. ad hæc de Judæis Abbas n 1. Felin n. 1. Ioan. Andr. n. 1 Anton. Butr n. 3. Azzor. par. 1. lib. 8. cap. 22. q. 7. Trullench. in Decal. lib. 1 cap. 3. Dub. 20. n. 7. Marquard. de Judæis par. 1. cap. 4. n. 14. Anton. de Sousa in Aphor. inquis. lib. 1. cap. 36. n. 16.* nec videtur dissentire Bonacc. qui *d. Punc. 6. n. 2. vers. primus casus*, sub nomine famulatus intelligit, *ministerium erga personas Iudæorum præstitum;* quod verificatur tam in iis, qui præstant servitia personalia Domi, quàm extra Domum; cùm semper verum sit quòd ministeria erga Iudæorum personas præstare dicantur; Et ideo cùm duplex sit servitium, aliud Reale, aliud Personale. *Ioan. Andr. & Ioan. de Anania n. 1. in cap. multorum de Iudæis*, Opinio

nio Hostiensis procedere posset de servitio reali; non verò personali, quemadmodum ad illud tantùm attinent exempla, quæ ille affert *in Rubr. de serv. Judaor. n.* 4.

Hinc excluduntur à Reservatione;

Qui in horam, vel diem Judæis operas suas locant; cùm hi non dicantur subiici famulatui, cavere tamen debent, ne apud eos cibum capiant *Conc. Med.* I. *par.* 3. *Tit. de Jud.* §. *ne Christiani*, *Const. Nostra Synod. cap.* 6. §. *verùm*.

Similiter Artium professores, qui in Mechanicis, & de suo artificio necessaria ministrantes illis reale servitium præstant D. Thom. *d. q.* 10. *Art.* 11. *ad* 3. *Abbas Feln. in alleg. cap. ad hac Azzor d. q.* 7. *Trullench. d. Dub.* 20. *n.* 7. *Marq. d. cap.* 4. *n.* 14. dummodo tamen in eorum domo, neque cum illis cohabitent.

Nec non, qui eorum Agros colunt *cap. Multorum de Judeis, ibiq' Abbas n.* 1. *Feln. n.* 1. *Joann. Andr. n.* 1. *Barbosa n.* 2. *Gonzal. n.* 2. *D. Thom. d. q.* 10. *Art.* 11. *ad* 3. dummodo tamen quò ad personam illis non famulentur; nec & hi simul cum illis habitent.

Quemadmodum illi, qui manent in eorum Apothecis tanquam Ministri, observatis tamen declarationibus, ac limitationibus, de quibus in nostris Synod. Constit. *cap.* 6. §. *licet*, & §. *prohibemus*.

Tertiò *eorum Ritibus cooperationem*. Sub qua parte reservationis continentur omnes, qui eos adiuvant, vel cum eis concurrunt ad eorum Judaicos ritus, & superstitiosum cultum exercendum. *Navarr. Consil.* 1. *de Judais n.* 1. *Azzor. d. cap.* 22. *q.* 6. *per totam*.

Tales præsertim sunt, qui ignem, seu lumen illis accendunt vespere feriæ sextæ, integroque Sabbati die, ut ritum judaicum, quo accendere prohibentur, servare possint; contra quos tanquam eorum superstitionibus in ludibrium Christianæ Religionis cooperantes procedere potest Sacrum Inquisitionis Tribunal, *Carena de off. Sancta Inquis. par.* 2. *Tit.* 14. *n.* 37. qui testatur, sic pluriès rescriptum à Sacr. Congr. Sanc. Rom. Univers. Inquis. nec non cautum fuisse quadam Const. Nicol. V. quam allegant *Riccioll. de Jur. Pers. ex Eccl. Grem lib.* 2. *cap* 39. *n* 18. *Sperel. decis.* 112. *n.* 96.

Simili ratione, qui cibos illis eodem die parant, vel Azyma ex observatione legis Moysis illis conficiunt; cooperantur enim ritui superstitioso actione non indifferenti, sed ex sui natura ad illum directa *Azzor. d. cap.* 22. *q.* 6. *vers. ad extremum Trullench. d. cap.* 3. *Dub.* 20. *n.* 6. *vers est autem*.

Item

Item qui locarent operas suas ad Synagogas construendas; vel ad veteres, seu ruinosas reparandas, quas D. Chrysostomus *Orat. 2. in fine Adverſ. Judaos* appellat *speluncas latronum*, *Damonum habitacula*. *Navar. Man. cap.* 17. *n.* 35. *& lib.* 5. *de Judais Conſ.* 1. *n.* 2. *&* 9. *Azzor d. q.* 6. *verſ. ad extremum; & cap.* 24. *q.* 14. *per totam Trullench. d. Dubit.* 20. *n.* 6. Quotiescumque enim, ex D. Thoma 2. 2. *q.* 169. *Art.* 2. *ad* 4. Aliqua ars est ad faciendum opus, quo homines uti non possunt absque peccato, Artifices illud faciendo peccant.

Nec non, qui lapides, ligna, seu cæmenta ad Synagogarum præcisè constructionem, seu reparationem venderent; *Azzor. d. cap.* 24. *q.* 14. *Navar. d. Concil.* 1. *n.* 2. *&* 9.

Eximuntur tamen à Reservatione.

Qui operas locarent, vel lapides, aut ligna Judæis venderent ad alias Domus, seu mansiones ædificandas, licèt postea illis uterentur ad Synagogas construendas *Azzor. d. q.* 6. vel ad alium bonum finem; licet illis ad hunc pravum finem abutantur *Trullench. d. Dubit.* 20. *n.* 6.

Quemadmodum, qui pariter ad aliquem finem bonum, Agnum, seu ramusculos Myrti iisdem venderent, etiamsi illo ad mactandum, & edendum more Judaico in Paschate, his vero ad festa Scenopegiæ celebranda postmodum abuterentur. *Navar. de Judais d. Conſil.* 1. *per totum*; *Azzor. d. q.* 6. *per totam Trullench. d. Dubit.* 20. *n.* 6. Regula est enim communiter recepta, quæ deservire potest Confessariis pro similibus casibus definiendis; quòd si ea, quæ locantur, seu venduntur Judæis per se, & natura sua ad superstitiosos eorum ritus, & cæremonias spectent, nullo modo liceat locare, seu vendere; quià per se mala sunt, nec possunt Judæi illis bene uti; Si verò sint indifferentia, & ex parte locantium, seu vendentium finis pravus non habeatur, sed bonus nempe quærendi sibi pecuniam, vel ad necessitatem avertendam, vel ad suam utilitatem consequendam, non est illicitum, cùm eorum malus usus totus tribuatur malitiæ malè utentium, qui benè uti potuissent *Navar. d. Conſil.* 1. *n.* 9 *Azzor. d. cap.* 24. *q.* 14. *per totam Trullench. d. Dubit.* 20. *n.* 6. *Anton. de Sousa in Aphor. Inquisit. lib.* 1. *cap.* 36. *n.* 12.

Tandem qui ingrediuntur Synagogas, ut ornatum, & structuram spectent illarum, & ut irrideant eorum vana, & superstitiosa;

eaque

eaque commodiùs confutent *Azzor. lib. 9. cap. 11. q. 3. par. 1. Anton. de Sousa d. cap. 36. n. 12. Trullench. d. Dub. 20. n. 1. Sanchez. d. cap. 31. n. 18.*

Secus verò, ut assisterent eorum festis, seu Tabernaculis vel ornamenta florum, vel candelas ad eorùm usum componerent, vel aliud simile servitium præstarent pro prædictis festis, Synagogis, seu Tabernaculis, quæ ex sententia D. Chrysost. *Orat. 4. Adversf. Iudaos. nihilo sunt honestiora Diversoriis, in quibus scorta versantur;* & ad mentem D. Thomæ 2. 2. *q. 10. Art. 11. Idolatria comparantur*. Azzor. Trullench. Anton. de Sousa *loc. cit.*

SEPTIMUS CASUS.

VII. Suffocatio Puerorum, sub quo casu comprehenditur eorumdem detentio sine capsula in lecto ante annum completum.

EO major debet esse in exigenda debita infantium custodia, dum retinentur in lecto, nostra solicitudo, quò minùs hi possunt per se ipsos, vel periculum, cui exponuntur præcavere, vel non præcaventes superare.

Nec desunt exempla, quibus de hoc admonemur periculo; Filius ille mortuus, pro quo duæ mulieres coram Rege Salomone acerrimè litigarunt, ab ipsa matre dormiendo fuerat oppressus. *Mortuus est autem* legitur *in lib. 3. Regum filius mulieris hujus nocte; dormiens quippe oppressit eum;* quia, ut explicat Cornelius à Lapide, *volnendo se incubuit super infantem, eumque mole corporis sui suffocavit.*

Quòd cùm frequenter inexcusabili Parentum incuria contingere soleat, Stephanus V. scripsit Humberto Episcopo Moguntino Anno 888. *in cap. consuluisti c. 2. q. 5. Monendi sunt, & protestandi parentes, ne tam tenellos secum in uno lecto collocent, ne negligentia qualibet proveniente suffocentur, vel opprimantur, unde ipsi homicidii rei inveniantur.* Et Sanctus Carolus veteris ecclesiasticæ Disciplinæ restaurator, statuit item ipse in Concilio Mediolan. IV. *par. 2. Tit. Qua pert. ad Sacr. Bapt.* quòd Parochi frequenter Populum monerent, ne huiusmodi infantes secum retinerent in lecto, gravissimasque pœnas contra illos, si secus fecerint, ab eodem sancitas evulgarent.

Nec immeritò; dicuntur enim indirectè voluisse homicidium, qui

qui diligentiam, quam ad id præcavendum adhibere debent, non adhibent, nec ea removent, ex quibus illud sequi potest, & removere tenentur. *D. Thom.* 2. 2. *q* 64. *Art.* 8. *in corp.*

Propterea Clemens III. *in cap quæsitum* 7. *de Pœnit. & Remiss.* declarat; quòd Sacerdotes Græci, quibus legitimo matrimonio uti licet; *si ipsis studiosè negligentibus*, scilicet, ut hic exponunt Hostien. & Ioan. Andr. studiosam non adhibentibus custodiam *filii reperiantur in lectis oppressi*; *ab officio Altaris debeant perpetuò abstinere*.

Quam damnabilem negligentiam in prædicto *cap. quæsitum Ioan. Andr. n.* 1. *Cardin. n.* 2. *& Henricus VVagnerecb*, idem esse dicunt ac latam culpam; *Anton. Butrius n.* 3. *Abb. n.* 2. *Fagnan. n* 6. æquiparant dolo etiam in foro pœnitentiali; Et ideò studiosam, seu necessariam custodiam non adhibentes dicuntur graviter peccare. *Cajet. in D. Thom.* 2. 2. *q.* 64. *Art* 8. *circa medium*, quem sequitur *Navarr. Manu. cap.* 15. *n.* 13. *vers. decimo octavo*, *nec non Armil. Ioan. Bapt. Corrad. Graff. Clau. Reg. apud Belloch. de Casib. Reserv. par.* 2. *q.* 1. *n.* 404. *& alii*.

Quin etiam si filius reperiretur mortuus in lecto, nec sciri posset, an à Patre, seu Matre fuerit suffocatus, an verò propria morte defunctus, declaravit nihilominus Lucius III *cap. de Infantibus, de his, qui fil. occid. quòd non debent inde securi esse Parentes*, *nec sine pœnitentia*; quam dies quadraginta definiebat agendam Pœnitentiale Romanum *Tit.* 1. *cap.* 30. *apud Gonzal. in d. cap. de Infantibus n.* 1.

Quòd si parentes non lateat ipsos interfectores fuisse, licèt non voluntate, sed negligentia, ad tres annos pœnitentiam protrahendam esse, unumque ex his in pane, & aqua dicit idem Pontifex Lucius in *allegato cap. de Infantibus*; quod priùs decreverat Concilium Parisiense cap. 5. pro ut legitur apud Burchard. Episc. Vormacien. *lib. Decret.* 17. *cap.* 59. nec non admittunt *Vivian. in Ration. ad prædictum cap. de Infantibus*, *& Cansius ad Rubr. de his*, *qui filios occider. n.* 2.

Ad quinque annos verò, si filius oppressus adhuc Baptizatus non fuerit, eam extendunt Canones Pœnitentiales apud Acta Ecclesiæ Mediolanensis *par.* 4.

Ad sex indifferenter, Canones Isaacii Episcopi Lingonensis *Tit.* 2. *de Homicid. can. ult.* nec non Capitulare Caroli *lib.* 4. *cap* 297.

Ad septem, Cardin. Hostiens. in *Summa ad Rubr. de his*, *qui fil. occid.*

occid. n. 3. Anton. Butr. *ad d. cap. de Infantibus n.* 5.

Tandem Sanctus Pontifex Petrus Cælestinus V. Arbitrio Sacerdotis hujusmodi pœnitentibus pœnitentiam injungendam reliquit *Opusc. 9. par. 7. cap. 6.*

Verùm, cùm proprium Pastoris officium sit futuris casibus prudenter occurrere *cap. in nomine Domini Dist.* 3. magisque consultum sit gravissimo huic suffocationis periculo pastorales partes impendere, ne sequatur, quàm sequutam suffocationem gravi pœnitentia vindicare, nunquam satis laudatus D. Carolus, quem Formam Pastorum vocat Paulus V. Const 47. Unigenitus §. 2. in Concilio Mediolanensi IV. *par.* 2. & in Concilio V. *par.* 3. *in utroque Tit. de Baptism.* singulos retinentes hujusmodi infantes absque debitis cautionibus ab eo præscriptis excommunicationem ipso facto subire sancivit, à qua, nisi gravi, atque insigni imposita pœnitentia, quæ cæteris exemplo foret, non absolverentur.

Hujus igitur, nec non Prædecessorum Nostrorum exemplo non modò suffocationem Infantium, quam solitam esse communiter Episcopis reservari testatur. *Glossa in cap. si Episcopus de Pœnit. & remiss. in 6. verbo reservantur*. Card. Hostien. *in summa de Pœnit. & remiss. §. cui confitendum* Joan. Andr. *in d. cap. si Episcopus*, verùm etiam eorum detentionem in lecto sine capsula Nobis reservamus.

PRO CUJUS DECLARATIONE.

QUamquam paternus Amor, quo, ut fidem facit D. Petrus Chrysolog. *Serm.* 55. *n.* 1. *qui Pater est non potest non amare;* et quo *omnes ferme Parentes* teste Salviano *lib. 3. de Gubern. Dei plus amant filios, quàm se ipsos.* admodum rarum reddere hujusmodi casum debuisset; Nihilominus cùm ita frequenter contingat, ut nullus alius fortasse sit, quo crebriùs, ac magis in eorum explendo munere angantur confessarii, præ ceteris etiam exigit declarari.

Duo igitur continet reservatio; *Suffocationem puerorum*; *& eorum detentionem sine capsula*. Verùm qui cadit in primam, multò magis cadit in secundam partem reservationis.

Regula itaque sit; Quòd detinentes infantes in lecto sine cautionibus necessariis, ac sufficientibus pro removendo suffocationis periculo, cui sufficienter caveri cistella ex virgulis confecta, quod idem est ac capsula, declaravit D. Carolus in Synod. Diœcef. XI.

inter monita Execut. Decr. ad Sacr. pertin. incidunt in reservationem; *Cajet. & Petr. de Arag. in 2. 2. q 64. Art. 8. D. Th. Navarr. cap. 15. n. 13. Gabrin Elucid. Cas. Reserv. par 2. Cas. 1. Resol. pro Incid. n. 1.* & de his loquitur expresse reservatio.

Quæ non solùm comprehendit Matrem, seu Nutricem, sed extenditur etiam ad Ancillas, & omnes alios, quibus est demandata infantium cura *Belloch. de Casib. Reserv. par. 2. q. 13. n. 404. Quadr. eod. Tract. Disp. 3. cas. 14. n. 1530. Gabrin. d. cas. 1. Adnot. 1. n. 6. & Resol. pro Incid. n. 1. & 3.*

Item ad Patrem, seu Maritum scienter dormientem in eodem lecto *alleg. Canones Isaac. Episc. Lingon. Tit. 2. cap. 12. Gambar. de Casib. reserv. cas. 23. n. 14. Quadr. d. cas. 14. n. 1556. Gabrin. d. Adnot. 1. n. 6. & in Resol. pro Incid. n. 2.* Eoque magis si collocet medium inter se, et mulierem eumdem infantem *Joann. Andr. n. 1. Anton. de Butro n. 5. in cap. de Infantibus de his qui fil. occid. Belloch. d. q. 13. n. 5.*

A qua immunes non sunt, etiamsi Mater, seu Nutrix evigilantes infantem extrahant è capsula; quotiescumque expertæ fuerint somno corripi cum suffocationis periculo; *Mazzuchell. in Append. ad Tract. de Cas. reserv q. 2. n. 16. Gabrin. d. cas. 1. Resol. pro incid. n. 4.*

Nec etiam si teneant illum extra capsulam, ne eiulet, aut ne ipsæ surgentes è lecto frigoris rigorem patiantur, dummodo suffocationis periculum pariter habeatur; *Navar. d. cap. 15. n. 13. Gabrin. d. Resol. pro Incid. n. 5. Belloch. par. 2. q. 1. n. 412. & quæst. 13. n. 5.*

Eximuntur verò à prima parte reservationis; cùm adhibita sufficienti diligentia, quæ prudenter æquè apta putetur ad removendum suffocationis periculum, hæc sine culpa sequuta fuerit. *Abb. n. 1. Anton. de Butr. n. 5. Henric. VVegnarech. Ludovic. Engel. in d. cap. de Infant. Caiet. Petr. de Aragon. in d. Art. 8. D. Thoma Navar. d. cap. 15. n. 13. Reginal. lib. 30. cap. 12. sect. 3. n. 157. vers. decimus.*

Quapropter multò magis excusant DD. à secunda parte Reservationis Matrem, seu Nutricem, quæ in lecto amplo, & extenso ob implacabilitatem pueri, seu aliam rationabilẽ causam ponunt infantem longe à se, dummodo tamen dormientes locum mutare non soleant, immò quamdam moralem certitudinem ex longo usu habeant, quòd ubi semel se collocant, ibidem soleant persistere, & provideant

deant, ne puer è lecto cadere possit; *Caiet. & Petr. de Aragon. in d. Art.* 8. *Navarr. d. cap.* 15. *n.* 13. *Gambar. de Casib. reserv. cap.* 14. *Bellocb. d. q.* 1. *n.* 408. *& inter canonistas Abb. n.* 1. *Joan. Andr. prope finem, & Barbosa n.* 2. *in alleg. cap. de Infantibus.*

Simili modo, quæ ob easdem Causas ponunt aliquid inter se, & infantem in lecto, quo impediatur periculum morali saltem certitudine, ne suffocetur; illique caveatur, ne cadat è lecto. *Bellocb. d. q.* 1. *n.* 410. *& n.* 412.

Cùm enim puerorum detentio sine capsula non sit mala, quia ecclesiastica lege prohibita, sed sit prohibita, quia suapte natura est mala, tanquàm causa proxima suffocationis, quotiescumque ob sufficientes diligentias adhibitas hujusmodi cesset causa, cessat etiam reservatio, cujus finis est, ut prædicta suffocatio removeatur, & ubi ob remotionem periculi removetur peccatum, nec reservatio habet locum; *Gambar. d cas.* 23. *n.* 4. *Bellocb. d. q.* 1. *n.* 409.

Quod peritis confessariis deservire potest pro decidendis diversis casibus contingere suetis, quorum decisio tota pendet à diligentiis adhibitis prudenti judicio examinandis; Non ideo tamen multùm proclives esse debent in permittendis, præter usum capsulæ, aliis diligentiis, quas amor propriæ commoditatis nimis facilè mulieribus lactantibus solet, etiam si non sint, suadere nihilominus sufficientes, dummodo non concurrat rationabilis causa, & moralis certitudo remotionis periculi; ut omni tutiori via infantium securitati prospiciatur.

Indulgentiores verò esse poterunt pauperibus, quæ non modò culcitram, sed nec etiam pannos habentes, quibus tenellos filios hyemali tempore fovere valeant, secum in paupere lectulo tenent dummodo diligentias quas possunt, adhibeant; *Gambar. Finell. apud Gabrin. d. cas.* 1. *Resol. pro non Incid. n.* 9. *Bellocb. d. q.* 1. *n.* 411.

Excluduntur tandem à reservatione anno ætatis infantium transacto, qui tamen debet esse integer, & completus; non tantùm quia regulariter in omni dispositione annus intelligitur integer *Abb. in cap. cum in cunctis n.* 1. *de Elect. Grat. Discept. foren. cap.* 946. *n.* 31. *Surd. Ursell. & al i apud Antonell. de temp. legali lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 7. Verùm quia ejus complementum in reservatione exprimitur *Navarr. Cons.* 9. *de Temp. Ord. n.* 2. & in terminis hujus reservationis *Bellocb d. q.* 1. *n.* 403.

Et ne ulla difficultas, quæ occurrere possit intacta relinquatur;

Cùm lis sit inter DD. an annus in Dispositione requisitus, qui constat diebus 365. quotiescumque cadat Bisextilis, qui ex diebus 366. componitur, completus intelligatur penultimo die; an verò in ejus complemento computandus sit etiam dies, qui eidem accrescit; & in terminis nostræ reservationis esse computandum, adeo ut ultimo tantum die dicatur annus completus, velit *Belloch. d. q. 1. n.* 401. scribant verò, è contra Abbas *n.* 4. Henric. Boich. *n. 6.* nec non Joann. Andr. & Hostien. *in cap. quæsivit de verb. sign.* non esse in odiosis computandum, & hos sequantur Sanchez. *de Matr. lib.* 2. *Disp.* 24. *n.* 18 Pax Iordan. *Elucubr. lib.* 10. *tit.* 12. *n.* 30. *& seq.* Antonell. *de temp. legali lib* 1. *cap* 3. *n.* 13. & alii apud eos allegati. Nos hanc secundam sententiam uti benigniorem, ac communiorem sequentes amplectimur, & libenter admittimus, cum Mazzuchell *in append. ad Tract. de Casib. reserv. q.* 2. *n.* 17. *apud Gabrin. d. Cas* 1. *Resol. pro non incid. n.* 4. quòd ultimo die qui accrescit Anno Bisextil reservatio locum non habeat.

OCTAVUS CASUS.

VIII. Falsum Testimonium in judicio scienter factum cum detrimento proximi, aut similis publicarum Scripturarum falsificatio.

DUo sub hac reservatione comprehenduntur; utraque separatim expendenda; & primò falsum Testimonium.

Tantò faciliùs abstinemus à quocumque delicto, quantò illud magis metuimus D. Hieronym. Epist. ad Celantiam; Ut videamus igitur, quàm sit crimen hoc metuendum, ejus gravitatem *ex cap. falsidicus testis de Crim. falsi.* demonstrandam sumimus, ubi.

Falsidicus testis tribus est obnoxius personis; primùm Deo, cujus potentiam contemnit; inde Judici, quem mentiendo fallit; postremò Innocenti; quem falso testimonio lædit.

Primùm; obnoxius est Deo; triplicemque injuriam ejus infert Majestati.

Princeps Injuria est; quòd coram Deo, qui etiam non Christiano teste Plotino *Enn. 6. lib.* 5. *cap* 4. ubique præsens est; & quem nullus, vel Iudæus, vel Paganus, vel Idolorum cultor, vel Dæmonum servus Omnipotentem non dicit; D. Augustinus *serm.* 139. *de Temp.* præceptum ejus contemnit, quod nobis omnibus dedit in

Mon-

Monte Synai; *non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium* *Exod. cap.* 20. quodque etiam inter leges judiciales reiteravit; *nec junges manum tuam, ut pro impio dicas falsum testimonium Exod.* 23. Nec non Christus in Evangelio renovavit Matth. *cap.* 19. *Marci cap.* 10. *Lucæ cap.* 18. ubi eum interroganti, quid boni facere debuisset, ut vitam æternam haberet, semper inter mandata, quæ respondit esse servanda, hoc ipsum posuit, *ne falsum testimonium dixeris*.

Secunda Injuria est; quòd coram Deo, quem vocat David *Deum veritatis Psal.* 30. tam impudenter mentitur; & criminis gravitati auget deformitatem mendacii, ut observat D. Thomas 2. 2. *q*. 70. *Art.* 4. Mendacium verò non solùm Deus prohibuit *Exod. cap.* 23. *Non suscipies vocem Mendacii Levit. cap.* 19. *non mentiemini*; verùm etiam illud odit *Eccl. cap.* 25. *Prov. cap.* 12. illi maledicit *Oseæ cap.* 4. Quin illud adeò abominatur *Prov.* 12. ut testetur Joannes se audivisse in Apocalypf. *cap.* 21. quòd non intrabit in Cæleftem Hierusalem faciens mendacium; & quòd *omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti, igne, & sulphure, quod est mors secunda*.

Postrema Injuria est Perjurium, quod in falso testimonio continetur, cùm non admittantur, ut animadvertit idem S. Thom. *in d. Art.* 4. testes, nisi jurati; Et cùm Perjurium dicimus, *scelus immane* dicimus *cap. in novo e.* 22. *q* 1. *Scelus gravissimum*, quo, *ejus majestas minuitur, quem nos Deum, ac Dominum nostrum esse profitemur* Catech. Roman. *par.* 3. *cap.* 3. §. 20. Scelus tandem execrandum, simulque dignum, cujus causa in Domo jurantis mendaciter commoretur maledictio; *& consumet eam, & ligna ejus, & lapides ejus*, quemadmodum minatur Deus per Zachariam *cap.* 5.

Deinde, *obnoxius est Judici*, nam fallens illum, lædit publicum bonum, ad quod attinet, ne impediatur Justitia, quæ est anima Reipublicæ, & vinculum humanæ societatis; cui cohæret illud Salomonis *Prov.* 19. *Testis iniquus deridit Judicium*, quia hic ut explicant ibi Lyranus, & Hugo Cardinalis, *falso testimonio errare facit Judicem*, vel quia, ut legit Emanuel Sà, *deludit Justitiam*, ex quo intelligamus, quòd simul ac testis fallit Judicem, corrumpit Judicium, & offendit Justitiam, ad quam custodiendam est ille publico munere designatus; ac propterea Judices antiquitus *Justitiarii* nuncupabantur, Innoc. III. *in cap. ex literis de Pignor.* Pe-

trus

trus Blesensis *ad Henricum* II. *Regem Anglorum Epist.* 95. Hanc veritatem indicat etiam Plato; qui *in libr.* 31. *de Repub. ubi* componit integram absolutæ Reipublicæ formam *Dial.* 3. vult, ut qui mentiuntur in Civitate, puniantur, tanquam *rem quamdam inferentes, ex qua Civitatis ipsius, veluti navis subversio, ac pernicies sequitur*. Et in *lib.* 34. *de legibus Dial.* 12. Judicium quamdam *Virginem pudicam* dicit, cujus pudori nil est, quod magis obsit, quàm mendacium; Idcirco ad servandum Iudicium pro Bono publico incorruptum, eadem pœna plectebantur apud Romanos, qui falsum dicerent testimonium, ac qui Iudicem corrumperent, ex veteri lege lata à Cornelio Sulla Consule, ac Dictatore apud Ioan Rosin. Antiq. Roman. *lib.* 8. *cap.* 26. Hinc meritò dictum fuit in Synodo Cabilonensi sub Leone III. & Carolo Magno *cap* 21. *Multùm pravorum Testium Cupiditate, & falsitate laditur Respublica*.

Postremò obnoxius est Innocentis: falsis enim testibus accomodatur Propheticum illud: *Sanguinem innocensem condemnabunt Psal.* 93. Quod autem prædixerat David, comprobavit Christus, qui *sanctus, innocens, & impollutus D. Paul. Hebr.* 7. redimens nobis Innocentiam post tot elapsa sæcula primi culpa Parentis exulem de terra, sustulit, & ipse falsorum testium iniquitatem. *Matth. cap.* 26. Profectò quàm benè apud S. Prosperum Episcopum Rhegensem, qui comparat decem plagas illatas Ægypto decem præceptis, quæ accepit Populus in Deserto, quàm benè repetere placet, octavo præcepto *Falsum testimonium non dixeris adversus Proximum tuum* convenit octava plaga Ægyptiorum, quæ fuit multitudo locustarum vexans omnia, & radicitus exterminans; *Falsus enim testis*, sunt ejusdem S. Prosperi verba *in libr. de Prædict. cap.* 36. *par.* 1. *multa, variaque contingens rodit, ut Locusta, famam, vitam, actusque alienos*.

Cum tribus igitur obnoxii sint falsi testes; tripliciter etiam puniuntur, ut notant in *alleg. cap.* 1. *de Crim. falsi* Anton. de Butrio *n.* 6. Henric. Boich. *n.* 6.

Primò, quia Deum contemnunt, *Concil. Arelaten.* I. sub S. Silvestro *cap.* 14. *& Arelaten.* II. *in cap. eos c.* 3. *q.* 10. à communione, ni pœnituerint, usque ad exitum vitæ illos removebant. Concil. verò Elibertin. sub Marcello I. *cap.* 75. *in cap. si quis c.* 2. *q.* 3. nec in morte eam illis dabat. Concil. Agathen. sub Symmacho Papa *in cap. itaque c.* 24. *q.* 3. & Concil. Veneticum sub Leone I. *cap.* 1. excommunicandos esse declarabant; Nec non tanquam etiam Per-

jurii

jurii ex constitutione Fabiani Papæ *in cap. quicumque* 18. *c.* 6. *q.* 1. quadraginta dies in pane, & aqua, septemque annos sequentes pœnitere debebant; & tanquam mendaces pœnitentiam, more adulterorum, & Homicidarum, perferre constringebantur. *Burch. lib.* 19. *Tit. de fals. Testib. Acta Eccl. Med. par.* 4. *Instruct. Pœnit.*

Secundò, quia Judicem fallunt, simulque publicum Bonum lædunt, communi omnium Gentium jure puniebantur; Apud Romanos è saxo Tarpeio deiiciebantur, *L. duodecim Tabularum par.* 2. *cap.* 5. Apud Indos extremis digitis decurtabantur, *Strab. lib.* 15. Apud Persas, & Scythas capite plectebantur *Herod. lib.* 8. *Diod. Sicul. lib.* 2. *cap.* 3. Apud Athenienses gravissimo in Areopago constringebantur supplicio *Joan. Rosin. Antiq. Rom. lib.* 8. *cap.* 6. Jure verò Civili ex responso J. C. Marciani in *l.* 1. §. *pœna falsi ff. ad L. Cornel. de fals.* & ex declaratione Constantini Imperatoris in *L. ubi falsi C. eodem* vel pœna capitali, ubi concurreret servilis conditio, aut id exigeret magnitudo commissi; vel deportatione, & publicatione Bonorum puniebantur; Ulteriùs in Jure Canonico infames declarantur à Stephano Papa *in cap. infames c.* 6. *q.* 1. ab Eusebio Papa *in cap. constituimus c.* 3. *q.* 5. & à Concil. Matiscon. *in cap. si quis convictus c.* 22. *q.* 5. Jure autem Civili Perjurii dignitatibus spoliantur ab Imperatoribus Honor. & Theodo. *in l. quoties C. de Dignit.* infamia insuper notantur ab Imperat. Arcad. & Honor. *in L. si quis major C. de Transact.*

Tertiò, quia lædunt Innocentem, lege divina lata per Moysem pœna talionis plectuntur *Deuter. cap.* 19. similiter eadem pœna, qua afficeretur reus, si verum testimonium esset, lege Civili afficiuntur. *L.* 1. *in princip. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Covarruv. Relect. in cap. quamvis de Pactis in* 6. §. *septimus n.* 6. nec non de omni damno, quod ex falso testimonio contingat Innocenti, tenentur; *Less. de Just. & Jure lib.* 2. *cap.* 30. *Dubit.* 7. *n.* 52. *Laym. lib.* 3. *Tract.* 3. *par.* 1. *cap* 4. *n.* 2. *vers. pœna.*

Verùm supra omnes pœnas ea illis est metuenda, quam evitare, teste Salomone, non poterunt; Prov. 20. *falsus testis non erit impunitus*, *&* *Prov.* 25. *Testis fallax peribit*; Iram enim Dei supra se provocant *cap. quisquis c* 4. *q.* 3.

Sit meritò atrocissimum hoc Crimen reservatum.

PRO

PRO CUJUS DECLARATIONE.

PRriùs quàm ad eam progrediamur, eſt in limine premittendum, Judicium; quod eſt, ſi etymologiam attendamus, quaſi *Juriſdictio Iſidorus in cap. forus in princ. de Verb. Sign.* ſi verò naturam; Actus trium perſonarum, videlicet Iudicis, Actoris, & Rei in Iudicio contendentium *d. cap forus* §. *in omni quoque*, *& communiter DD.* multiplex eſſe, cujuſque ſumi partitionem.

I. Ex *perſona Iudicantis;* & aliud eſt *Eccleſiaſticum*, quod coram Iudice eccleſiaſtico fit; *cap. deſervimus*, *cap. quanto de Iudiciis*, *cap. Eccleſia de Conſtit. cap. contingit de Arbitris*. Aliud *Sæculare*, quod coram Iudice Sæculari agitur *cap. & ſi Clerici de Iudic. cap. ſi clericus*, *cap. ex tranſmiſſa*, *cap. licet*, *cap. ex tenore de foro compet.* ſive tam eccleſiaſticus, quàm Sæcularis ſit Iudex Ordinarius, qui ordine, & more conſueto conſtitutus, Iuriſdictioni publicæ præeſt, eamque non alieno, ſed proprio jure exercet *L. more majorum* 5. *ff. de Iuriſdict. L. qui neque* 81. *ff de Iudic.* ſive Delegatus, qui mandatam habet, & ejus, qui delegavit, Iuriſdictione utitur; *L.* 1. §. *qui mandatam ff. de off. ejus cui mand. eſt Iuriſd. d. L. more & L. quia ff. de Iudic.*

II. Ex *diverſitate finis*; & aliud eſt *Civile*, quod privatam reſpicit utilitatem; aliud *Criminale*, in quo agitur de publica vindicta *L. locatio* §. *quod illicitè ff. de Public. & Vectigal. L. Prætor ait ff. de Sepulcro violato*, *ibique Gloſ in verbo centum aureorum*, *& Barth. n.* 1. aliud *Mixtum*, quod participat de utroque *cap. tua* §. *ſi verò vir in fine de Procurat. Abbas in Rubr. de Jud. n* 5.

III. Ex *qualitate Rei* quæ venit in Iudicium; & aliud eſt *Poſſeſſorium*, in quo agitur de mera Poſſeſſione, quæ propriè rerum Corporalium eſt, *L. poſſideri in princ. ff. de acq. vel amitt. poſſ.* vel de quaſi Poſſeſſione, quæ eſt rerum incorporalium *cap.* 3. *&* 4. *de Cauſ. poſſ. & propr. L ſi quis diuturno* 10. *ff ſi ſervit. vindicet. & L. quoties* 20. *ff. de ſervit.* Aliud *Petitorium*, in quo principaliter agitur de proprietate alicujus rei, ſive Iuris nobis competentis extra poſſeſſionem, vel quaſi *d. cap.* 3. *&* 4. *L. qui petitorio* 37. *ff. de rei vindicat.*

IV. Ex *forma*, *ſeu modo procedendi;* & aliud eſt *Ordinarium*, in quo Iuris ordine ſervato proceditur, *cap. quoniam de Probat. cap. ſi res inju-*

in judicium, *& Auth. offertur C. de lit. Contest.* aliud *Summarium*, quod Vestrius Scaccia, & alii *Extraordinarium* dicunt, in quo simpliciter, ac de plano sine strepitu, & figura Iudicii proceditur; vel ex Dispositione Iuris *cap. Dispendiosam Clem. de Iudic.* Vel ex commissione Principis *cap. sæpè contingit Clem. de Verb. Signif.*

Plures aliæ usque ad viginti species enumerantur Iudiciorum à DD. præsertim à Roberto Maranta *de Ord. Iudic. par.* 4. *per totam* cujus Tractatus meruit Speculum Aureum inscribi; Verùm, cùm ad eas, quas superiùs attulimus, omnes reducantur, ad rem nostram referre necessarium non duximus.

Præmittendum insuper est; Falsum, quod *nihil aliud est*, ut dicitur in *Auth. de Instrum. Caut.* §. 1. *nisi Veritatis immutatio*, tribus modis in testimonio dicendo contingere posse.

Primò; Cùm quis putans verum, quod falsum est, illud sine dolo deponit. D. Augustinus *in cap. Homines c.* 22. *q.* 2. & hic mentiens non est judicandus; quoniam, *quantum in ipso est, non fallit, sed fallitur*, ex eodem D. Augustino *in cap. is autem d. c.* 22. *q.* 2. cui consentit etiam Gelasius Pontifex *in cap. Beatus Paulus ead. c. q.* 2.

Secundò; Cùm quis putans falsum esse, illud tamen pro vero dicit, & hic fallit, non fallitur. D. August. *in iisdem cap. Homines*, *& cap. is cui.*

Tertiò; cùm quis non solùm, quod falsum est pro vero, sed cum damno etiam alterius deponit. Primum nuncupatur Falsum *latissimè*, secundum *latè*, tertium *strictè*, *& propriè* sumptum *apud Farinacc. q.* 150. *par.* 1. *et alios DD.* Ex quo ad hunc tertium modum Falsi constituendum tria requiruntur; immutatio veritatis, dolus, & damnum alterius, *Eruditissimus Cardin. Albanus in suis Lucubrat. ad Bart. in l. quid ergo* §. *cùm autem ff. de his qui not. infam. n.* 3. *Campan. in Divers. Iur. Can. Rubr.* 11. *cap.* 28. *n.* 3. *Barbosa Allegat.* 51. *n.* 32. *Panimol. Decis.* 76. *n.* 3.

His præmissis, duæ Regulæ sunt pro Confessariis ponendæ.

Prima Regula sit, pro definiendis casibus sub reservatione comprehensis.

Qui in unoquoque ex prædictis Iudiciis Falsum ut supra tertio modo sumptum testimonium dicit, in hanc reservationem incidit; vel dicat coram ipso Iudice; vel coram Notario mandatum Iudicis habente. *Quadr. de Casib. Reserv. Disp.* 3. *Cas.* 10. *Concl.* 2. *n.* 1233. *Gabrin. Elucid. Cas. reserv. par.* 2. *cas.* 3. *Resol. pro Incid.*

n. 1. Nam etsi de Iure examen fieri debuisset coram Iudice *Auth. ad hæc C. de Indic. Auth. apud Eloquentissimum C. de Fide Instrum.* attamen ex consuetudine præscripta potest à Iudice regulariter committi, quemadmodum committitur, *Farinacc. de Testib. q.* 77. *cap.* 4. *n* 151. *Pax Iord. lib.* 14. *Tit.* 18. *n.* 115. *Ludovis. Decis.* 368. *n.* 3. *ibique Beltram. n.* 9.

Quæ regula ad eum extenditur etiam, qui, licèt solùm ab aliis audierit, tamen testatur de visu; vel cùm tantùm dubitet, tanquam de certo deponit. *Quadr. d. Cas.* 10. *Concl.* 4. *per totam Homob. de Casib. reserv. par.* 3. *cap.* 4. *sect.* 1. §. *quando Regulares Compr.* 1. utrumque enim Testimonium cadit in damnum alterius, nam si de alieno auditu tantùm deposuisset, ex defectu probationis ei non nocuisset; *cap. tam liberis cap. licet ex quadam ibiq. Host. Butr. Abb. de Testib. L. Testium C. eod. Merl. Decis.* 31. *n.* 11. *Decis.* 32. *n.* 6. *Buratt. decis* 4. *n.* 5. Deponendo autem de visu, probationem faciens, illi nocet *cap. testes c.* 3. *q.* 9. *Menoch. de Præsumpt. q.* 89. *n.* 7. *Buratt. decis.* 117. *n.* 1. *Sanchez. in Decal. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 1 similiter Testimonium dubitativè factum regulariter non attenditur. *Farin cc. de Testib. q.* 68. §. 1. *n.* 2. *Conciol. Resol. Crim. in Verbo Testes quo ad Dicta Resol.* 13. *per totam Carena de off. Sanct. Inq. par.* 3. *tit.* 6. § 1. *n.* 1. Attenditur verò testimonium de certa scientia *Buratt. Decis.* 129. *n.* 8.

Nec non ad illum, qui se nescire testatur, quod certè scit, *cap.* 1. *de Crim. falsi ibiq. Abb. n.* 4. *Butr. n.* 5. *cap. quis quis c.* 11. *q.* 3. concurrit etiam hic mendacium, dolus, & alienum detrimentum. *Navar. Man. cap.* 25. *n.* 40. *Anton. de Sousa Aph. Inq. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 20. *Pax Iord. d. Tit.* 18. *n* 822. *Homob d. Compr.* 1. *Chapevil. de Casib. reserv. par.* 2. *cap.* 18. *q.* 2. *Belloch. eod. Tract. par.* 2. *q.* 1. *n.* 330. An verò pro allato detrimento ad ejus teneatur restitutionem, seu reparationem, cùm pro utraque parte habeantur DD. illos consulite; Nobis dicere placet cum Lessio *lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 8. *n.* 60. *in fine: sententia magis recepta est cordi.*

Secunda Regula sit pro casibus decidendis, qui ab hac reservatione excluduntur;

Qui vel extrà quodlibet ex prędictis Iudiciis; vel Testimoniũ falsũ primo, & secundo modo sumptũ dixerint, sub reservatione non cadunt.

Ex quo eximuntur primo, qui extra Iudicium coram Notario, vel Causidico falsum deponunt. Belloch. *d.p.* 2. *q.* 9. *n.* 104. *Quadr. d. cas.*

d. cas. 10. *n.* 1317. *Zech. de Casib. reserv. Cas.* 12. *Gabrin. d. cas.* 3. *Resol. pro non Incid. n.* 18. vel coram quocunque alio potestatem Iudiciariam non habente *Gabrin. d. cas.* 3. *Adnot.* 7. *d. Resol. n.* 15. & 17.

Secundò, qui coram Iudice Incompetenti examinantur; Nam idem est, ac si extra judicium examinarentur; *Quadr. d. cas.* 10. *n.* 1318. *Coriol. de Casib. reserv. par.* 2. *cas.* 5. *de Test. n.* 50. *Bellocb. d. q.* 9. *n.* 104. *Gabr. Adnot.* 9. *n.* 15. *d. Resol. n.* 12. eorumque depositio nullam faceret probationē *cap. cum Paulus c.* 1. *q.* 1. *Farinacc. de Testib. q.* 80. *n.* 118. *Grat. cap.* 64. *n.* 16. & 17. *Carena d. par.* 3. *Tit.* 7. §. 12. *n.* 74. & 75.

Tertiò, qui falsum facerent Testimonium contra eum, qui plenè jam ex antecedentium Testium depositione convictus fuisset, cùm eo casu nullum præjudicium illi jam sufficienter convicto afferrent *Less. de Just. & Jure d. cap.* 30. *dub.* 7. *n.* 52. *Bonacc. in Decal. lib.* 8. *disp.* 10. *q.* 3. *punct.* 3. *n.* 14. *vers. utrum verò Trullench. in Decal. lib.* 8. *cap.* 3. *Dub.* 7. *n.* 2. *Diana par.* 3. *Tract.* 5. *Resol.* 105. *Graff. Ianuar. apud Gabrin. d. Resol. pro Incid. n.* 5. *Coriol, d. par.* 2. *cas.* 5. *de Testib. n.* 36. Secus verò; si aliquid eorum testimonio contribuissent, vel ad magis movendum animum Iudicis, vel ad graviùs eum condemnandum *Gabr. Vasq. Opusc. de restit. cap.* 2. §. 1. *Dub.* 4. *n.* 12.

Quartò, qui præmissa morali diligentia ad excitandam memoriam, falsum deponerent, quod ipsi verum putabant. *Sot. de Iust. & Iure lib.* 5. *q.* 7. *Art.* 4. *vers. ad primum Less. d. Dub.* 7. *n.* 55. *Vasq. d. Dub.* 4. *n.* 11. *Navar. d. cap.* 25. *n.* 40. *Bonacc. d. punc.* 3. *n.* 15. *Diana d. Resol.* 105. & *par.* 4. *Tract.* 4. *Resol.* 99. *Homob. d. cap.* 4. *Except.* 5. Cùm ex sententia D Thomæ 2. 2. *q.* 70. *Art.* 4. non dicant *falsum testimonium per se, et ex intentione, sed per accidens contra id, quod intendunt.* Deberent tamen cognito errore modo, quo possent, dictum revocare, super quo videatis *Caiet. in d. Art.* 4. *Trullench. d. cap.* 3. *Dub.* 8. *n.* 2. *Navar. d. cap.* 25. *n.* 40.

Adiungimus duo pro coronide piæ animo Confessariis habenda.

Primum, quòd moneant semper pœnitentes de gravitate peccati, quod falso testimonio committitur; nam, licèt id aliquando eximatur à reservatione, non eximitur tamen scienter factum à culpa; maximè si fuerit juramento firmatum; quemadmodum solet semper in Iudicio firmari; cùm in eo testes nisi Iurati non admittantur *cap. fraternitatis cap. tuis de Testib.* nec nisi tales probationem

 faci-

faciant ex declaratione Innoc. III. *in cap. nuper eod. Tit.*

Secundum; quòd notificent illis, testem ad refectionem danni teneri, quod ex falso sequitur testimonio, & ideò super hoc allegatos DD. consulant; Siquidem cùm animus Nobis fuerit casus dumtaxat declarare, cætera indicasse sat erit; Quod verò D. Carolus præcepit suis Parochis in *Concil. Mediol. 1. par. 2. Tit. Quæ pert. ad Sacr. Pœnit. vers. & quia*, non indicamus; sed sub eorum oculis ponimus. *Et quia interdum in falsi Testis manu est, ut non solum facultatibus homines, sed etiam existimatione, ac vita spolientur; idcirco neminem absolvant, qui falsum Testimonium in Iudicio alterius detrimento dixerit; nisi priùs dato damno, quatenus id sarciri poterit, & violata illius existimationi satisfecerit.*

SECUNDA PARS CASUS OCTAVI.

Aut similis publicarum scripturarum falsificatio.

QUamquam ex his, quæ de falso teste strictim exposuimus, metiri quis valeat, etiam hujus magnitudinem peccati; attamen, ut eam in prospectum omnium apertiùs producamus; placet addere, & hæc pauca.

Adeo gravis publicarum scripturarum falsitas reputatur, ut inter Iudicia publica, quæ pro vindicandis injuriis ad Rempublicam attinentibus fuerunt à Veteribus constituta, Lex Cornelia de falsis reponeretur, *L. 1. ff. de Publ Iud. §. item lex Cornelia Inst. Tit. eod.* quæ lex lata à Cornelio Sulla publicas adulterantes scipturas coercebat *L. Instrumentorum § Paulus L. quid sit falsum ff. ad L. Cornel. de fals. d. §. item lex Cornelia de Fal.*

Publica verò dicebantur; quia, cùm unusquisque ex Pòpulo læsus fuisset, unicuique licebat etiam pro sua virili parte suam, & Reipublicæ injuriam persequi; unicuique dabatur illorum executio, *§. 1. Inst. Tit. de publ. Jud.* ex quo facilè intelligere possumus, quàm grave sit hoc crimen, pro quo tota Respublica læsa dicebatur;

Quamobrem ad illud non minùs pœnis vindicandum, quàm cohibendum, præter eas, quas in publicis Iudiciis capitalibus Rei subibant. *§. publica Inst. Tit. de Pub. Jud.* & quibus ex constitutione memoratæ legis speciatim falsarii plectebantur *d §. Item lex Cornelia de falsis*, erat apud Veteres manuum abscissio, qua hujusmodi fal-

falſitas puniebatur; ut eodem tempore ſcribere præpediti, à novis etiam delictis impedirentur; Sic Alexander Severus falſariis digitorum nervos incidi mandavit *Lamprid. in Vita Alex.* Claudius illis amputari manus ſancivit; *Suet. in Vita Claud.* Quam pœnam renovavit Iuſtinianus *Novell.* 17. & Friderigus voluit, quòd, ultra manuum amiſſionem, infamiam etiam incurrerent. *Lib. 2. Feud. Tit. de prob. feud. alien.* 55. §. *callidis verſ. ſcriba*; Lotharius Langobardorum Rex dexteram ſecari decrevit *L. 1. de his qui Chart. falſ. lib. 1. Il. Langobar.* Ripuarii ſaltem pollicem, ſeveriùs verò Siculi priùs manus, deinde caput amputari ſuis legibus indixerunt *apud Gonz. in cap. ad audientiam n. 6. de Crim. falſ. & Cironium Paratl. in V. Decret. eod. Tit.*

At quoniam in æſtimanda gravitate delicti prævalet omnibus Iudicium Eccleſiæ; videamus quale ſit, & cùm ex pœna menſura delicti facilè intelligatur; ex modo illud puniendi deſumamus.

Inter ſpirituales pœnas, quibus Eccleſia utitur ad graviora Crimina coercenda, ſunt Excommunicatio, qua nulla major eſt *cap. abſit cap. nihil. c. 11. q. 3. cap. corripiantur c. 24. q. 3.* & Degradatio, ac Sæculari Curiæ traditio, quâ adhibet Eccleſia, quãdo non habet ultra quid faciat in atrociſſimis delictis *cap. cum non ab homine 10. de Iudic. ibiq. Gonzal. n. 13. & plenè Fagnan. n. 6.* Inter Corporales verò, cùm pœnã Sanguinis abhorreat *cap. ſæpè cap. his à quibus c. 23 q. 8. cap. ſententiam ne Cler. vel Monach.* ſeveriorem pœnam, quàm carcerem perpetuum non habet, quo Hæreticos conſtringit *cap. excommunicamus 15. §. ſi qui de Hæret.*

Et has omnes ab hujuſmodi falſariis exigit.

Adverſus eos, qui falſant Litteras Apoſtolicas præter Sententiam Excommunicationis latam ab Innoc. III. *in cap. Dura de Crim. falſi*, fulminatur etiam alia ſingulis annis in Cœna Domini à Summis Pontificibus eiſdem reſervata; ſimiliter imponitur ſolemnis Degradatio *cap. novimus de verb ſignif.* nec non detruſio in perpetuum Carcerem ad agendam in pane doloris, & aqua anguſtiæ pœnitentiam *d. cap. novimus §. pro illo verò.*

Adulterantes litteras Epiſcoporum, mandavit Richardus Archiepiſcopus Cantuarienſis omnibus ſuis ſuffraganeis, excommunicationis mucrone percuti, & repelli, eamque ſingulis diebus feſtis in omnibus Eccleſiis per Angliam renovari; *ut quos à ſua malignitate non cohibet propria Iudicium conſcientiæ, ſaltem frequens Denunciationis ite-*

iteratio valeat deterrere Epist. 53. *inter illas Petri Blesensis*.

Falsantes publicas chartas ab officii honore deponi, & in Monasterium perpetuò detrudi, Concil Agath. *in cap si Episcopus* 7. *dist.* 50. à communione verò Sacramentorum, & fidelium segregari Concil. Mediol. sub Nicol IV. declararunt; Nec non Canones Pœnitentiales apud *Acta Eccl. Mediol. par.* 4. *Instr. Pœnit.* agere pœnitentiam in pane, & aqua, quamdiu vixerint, compellebant.

Quinimmò; Urbanus III. pœnam in illos constituit, quæ pro nullo alio crimine, licèt ex atrocioribus ab Ecclesia in Sacris Canonibus constituta reperitur; Clericis enim, qui falsato Sigillo Philippi Regis Galliarum, falsum diploma conscripserant, signum in facie Maleficii characteribus imprimi jussit, quo inter alios cognoscerentur *cap ad Audientiam de Crim. falsi*, dignosque reputavit, qui ad aliorum exemplum; quemadmodum scripsit Seneca *lib.* 4. *cap* 38. *de Benef.* de quodam improbissimo milite, quem alter Philippus, sed Macedonum Rex, ignominiosis his characteribus inuri mandaverat; præberent in facie legendum supplicium tanto sceleri debitum. Supplicium sane, quod summam irrogans ignominiam *Baron. ad Martyrolog. Rom. die* 2. *Decembris* suetumque contra servos sacrilegos apud Platonem, *de legib. lib.* 33. *Dial.* 9. *in princ.* vel fugitivos apud Clementem Alexandrinum *lib* 3. *Pædag. cap.* 2. dumtaxat adhiberi, summam quoque Criminis indicat atrocitatem.

Et profectò quanquam in *L si quis in metallum* 17. *C. de pœnis* ex declaratione Imperatoris Constantini, facies hominis ad imaginem cælestis pulchritudinis figurata stigmatibus deturpari non debuisset; quemadmodum animadvertit etiam Innocen. III. *in d. cap. ad audientiam*; attamen ex ejusdem Innocentii III. sententia, quam ibi sequuntur Joan. Andr. & Henric. Boich. *n.* 5. hoc est speciale in odium tanti Criminis; quod in eadem Gallia solet observari; ubi falsantes regium sigillum catamidiari, & stigmate lilii in fronte inuri jubentur, ex Testimonio Greg. Tholos. *Syntagm. Iur. lib.* 36. *cap.* 5. *n.* 7.

Quid plura ad hujus sceleris gravitatem agnoscendam exigitis? vocent ergo falsarios *in d. cap. ad audientiam* Urbanus III. *perversos in d. cap. novimus* Innocentius III. *Sceleratos*; merentur vocari; enumeret hoc crimen *in L generaliter in princ. ff. de Decurion.* l. C. Ulpianus inter *graviora*; jure hic locus illi debetur; dicat concivis

vis noster Cynus in *L. transigere C. de Transact. apud Afflict. Decis.* 404. *n.* 23. quòd per maculam falsitatis homo devenit ad nihilum inter homines; meritò dicit; cùm nobilitatem amittat *Cortiad. decis.* 34. *n.* 104. *decis.* 68. *n.* 3. remaneat sine fide *Aloys. Ricc. decis.* 311. *n.* 2. *par.* 3.

Tandem si generalis Criminum remissio facta per Principem in primo suo Civitatis ingressu ad hoc non extenditur *L. Lucius ff. ad S. Cons. Turpill. Boer. decis.* 217. *n.* 21. *Donat. Anton. de Marin. Resol.* 78. *n.* 1. *par.* 2. *Cortiad. d. Decis.* 68. *n.* 2. Nobis non opponatur quod inter Reservata illud posuerimus; cùm etiam inter illa, quæ *in Extravag. inter cunctas de Privileg.* dicuntur ex consuetudine Episcopis reservata, positum habeatur.

PRO CUJUS DECLARATIONE.

Plura occurrerent præmittenda; sed ea restringimus ad tria; Primum; quòd eadem in falsificatione scripturarum, ac in falso testimonio, ut intret reservatio, requiruntur; Dolosa nimirum immutatio veritatis, earumque usus in judicio cum alieno detrimento; Non solùm, quia manent in hac sententia DD. quòd etiamsi ea in reservatione non sint expressa, ex propria tamen, ac stricta Falsi acceptione intelligantur; *Graff. in Prax lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 1 *Quadr. de Casibus reserv. Disp.* 2. *q.* 1. *Concl.* 6. *n.* 74. *Bellocb. eod. Tract. par.* 2. *q.* 9. *n.* 89. & 90. *Coriol. eod. Tract. par.* 2. *cas.* 7. *n.* 2. Verùm etiam, quia verbum *similis* adiectum in secunda parte reservationis inducit dispositionem similem præcedenti, *L. Clemens ff. de Hered. Inst. Barbos. dist.* 367. *n.* 2 *Seraph. decis.* 1384. *n.* 1. Quamobrem ea omnia pariter sunt animo repetenda, quæ in prima parte declarationis hujus Casus præmisimus; ne calamo hic repetentes rem actam agamus.

Secundum; quòd Scriptura duplex est; una *Publica*, altera *Privata Laufranch. de Orian. Repet. in cap. quoniam de Probat. Gabriel. de Perexa de univers. Instr Edit. Tit.* 1. *Resol.* 2. *n.* 23.

Privata; quæ auctoritatem non habet, neque regulariter fidem facit, *L. instrumenta*, *L. rationes*, *L. exemplo C. de probat.* triplex est I. dicitur Apocha, seu Antapocha II. Liber rationum, III. Epistola, *Gen. de Script. Privat. Lib.* 1. *q.* 2. *per totam Gabr. de Parex. d. Resol.* 2. *n.* 24.

Pu-

Publica; quam placet Nobis dicere cum *Joan. Dom. Gaito de Cred. cap. 3. Tit. 3. n. 1. & DD. ab eo allegatis* illam, cui de iure, vel consuetudine generali, seu speciali, vel ex statuto creditur, pluribus modis consideratur.

Verùm, cum satis de his fusè apud DD. agatur; ne nostra declaratio, quæ lucem adhibere deberet, obscuritatem, & tenebras afferat, ex ambiguis, & sparsis apud eosdem DD. hæc tanquam certa, saltem ad mentem nostram aperiendam, seligentes, nomine *Publicarum Scripturarum* intelligimus.

I. Scripturas manu publicæ personæ nempe Notarii confectas *cap. 2. & penultimo de Fide Instr. cap illud 11. §. verū de præsumpt Innoc. in cap. 1. de fide instr. Lanfranch. repet. in d. cap. quoniam, n 348. & communiter*; secus verò, si tanquam privata persona, non tanquam notarius eas confecisset *Pax Jordan. lib. 14. Tit. 20. n. 6. vers. non dicitur.*

II. Publico sigillo munitas *cap. scripta de Fide instrum* scilicet Episcopi *cap post cessionem 7 de Probat. ibiq. Glos. in verbo literas cap. tua de Cler. peregr. cap. si canonici de off. Ordin. in 6.* Capituli, *cap. tertio loco 5. de probat. cap. in nomine Patris Dist. 73. ibiq. Archid. n. 1.* Principis Sæcularis Innoc. III. *ad cap. inter dilectos de Prebat ibiq. Gonz. d n 2.* vel alicuius Cōmunitatis, sive publici officialis *Felin. Jason. Dec. & alii apud Gabr. Perex. d. Tit. 1. Resol 3. §. 5. n. 38 & seq.*

III. Authoritate Iudicis exemplatas *cap. si Instrumenta 16. de Fide Instrum.* vel publicatas *cap. cum Tabellio, Tit. eod. L. publicati, 2. C. de Testam.*

IV. Solemnitates habentes *L. scripturas C. qui pot. in pign. hab.* trino videlicet teste munitas *Salicet. in d. L. scripturas n. 2. Gabr. de Perex. d. §. V. n. 91. & alii recollecti apud eum.*

V Desumptas ex publicis Archiviis *Auth. ad hac C. de Fide Instrum. Glos. in cap. ad audientiam de præscript. in verbo censualem; & in cap. pervenit. c. 30. q. 1. in verbo in Archiviis*, plenè *Gait. d. Tit. 3. n. 22. & seq. Perex. d. Resol. 3. §. 2. n. 28. & seq.*

VI. Acta iudicialia Innoc. III. *in d. cap. 1. Lanfranch. in d. Repet. ad cap. quoniam n. 448.* nec non scripturas apud Iudicem, seu penes Acta recognitas, vel factas *L. gesta C. de re Iud. Franc. Nicont. Repet. in d. cap. quoniam n. 328. Gen. d. lib. 1. q. 4. dub. 1. n. 28. Perex. d. §. V. n. 32.*

VII. Libros publicos nempe confectos à persona authoritate publica ad illos conficiendos electa *Gait. & DD. apud eum d. Tit. 3. n. 21.*

VIII. Li-

VIII. Libros Parochorum, quos ex decreto Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. *de Ref. Matr.* illi retinere tenentur; in his enim describendis, tanquam publicæ personæ ad id electæ considerantur, & frustra imponeretur Parochis hoc onus, nisi fidem etiam eorum libri apud omnes publicè facerent *Gen. lib.* 5. *de libr. Pleban. q.* 1. *n.* 16. *& seq. Gait. d. cap.* 3. *tit.* 1. *n.* 919.

IX. Tandem omnem scripturam, quæ de Iure Communi, vel de Consuetudine generali, seu speciali, vel ex statuto fidem plenam facit *cap. cum Dilectus de Fide Instrum. de Perex. d. Tit.* 1. *Resol.* 2. *n.* 24. *Gait. d. Tit.* 1. *n.* 17.

Postremò non est omittendum, quòd Falsificatio Scripturarum pluribus modis committi potest.

I. Radendo literas, & aliud in earum loco scribendo *cap. olim* 25. *de Rescript. cap. licet §. quintà §. sexta de Crim. falsi*; vel delendo, seu aliquid addendo, quod mutet substantiam *L.* 1. *§. qui in rationibus, L. instrumentorum §. Paulus ff. ad L. Cornel. de falsis. Reginal. lib.* 9. *cap.* 17. *n.* 287. *Bonacc. de Cens. in Bulla Coen. disp.* 2. *q.* 7. *punc.* 1. *n.* 4. *tom.* 3.

II. Imitando alienum Chirographum *L. quid sit falsum ff. ad L. Corn. de falsis*; vel falsum testamentum, seu falsas effingendo scripturas *L. qui testamentum ff. eod. §. item lex Cornelia Inst. Tit. de publ. Iudic.* nec non aliquid in testamento sibi adscribendo, quod Testator non dixerit *L. si quis legatum ff. eod.*

III. Scribendo nomen alicujus absentis, tamquam præsentis *cap. quanto de his, quæ fiunt à Pral. cap. tam literis* 33. *de Testib.*

IV. Falsando Sigillum *cap. ad audientiam de Crim. falsi Reginal. d. cap.* 17. *n.* 287. *Bonacc. d. q.* 7. *Punc.* 1. *n.* 4.

V. Datam tandem; *Adden. ad Clar. lib.* 5. *§. falsum n.* 186. nec non quocumque alio modo formam, seu sensum in scriptura intentum mutando *cap. quàm gravi* 6. *de Crim. falsi. Regin. d. n.* 287. *Bonacc. d. q.* 7. *Punc.* 2. *n.* 2.

His positis erit quoque facile, confessariis regulam ponere; Regula igitur sit; omnis qui aliquam ex scripturis quocumque ex modis superiùs expositis falsaverit, eisque falsatis in damnum alterius usus fuerit in Iudicio, cadit in Reservationem.

Quæ extenditur etiam ad Mandantes, nimirum ad eos, qui falsantes per alios publicas scripturas, illis ut supra utuntur; Nam licèt Suarez *de Cens. disp.* 21. *Sect.* 2. *n.* 48. Bonacc. *d. q.* 7. *punc.* 3. *n.* 8.

3. *n.* 8. contrarium sentiant, nihilominus Nos adhærentes Reginaldo, Rivaldo, & aliis, præsertim Doctissimo inter Canonistas Fagnano, qui *in cap. ad falsariorum de Crim. falsi*, *à n.* 33. *usque ad n.* 37. plenè examinato Articulo, pro eorum comprehensione concludit, comprehendi etiam Nos intelligimus; maximè quum juxta optimam distinctionem Bartoli, quam sequuntur Decius, Alex. Bolognet. Curt. Iun. & communiter DD. apud Clarum *lib.* 5. §. *fin. q.* 89. *n.* 2. quòd nimirum, si statutum dirigatur in personam, mandantes sub eo non comprehendantur, secus si dirigatur in delictum; sentētia Suarez, cujus nomen, & authoritas plurimùm apud Nos valet, sicut illa Bonaccinæ, Nostro non opponitur casui; nam isti loquuntur de Excommunicatione lata in Bulla Cœnæ, quæ dirigitur in personam; ibi; *omnes falsarios;* Nostra verò Reservatio dirigitur in rem scilicet in delictum; ibi - *Falsificatio*;

Limitatur tamen.

Primò; in his, qui falsarent scripturam, quæ nullam in Iudicio probationem faceret contra tertiū *Belloch. de Casib. Reserv. par.* 2. *q.* 9. *n.* 106. cùm nemini detrimentum inferrent, *plenè Conciol. Resol. crim.* §. *Falsū Resol.* 4. *per totā*; ex quo nec etiam pœna saltē ordinaria in foro externo punirentur *Gen. d. lib.* 1. *q.* 4. *Farinacc. de Falsit. q.* 150. *n.* 320.

Secundò; vel adderent, seu minuerent unam tantùm literam, aut unum tantùm apicem, *cap. ex conscientia de Crim. falsi*, *Navar. d. cap.* 17. *n.* 169. *cap.* 27. *n.* 62. *Tolet. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 5. Quinimmò, & unam syllabam; *Belloch. d. q.* 9. *n.* 114. vel corrigerent errorem falsæ latinitatis *ad tradita per Scacc. de Judic. Caus. Civil. cap.* 11. *n.* 1228. *Gait. d. Tit.* 1. *n.* 221. Dummodo in unoquoque ex his casibus substantia scipturæ, seu verborum non mutaretur.

Tertiò, qui amisso testamento, seu alio Instrumento, utroque vero, & legitimo, aliud omnino simile ad retinendum, seu obtinendum in Iudicio, quod aliàs sibi deberetur, confingerent; cùm eo casu injuriam nemini facerent; *Laym. lib.* 3. *Tract.* 3. *par.* 1. *cap.* 4. *n.* 4. *Quadr. de Casib. reserv. Disp.* 2. *q.* 1. *n.* 73. Peccarent tamen ad mentem D. Thomæ 2. 2. *q.* 110. *Art.* 3. *ad* 4. cùm non liceat *aliqua inordinatione uti ad impedienda nocumenta, seu defectus aliorum. Covarr. lib.* 1. *var. Resol. cap.* 2. *n.* 2. *Diana par.* 3. *Tract.* 6. *Resol.* 56. *Quadr. d. q.* 1. *n.* 73.

Quartò; qui scripturis non suo tamen mandato falsatis in Iudicio uterentur *Navarr. d. cap.* 27. *n.* 6. *Homob. de Casib. reserv. par.*

3. *cap.*

3. *cap.* 5. *sect.* 1. *Except.* 1. Quadr. *d. q.* 1. *n.* 75. Belloch. *d. q.* 9. *n.* 116.

His tandem, ne aliquid desideretur, addendum superest; Falsarios Literarum Apostolicarum vinculo excommunicationis innodari, quæ sola authoritate Pontificis absolvenda singulis annis die Feriæ V. in Cœna Domini promulgatur; Falsitates, sive Actiones ad eam incurrendam reperiuntur expressæ ab Innoc. III. *in cap. licet* 5. *de Crim. falsi*. Personæ, quæ illam incurrunt, in Bulla leguntur, quæ super his quotannis pariter expeditur; Utrasque verò satisplenè demonstratas habebitis apud DD. præsertim Navar. *d. cap.* 27. *n.* 62. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 23. *per totum*; Bonacc. *d. Disp.* 2. *q.* 7. *per totam*, Fagnan. *in cap. ad falsariorum de Crim. falsi*; Ad quos sat erit vos remisisse, cùm hujusmodi falsarii ad casum Nostrum non attineant.

AD CONFESSARIOS.

LOngiores, quàm volebamus, breviores forsan, quàm alii voluissent hæ Nostræ adnotationes evasere; sed cui erunt gratæ, ipsarumque perspecta utilitas, longæ non erunt; qui verò mente non peregrina illas percurret, resolutum habens quicquid difficultatis offendat, plura, ut in spe sumus, non quæret.

Eas igitur Confessarii omnes frequenter evoluant; Primùm, ut intelligant, quanta sit eorum Iurisdictio; *Cognitum*, enim (monet eos D. Carolus) *habere Confessarius omnis debet, ac propterea animadvertere antequam ad Confessiones audiendas accedat; quanta sit auctoritas, potestasque Jurisdictionis suæ, ita ut cùm norit, & quos, & à quibus peccatis, Censurisque absolvere possit, tum etiam caveat, ne facultatis suæ fines prætergrediatur Instruct. Pœnit.* §. *quomodo se comparet &c. inter Acta Eccl. Mediol. par.* 4. Deinde, ut possint pœnitentibus gravitatem non minùs peccati, quàm pœnitentiæ, quæ pro eo imponebatur antiquitus ab Ecclesia demonstrare. *Demonstrabit* [est utilissimum pariter monitum ejusdem D. Caroli] *iis, qui graviùs peccaverint (quò magis scelerum suorum magnitudinem agnoscant) quanta ipsis pœnitentia ex Canonum regulis imponenda esset; nec vero putent sua peccata levia esse, quia parva illis pœnitentia data est, sed hoc factum esse, ne eam, quæ pro culparum ratione injungenda erat, deserant, cum periculo salutis suæ; proinde pœnitentes ideo hortandi erunt, ut præter pœnitentia-*

nitentiæ opera imposita, plura etiam alia præstare conentur; ead. Instruct. §. de modo imp. pœnit.

Ut coronemus tandem has adnotationes non Nostris, sed ejusdem S. Caroli verbis, qui Nobis sit pastoralis solicitudinis præsidium, quemadmodum est exemplar, Rectores Animarum, & Confessarios omnes *in Christi Domini visceribus hortamur, quòd vel ipsum officii, & ministerii debitum postulat, cùm agatur de æterna animarum salute, ut omni diligentia Nobiscum cooperentur, & qua poterunt, facultate in hujus populi regimine Nos adjuvent, quem Dominus in viam salutis deducendum commisit* Instruct. Confess. in princip. inter Acta Eccl. Med. par. 4.





ADDITIONUM
PARS SECUNDA
CONTINENS

Constitutiones Apostolicas, Declarationes, ac literas Sacrarum Congregationum Ad qualibet Capita Synodalium Constitutionum attinentes Et secundùm eorum ordinem distributas.

AD CAPUT I.

De Fidei Cultu, & Professione.

Forma Professionis Fidei per eos, qui ad eam tenentur, emittendæ.

PIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam.



INjunctum nobis Apostolicæ servitutis officium requirit, ut ea quæ Dominus Omnipotens ad providam Ecclesiæ suæ directionem, sanctis Patribus in nomine suo congregatis divinitus inspirare dignatus est, ad ejus laudem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cùm itaque juxta Concilii Tridentini dispositionem, omnes, quos deinceps Cathedralibus, & superioribus Ecclesiis præfici, vel quibus de illarum Dignitatibus, Canonicatibus, & aliis quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis curam animarum habentibus, provideri contingет, publicam Orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Rom. Ecclesiæ obedientia permansuros spondere, & jurare teneantur.

§. 1. Nos volentes, etiam per quoscumque, quibus de Monasteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuscumque locis Regularium quorumcumque Ordinum, etiam Militarium, quocumque nomi-

nomine, vel titulo providebitur, idem ſervari, & ad hoc ut unius, & ejuſdem fidei profeſſio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unicaque, & certa illius forma cunctis innoteſcat, noſtræ ſolicitudinis partes in hoc alicui minimè deſiderari, formam ipſam præſentibus adnotatam publicari, & ubique gentium per eos, ad quos ex decretis ipſius Concilii, & alios prædictos ſpectat, recipi, & obſervari, ac ſub pœnis per Concilium ipſum in contravenientes latis, juxta hanc, & non aliam formam, profeſſionem prædictam ſolemniter fieri, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium diſtrictè præcipiendo mandamus hujuſmodi ſub tenore.

EGo N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo S. R. E. utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, factorem Cœli, & Terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & Sepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas. Et aſcendit in Cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ obſervationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſacram Scipturam, juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe vera, & propria Sacramenta novæ legis, à Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta,

ſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula quæ de peccato originali, & de juſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro vivis, & defunctis, atque in Sanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, unà cum anima, & divinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem; quam converſionem Catholica Eccleſia tranſubſtātiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantùm ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari. Similiter, & Sanctos, unà cum Chriſto regnantes, venerandos atque invocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco. Romanoque Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac juro. Cætera item omnia à Sacris Canonibus, œcumenis Conciliis, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, et rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam uſque ad

extre-

extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè Deo adjuvante retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, et doceri, et prædicari, quantum in me erit, curaturum, Ego idem N. ſpondeo, voveo, ac juro, ſic me Deus adiuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia.

§. 3. Volumus autem, quòd præſentes literæ in Cancellaria noſtra Apoſtolica de more legantur, et ut omnibus faciliùs pateant, in ejus quinterno deſcribantur, ac etiam imprimantur.

§. 4. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1564. Idib. Novemb. Pontificatus noſtri anno quinto.

Lecta, & publicata fuerunt ſupraſcripta literæ Romæ in Cancellaria Apoſtolica, anno Incarnationis Dominicæ 1564. die verò Sabbati 6. menſis Decembris Pontificatus Sanctiſſimi in Christo Patris, & D. N. D. Pii Papæ IV. anno 5.

A. Lomellinus Cuſtos.

AD CAPUT II.

De Doctrina Chriſtiana.

Decretum Sac. Cong. Concilii.

CAtholicæ Fidei rudimenta, & ſi ſcire omnes teneantur quotquot rationis ſunt compotes, plerique tamen argeſtium, & rudium jacent in tenebris, ſocordia, & negligentia Paſtorum, quandoquidem ſuprema hæc ſalutis dogmata, vel ignorantur prorſus, vel latina tantùm lingua, quam non tenent, edidicerunt, ut crebris piorum Sacerdotum delationibus acceperunt Illuſtriſs. PP. Conc. Trid. Sanctiſs. D. N. auctoritate interpretes. Cùm tamen juſtus ex fide vivat, & credere omnia implicitè longè diminutæ ſit Fidei, juſque cuſtodiri vix poſſit, niſi cognitum (quis enim non aberret à lege, ſi legem non calleat, aut certè quis rudem hanc ignorantiam ſecernat à deſidia, & contemptu) quandoquidem PP. dilucidè, & apertè dogmata ſcribi ſuper Lapides, ideſt ſimplicium cordibus infingi, ac parvulis panem frangi ſummoperè exoptantes,

tes, Amplitudinem tuam, ficut cæteros Italiæ Epifcopos per Iefu Chrifti vifcera obteftantur, ut fui muneris, ac paftoralis folicitudinis memor cæcam hanc caliginem mentibus effufam, & longè, latèque diffufam, & pro viribus difcutiat. Proinde Sacrofanctæ Synodi Decretum de pueris edocendis in fingulis Parochiis ità obfervari præcipiat, ut finguli Symbolum faltem Apoftolorum, atque Orationem Dominicam, itidemque Decalogi præcepta Materno Idiomate doceantur, iubeatque Parochialium Ecclefiarum Rectoribus, ut inter Miffarum Solemnia, & Verbi Dei Prædicatoribus, ut inter concionandum diebus feftis annuncient populo, ac fæpius conteftentur eos, qui hæc non tenent, debere ex præcepto ad Ecclefias, ubi hæc peraguntur, tandiù convenire, quandiù illa addifcant. Ac propterea ferið Confefforibus injungat, ut ignaros Pœnitentes de his interrogent, ac terminum eifdem præfigant, intra quem oftendant fe fe rudimenta fidei vulgari fermone apprehendiffe, alioquin Sacerdotes, ut quemque defidem, ac torpentem repererint, Sacramentalem abfolutionem fua prudentia, ac moderatione fufpendant. Et fummatim Amplitudo tua omnem operam, ftudium, ac diligentiam adhibeat, ut Sacra hæc falutis myfteria tandem ab omnibus, ut cuiufque fert ingenium, intelligantur. Ita igitur ne ovium fibi creditarum fanguinem de fuis manibus requirat Deus, fuo zelo, ac vigilantia efficiet Amplitudo tua, harumque litterarum exemplum ad fingulos tuæ Provinciæ Suffraganeos Epifcopos, ut id ipfum obfervent, perferendum curabit, & diù valebit in Domino, à quo cuncta ei profpera, & falutaria cupimus. *Romæ 19. Januarii 1619.*

§. Quarto della Lettera Circolare trafmeffa di ordine di Noftro Signore Clemente XI. a tutti i Parochi, Arcivefcovi, Vefcovi &c. del dì 16. Marzo 1703.

Quarto. Doverà V.S. fpecialmente invigilare, che da' Maeftri di Scuola, e molto più dalli Parochi s'infegni con tutta diligenza, e particolarmente le fefte, la Dottrina Criftiana, e che fi fpieghino con chiarezza i principali Mifterj della Santa Fede; al che faranno di grande aiuto anco altre perfone pie, che a tal'effetto potrebbero deputarfi, come con tanto frutto praticò nella fua Chiefa di Milano S. Carlo, che ne prefcriffe regolamenti fi utili,

anco per le altre Diocesi. Ed affinchè i fanciulli con la dovuta frequenza, ed applicazione attendino a questa sì necessaria istruzione, V. S. non lasci di avvertire seriamente i Padri, ed altri, che ne hanno cura, dell' obligo di far loro imparare le cose necessarie alla salute, ordinando alli Confessori di non assolverli, se in ciò si troveranno notabilmente colpevoli, e contumaci.

AD CAPUT III.

De Prædicatione Verbi Dei.

Constitutio Clementis X. in qua Regularium Privilegia circa prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem declarantur.

SUperna magni Patris &c.

Sanè cùm Sacri Concilii Trid. Decretis providè statutum fuerit, ut Regulares cujuscumque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia etiam in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare non possint; cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant; In Ecclesiis verò, quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam gratis ab eo dandam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint; atque ut nullus Sæcularis, sive Regularis etiam in Ecclesiis suorum Ordinum, contradicente Episcopo prædicare præsumat, idemque cùm nullus Sacerdos Regularis possit confessiones Sæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale Beneficium obtineat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium esse, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegiis, & consuetudine quacunque non obstantibus; Innotuit Nobis dubitationes nonnullas circa benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem ejusmodi in aliquibus Diœcesibus excitatas fuisse, ex quibus controversiæ, & dissensiones permultæ in diem subsequi possent occasione privilegiorum, quæ per Sedem Apostolicam Religiosis Ordinibus concessa fuerunt.. Nos

Nos attendentes, quòd aliàs diversis temporibus prædictæ dubitationes, et controversiæ nonnullis Prædecessorum Nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumque declarationibus definitæ fuerint; ejusmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magisque dissensionum tollantur semina, et imposterum firmior in agro Dominico pax Christi floreat, pro summo, quo fungimur, Apostolatus officio novis Apostolicis litteris muniendas duximus, et roborandas. Itaque de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, et dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, et prudentia præstantium, et matura deliberatione Nostra, atque ex certa scientia, ac generali, et perpetuò valitura constitutione decernimus, ac declaramus.

Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diœcesano benedictionem petere, prædicare tamen posse, quamvis illam non obtinuerint, quòd si Episcopus benedictionem, nedum non concesserit, sed etiam contradixerit, ne in prædictis quidem Ecclesiis licere Regularibus prædicare, eosque contravenientes ab illo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis fel. rec. Gregorii XV. Prædecessoris Nostri incipientis, *Inscrutabili Dei Providentia*, coerceri, et puniri posse: Episcopum tamen absque justa, et rationabili causa contradicere non debere; et huiusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscunque Oratoriis sui Ordinis Sermonem coram Populo, vel in Ecclesiis, aut ad crates Monasteriorum Sanctimonialium, eorum Iurisdictioni subiectarum, licèt clausis janüis, et nullus Sæcularis ibi intersit, habere voluerint; posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatos, etiam si Episcopi antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quò ad doctrinam examinare, si ità ipsius arbitrio, quod moderatum, et discretum esse debet, visum fuerit: Et licentiam prædicandi semel iisdem concessam ob rationabiles causas, licet occultas, prædicationem tamen concernentes, suspendere, non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum prædicent.

Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad confessiones Sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint eius Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati, et generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum Sæcularium Confessiones audiendas nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum; sed egere quò ad hoc speciali Episcopi approbatione, atque approbatos pro audiendis Confessionibus Monialium unius Monasterii, minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii; itidemq; Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum confessiones audire: sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit: Cæterùm in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi iuxta Regularia instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quàm Confessores Regularium eorundem Monasteriorum, seu Collegiorum audire Confessiones illorum Sæcularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tam ipsis deserviunt; illos autem Religiosos, qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque, & indistinctè, absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum in Diœcesi propriâ admittendos: quò ad cæteros verò, qui non adeò idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur probare, & admittere; semel autem simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcunque etiam infirmorum Confessiones audire absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia; de qua tamen confessione teneri dictos Religiosos eorundem Infirmorum Parochum illicò certiorem reddere, & hoc posse illis ab Episcopo sub pœna suspensionis à facultate audiendi Confessiones præcipi; sufficere tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum Infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore Confessi fuerint, Constitutioni, *quæ incipit, omnis utriusque sexus*

sexus, quò ad Confessionem dumtaxat satisfecisse censendos. Regulares verò ad ejusmodi Confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo (secus autem si ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis) approbatos non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentias illis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat: De qua tamen haud necessarium esse, ut in actis constet, nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare; sed Sedi Apostolicæ dumtaxat: Ubi eam sibi aperiri postulaverit. Porrò si Regulares cum scandalo, aut alias inhonestè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi Judicio videantur à Confessionibus suspendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cùm præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas, utique eam causam ad Confessionis Ministerium pertinere, ac proindè nihil obstare, quo minùs ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis: Attamen Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica nullatenus posse. Ex facultatibus per mare magnum, aliavè privilegia, Regularibus cujuscumque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam Jesu, concessis, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis: Et per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Trid. obtinuerunt, nequaquàm revixisse privilegia priùs ab eodem Concilio, ac deindè Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à casibus ab Episcopo reservatis.

Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo à casibus Episcopo reservatis posse absolvere: Posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse; Vigore supradictorum privilegiorum nequaquam licere Regularibus, etiam satis-

satisfacta parte absolvere pœnitentes à censuris quò ad externum, & Iudiciale forum, & absolutos ab eis in foro pœnitentiali, utique non censeri absolutos in exteriori Iudicio, & contentioso: Quinimò censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis cogi posse gerere se pro talibus, etiamsi à Regularibus fuerint absoluti, quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis privilegiis coram Episcopo, ab eo iudicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur, si dictorum privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non esse ad Metropolitanum provocandum, sed cùm ejus sit interpretari, cujus est condere; dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apostolicæ Iudicio, prout aliàs Constitutione Prædecessoris Nostri fel. rec. Clem. IV. statutum fuit; esse requirendam.

Decernentes si &c. Nulli ergo hominum &c.

Datum &c. 1670. Pontificatus Nostri Anno 1.

LETTERA

Della Sac. Congregazione

Sopra i Negozj de' Vescovi, e Regolari delli 10. di Ottobre 1676.

SOPRA I PREDICATORI.

ERa costume d'alcuni Predicatori valersi di maniere così improprie, tanto circa la sostanza, quanto circa lo stile, e modo di predicare la parola di Dio, che in vece di somministrare alli Popoli il pane delle Dottrine, e Virtù Cristiane, secondo le Regole, & i Dettami de' Santi Padri, andavano pascendo gl' intelletti degl' Uditori con varie inutili curiosità di Descrizioni, Paradossi, e favolosi racconti, da che presero motivo alcune persone dotate di vero Zelo Ecclesiastico d'insinuare alla san. mem. di Clemente X. il poco, o niun frutto, che da tali Predicazioni se ne ritraeva, acciò con la sua paterna providenza si degnasse di dare gli Ordini opportuni per rimedio di si grave abuso: In adempimento di che la Santità Sua comandò a gli Ordinarj de' Luoghi,

ghi, che avvertissero seriamente li Predicatori delle loro Diocesi, anche sotto gravi convenienti pene ad astenersi da sopradetti inutili discorsi, ma che con spirito ripieno di santo Zelo procurassero d'eccitare ne' cuori de' Popoli l'Amore, & il Timore di Dio; e l'aversione, & odio verso li peccati; e se bene s'è havuto notizia, che tal provedimento abbia in buona parte sortito il suo effetto, potendosi nondimeno dubitare, che nel progresso di tempo sia per diminuirsene l'esatta osservanza; per ciò la Santità di Nostro Signore, quale come Padre vigilantissimo non ha sollecitudine maggiore, che di moltiplicare l'Erario della Chiesa di Dio, con l'acquisto dell'Anime, sapendo quanto a questo effetto sia valevole la Predicazione Evangelica, con sentimenti di somma pietà si è degnato comandarmi, che rinuovi il medesimo Ordine a V. S. acciò ammonisca in nome di Sua Beatitudine con reiterati Precetti quelli, che averanno l'offizio di predicare in cotesta Città, e Diocesi, ad evitare onninamente tali inutili discorsi, valendosi di quelle forme, che saranno più conferenti per ammaestrare i Popoli nelle Verità Cattoliche, infervorandoli nell'amore Divino, & allontanarli dalli Vizj; Glielo significo &c.

Litteræ Sac. Congregationis S. R. E. Cardinalium Sac. Concilii Trid. Interpretum, super Verbi Dei Prædicatione.

De die 6. Julii 1680.

A Pluribus Christiani Orbis Provinciis, graves, frequentesque Romam, atque ad ipsam Sanctam Sedem adventant, seu delationes, seu querelæ adversùs præsentem Prædicationis Usum, tanquam à primævo Apostolorum instituto prorsus aberrantem. Ac cùm quidem Verbum Dei, quod Apostolo teste, omninò debet esse sanum, ac salutare, multipliciter per plures ex ipsis Evangelii Præconibus reddatur infectum; meritò Sanctiss. D. N. decrevit contagionem istam Universo gregi tam exitiosam, longèque patentem omni Apostolicæ auctoritatis conatu prorsus excindere; nam quæ pestis esse, aut cogitari violentior ea potest, quæ cibos ipsos ad vitæ præsidium institutos, ipsasque medicinas pro morbis depellendis inventas, in mortis instrumenta, & præsentissima vene-

na

Ac si Concionatores normam hujusmodi transgressos compererint, eos à prædicationis munere ad tempus benè visum suspendant, aliave ratione pro modo culpæ plectere curent; subrogando interim alios, qui salutari modo Populo ostendant vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternā evadere, & cœlestē gloriam valeant consequi. Amplitudo igitur tua &c.

§. *Quinto della sopraddetta Lettera Circolare d'ordine di Nostro Signore Clemente* XI.

Quinto. E perchè pur troppo spesso si vedono più bisognosi d'istruzione li Adulti, che i Fanciulli medesimi, dovrà V. S. ricordarsi dell' obligo, che ha insieme con tutti i suoi Parochi di pascere per se stessa, ò in caso di legittimo impedimento per mezzo de' Predicatori con la divina parola i Popoli à se commessi *non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis*, ma con proporre, e spiegare massime utili, ed adattate alla capacità delli Uditori, affinchè ognuno resti informato delle obligazioni del proprio stato, ed eccitato ad adempirle con la dovuta esattezza. A tal effetto non lasci d'inculcare a' Parochi, che sopra ogni altro si vagliano del tanto necessario, ed util Libro del Catechismo Romano; invigilando specialmente, che li medesimi secondo che vien loro prescritto dal Sacro Concilio di Trento *nella sess. 24. de reform. cap. 7. Inter Missarum solemnia, aut divinorum celebrationem sacra eloquia, & salutis monita vernacula lingua singulis diebus Festis, vel solemnibus explanent, eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant*. Rispetto poi a' Predicatori abbia particolar cura, che esercitino il loro ufizio con quello spirito di pietà, e con quel decoro, che si deve ad un Ministero sì Sacrosanto, e perciò usi tutta l'attenzione tanto in eleggere, quanto in procurare che da quelli, a' quali appartiene, siano eletti à tal carico Soggetti non meno per l'integrità della vita, che per la sodezza della dottrina in tutto degni d'amministrarlo, accadendo pur troppo spesso, massime ne' Castelli, e Luoghi piccioli, che una licenza, un mal esempio, un neo del Predicatore non solo tolga tutto quel frutto, che egli avesse potuto mai fare con le sue Prediche, ma positivamente sia cagione di molti scandoli, e di molti disordini.

AD CAPUT IV.

De Blasphemis.

Constitutio V. Pii V.

Ordinationes circa observantiam divini cultus in Ecclesiis, & venerationem Festivitatum, necnon & contra Simoniacos, Blasphematores, Sodomitas, & Concubinarios.

PIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam.

CUm primum Apostolatus officium divina nobis dispositione commissum suscepimus, statim omnem curam, & cogitationem Nostram in Dominici gregis fidei nostræ crediti salute defiximus, & Christi fideles Deo juvante ita dirigere statuimus, ut à vitiis & peccatis abstinentes, iter, quod ad vitam æternam ducit, insistant.

§. 1. Cùm autem ad omnia, quæ divinam majestatem aliquo modo possent offendere removenda, mentis nostræ aciem intenderimus, ea primùm, & sine mora emendare decrevimus, quæ Deo præter cætera displicere, & iram ejus provocare, cùm divinæ docent scripturæ, tum gravissima exempla declarant, nempe divini cultus neglectum, simoniæ labem, blasphemiæ crimen, & libidinis naturæ contrariæ vitium execrandum, propter quæ populi, & nationes, bellorum, famis, & pestilentiæ calamitatibus justa Dei ultione sæpè plectuntur. Etsi autem contra eos, qui tam gravia crimina admiserint, multæ à Prædecessoribus Nostris constitutiones editæ fuerunt, tamen quia parum est leges edere, nisi sint, qui eas debitis temporibus exequantur.

§. 2. Idcircò ne qui forsan ex tolerantia sperare impunitatem audeant, scientes plerosque pœnarum gravitate magis, quàm Dei timore arceri solere à voluntate peccandi, omnes, & singulas sententias, censuras, & pœnas contra eos, qui talia deliquerint, latas confirmamus, & Apostolica auctoritate innovamus, nec de earum

rigo-

rigore quicquam relaxamus, admonemusque eos, qui talia perpetrare veriti non fuerint, non solùm subituros eas pœnas, quæ sacris sunt Canonibus constitutæ, sed eas etiam, quas leges civiles comminantur, & Nostri quoque arbitrii discretio pro personarum qualitate constituet.

§. 3. Mandantes Civitatum, & locorum statûs nostri Ecclesiastici pro tempore Ordinariis, & Gubernatoribus, illis quidem sub poena suspensionis à divinis, his verò sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut quos debitum Deo cultum in Ecclesiis non tribuere, aliisque nefandis criminibus pollutos esse compererint, comprehendi curent pœnis afficiendos competentibus. Scituris etiam ipsis Judicibus, quòd si post hanc Nostram constitutionem in castigandis hujusmodi delictis negligentes fuerint, primùm quidē Dei Omnipotentis judicio obnoxii erunt, deinde Nostram quoque incurrent indignationem. Ut autem pœnarum certitudo cunctis faciliùs innotescat, nonnullas hic duximus exprimendas, aliis nihilominus contra hujusmodi criminum reos à jure statutis in suo robore manentibus.

§. 4. Ut igitur Deo Optimo Maximo, Gloriosæ Virgini, & Sanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregor. X. Prædecessoris Nostri constitutionem innovantes, ac statuta in Tridentino Concilio observari volentes, statuimus & ordinamus, ut ad Ecclesias sit humilis, & devotus ingréssus, quieta conversatio, devotis orationibus insistant, & omnes genibus flexis sanctissimum Sacramentum adorent, ad nomen JESU CHRISTI Domini nostri, cum exhibitione reverentiæ caput inclinent, nullus in dictis Ecclesiis seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moveat, impetumve committat, cessent vana, fœda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes judiciorum, & alia quæcumque, quæ divinum officium perturbare possunt. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat sive præsumat, dum celebrantur sacra Missarum mysteria, & alia divina officia. Qui verò prædicta petulanti animo contempserint, præter divinæ ultionis acrimoniam Nostri quoque arbitrii pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque Ordinarii in suis Ecclesiis facient observari. Quicumque verò in Ecclesiis, dum ibi sacrificium Missæ, & divina celebrantur officia, aut Verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo ad sanctissimum Sacramentum irreverenter sedere, aut aliquid, quod

ſcandalum generet, aut divina perturbet officia, facere præſumpſerit, pœnam vigintiquinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio Noſtro imponendas, & moderandas pœnas, & qui non habebit in ære, luet in corpore, aut exilio multabitur. Qui verò in Eccleſiis cum mulieribus impudicis, ſive etiam honeſtis colloquium ſcurrile habuerit, aut alios inhoneſtos actus fecerit vigintiquinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per menſem. Qui in Eccleſiis, ut ſupra, obſcænis, & inhoneſtis verbis, aut ſignis uſus fuerit, aut alia foeda colloquia cum perſonis quibuſcumque habuerit, decem aureorum pœna multetur, aut aliàs corporaliter puniatur. Mandamus prætcrea omnibus, & ſingulis Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium Eccleſiarum Capitulis, Rectoribus, Vicariis, Sacriſtis, Oſtiariis, & aliis ipſarum cuſtodibus, quatenus præfatos omnes in Eccleſiis delinquentes admoneant, & ut in eis vetita fieri non permittant, vel ſaltem ipſis Ordinariis, vel Officialibus Noſtris puniendos deferant: quod ſi facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent.

§. 5. Pauperes quoque mendicantes, ſeu eleemoſynas petentes per Eccleſias tempore Miſſarum, Prædicationum, aliorumque divinorum officiorum ire non ſinant, ſed eos ad valvas Eccleſiarum ſtare faciant, ſub pœna duorum aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice, niſi eos eiici curaverint, & parochis dimidii aurei. Religioſis etiam clauſtralibus, ſive regularibus præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ, ut in Eccleſiis ſuis deputent aliquem, qui tales eiiciat, & ſi negligentes fuerint, graviſſimè ab Ordinario corripiantur, quòd ſi illi parere recuſaverint, graviſſimas pœnas incurrent, & pro qualitate perſonarum, etiam corporaliter punientur arbitrio Noſtro, ſive Superiorum.

§. 6. Et ut in Eccleſiis nihil indecens relinquatur, iidem provideant, ut capſæ omnes, & depoſita, ſeu alia cadaverum conditoria ſuper terram exiſtentia omninò amoveantur, prout aliàs ſtatutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur.

§. 7. Cùm verò dierum feſtorum obſervatio ad Dei cultum maximè pertineat, & in lege divina præcipiatur, cupientes abuſus pravos, qui ex eorum inobſervantia invaluerunt, omninò corrigere, & antiquorum Canonum ſtatuta renovantes, mandamus, ut omnes dies Dominici, & præcipuè in honorem Dei, B. Mariæ Vir-

Virginis, Sanctorum Apostolorum feriati, cum omni veneratione observentur, omnes in diebus præfatis Ecclesias frequentent, divinis officiis devotè intendant, ab omni illicito, & servili opere abstineant, mercatus non fiant, profanæ negotiationes, & judiciorum strepitus conquiescant. Qui verò in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, præter divinam ultionem, & amissionem animalium, quibus ad vecturam utetur, etiam graves poenas incurret arbitrio Nostro, seu Vicarii Nostri in Urbe, in aliis autem locis arbitrio Ordinariorum, vel aliorum Magistratuum, ita ut præventioni locus sit. Quibus omnibus districtè præcipimus, ut hæc diligenter observari procurent, illas etiam festivitates, quæ juxta consuetudinem locorum solemniter celebrari consueverunt, juxta laudabilem consuetudinem debita cum reverentia observari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis, & moderandis.

§. 8. Et ut Simoniacæ pravitatis labes prorsus aboleatur, constitutiones Antecessorum Nostrorum contra Simoniacos editas, & præsertim Pauli II. inviolabiliter observari mandamus, & delinquentes tam in sacrorum ordinum receptione, quàm in beneficiorum assecutione, statutis etiam inferiùs pœnis nostra auctoritate affici volumus. Quicumque igitur detestabile crimen Simoniacæ pravitatis commisisse convictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis, suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisiverit, illis sit ipso jure privatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascumque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso jure privatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quæcumque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluriès commisisse convictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio eiiciatur. Qui verò ordines, beneficia simoniacè contulerint, pœnis à jure statutis puniantur, cujuscumque gradus, conditionis, & dignitatis, etiamsi Episcopi, Archiepiscopi, vel majores fuerint.

§. 9. Caveant præterea quicumque, ne in Sacramentorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant, alioquin gravissimè puniantur

tur per locorum Ordinarios, qui hujusmodi criminis reos cum maxima severitate coercere procurent, juxta Concilii Tridentini statuta.

§. 10. Ad abolendum verò nefarium, & execrabile blasphemiæ scelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & Imperialibus quoque legibus receptum est, nunc autem propter nimiam Judicum in puniendo segnitiem, vel potius desuetudinem, supra modum invaluit, Leonis X. Prædecessoris Nostri in novissimo Lateranen. Concilio statuta innovantes Decernimus, ut quicumque laicus Deum, & Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, vel Gloriosam Virginem Mariam ejus Genitricem expresè blasphemaverit, pro prima vice pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat: pro secunda, pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos solvet, & ignominiâ notatus, exilio multabitur. Qui verò plebeius fuerit, nec erit solvendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiæ constituetur per diem integrum, pro secunda fustigabitur per Urbem, pro tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicumque clericus in hoc blasphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus unius anni omnium, & quorumcumque beneficiorum suorum, pro secunda beneficiis ipsis privetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quòd si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemaverit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ, arbitrio Judicis puniatur.

§. 11. Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, perpetraverit, Curiæ sæculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus simili pœnæ subiiciatur.

§. 12. Monemus præterea omnes locorum Ordinarios, & in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipimus, ut statuta Tridentini Concilii contra concubinarios, tam clericos, quàm laicos edita, districtè faciant observari, reddituri Deo, ac Nobis, si id omiserint, rationem.

§. 13. Et ut præmissorum delictorum simoniæ, blasphemiæ, ac stupri nefandi notitia faciliùs habeatur, volumus, quòd in singulis cati-

casibus, non solùm per accusationem, & inquisitionem, sed etiam ad simplicem, & secretam denuntiationem procedatur per quoscumque Judices, aliàs tamen de jure competentes, tam ratione delicti, quàm personarum, ita quòd inter eos locus sit præventioni.

§. 14. Monemus præterea omnes, & singulos, ut solum Dei timorem præ oculis habentes, & non alia animi prava affectione ducti, culpabiles tantùm deferant, innocentes non vexent. Quòd si aliqui ex calumnia aliquos denuntiasse comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri volumus, & mandamus.

§. 15. Multæ autem pecuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis piis arbitrio Nostro in Urbe, extra verò, Ordinariorum: pro tertia accusatori, qui delinquentes detulerit.

§. 16. Mandamus autem Principibus, Comitibus, & Baronibus omnibus, S. R. E. feudatariis, sub pœna privationis feudorum, quæ ab ipsa Ecclesia Romana obtinent. Reliquos verò Principes Christianos, & Terrarum Dominos hortamur in Domino, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut pro divini nominis reverentia, & honore præmissa omnia in suis Dominiis, ac Terris exactissimè servari faciant, uberrimam ab ipso Deo mercedem pro tam bonis operibus recepturi.

§. 17. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac exemptionibus, privilegiis, indultis, facultatibus, & literis Apostolicis quibusvis Capitulis, Conventibus, Militibus, Ordinibus, & personis, cujuscumque qualitatis, & conditionis existentibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritationibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & aliàs quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 18. Volumus autem quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Prælati munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 19. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ innovationis, relaxationis, admonitionis, confirmationis, mandati, statuti, decreti, ordinationis, præcepti, monitionis, volunta-

tis,

tis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1566. Kal. April. Pontific. Nostri Anno 1.

AD CAPUT V.

De Sortilegis, & Maleficis &c.

Contra Astrologos &c. Constitutio 68. Xysti V. quæ incipit

Coeli, & Terræ &c.

Nos igitur, qui pro nostro Pastoralis officii munere fidei integritatem inviolatam conservare debemus, & animarum saluti prospicere, quantum divina gratia adjutrice possumus ex paternæ charitatis visceribus optamus, damnantes, & reprobantes omne genus divinationum, quæ diabolo auctore ad fidelium deceptionem à prædictis curiosis vel perditis hominibus fieri solent. Cupientes præterea sanctam illam Christianæ Religionis simplicitatem, præsertim ubi agitur de summa Creatoris Dei potestate, sapientia, & providentia, ab omni erroris labe integram atque incorruptam, ut par est, retineri. Volentes quoque prædictæ falsæ credulitati, ac hujusmodi illicitarum divinationum, & superstitionum detestabili studio, & execrandis flagitiis, atque impuritatibus occurrere, ut de Christiano populo meritò dici possit, quod de antiquo Dei populo scriptum est, Non est augurium in Jacob, neque divinatio in Israel. Hac perpetuò valitura constitutione, Apost. auctoritate statuimus, & mandamus, ut tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscumque dictæ Astrologiæ artem, præterquam circa agriculturam, navigationem, & rem magicam in posterum exercentes, aut facientes judicia, & nativitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid eventurum affirmare audent, etiamsi id se non certò affirmare asserant, aut protestentur, quàm contra alios utriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas divinandi artes, sive scientias

tias exercent, profitentur, & docent, aut discunt, quive hujusmodi illicitas divinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera, & delicta, ut præfertur, faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt, cujuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tam Episcopi, et Prælati, Superiores, ac alii Ordinarii locorum, quàm Inquisitores hæreticæ pravitatis ubique gentium deputati, etiamsi in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentiùs inquirant, et procedant, atque in eos severiùs Canonicis pœnis, et aliis eorum arbitrio animadvertant.

Prohibentes omnes, & singulos libros, opera, & tractatus hujusmodi Judiciariæ Astrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, Artis Magicæ, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac ut supra in memorato Indice interdictos sub censuris, & pœnis in eo contentis, à quibuscumque Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos Episcopis, & Ordinariis locorum, vel Inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere. Et nihilominus eadem auctoritate statuimus, & mandamus, ut contra scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta hujusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter iidem Inquisitores liberè, & licitè procedant, ac procedere, & poenis condignis punire, & coercere possint.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem præsentes Nostræ Literæ ad communem omnium notitiam faciliùs deducantur, jubemus illas in valvis Basilicarum S. Joan. Lateranen. & Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Floræ affigi, seu appendi, eisque detractis ipsarum exempla etiam impressa eisdem in locis affixa relinqui.

Et insuper universis, & singulis venerabilibus fratribus Nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, locorum Ordinariis, & Prælatis, necnon Inquisitoribus hæreticæ pravitatis ubilibet constitutis, per hæc committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ut per se, vel alium, seu alios easdem præsentes Literas, postquam eas receperint, seu earum notitiam habuerint, in suis, & singulis parochialibus Ec-

clesiis, dum in eis populi multitudo ad divina convenerit, deinde verò semel in anno, & quoties eis expedire videbitur, vulgari sermone publicent, aut publicari faciant.

Quia verò difficile &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dominicæ 1586. Nonis Januarii, Pont. Nostri Anno I.

Constitutio 46. Gregorii XV.

Contra Maleficos, & Sortilegos cum Diabolo pactum facientes, à fideque apostatando alios lædentes. *Quæ incipit*

OMnipotentis Dei &c.

Sanè nonnulli suæ conditionis obliti, & solemnis sponsionis ab iis factæ, cùm in Christi gregem per sacrum regenerationis lavacrum adsciti fuerunt, Sathanæ, cui renunciarunt, artibus, maleficiis, superstitionibus, ac nefariis inventis operam dare non verentur, quinimò magistrum imitantes, qui capitali odio, quo humanum genus prosequitur, hominibus insidiari nunquam cessat, proximum variis modis lædere, animas verò suas perdere non timent.

Quapropter, ut tam exitiosa scelera à Christi fidelibus arceantur, gravioribus pœnis vindicanda duximus. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium decernimus, præcipimus, & mandamus, ut constito, quòd aliquis pactum cum Diabolo fecerit, & à fide apostatando, maleficiis, sive sortilegiis unam, seu plures personas ita læserit, ut ex maleficio, vel sortilegio mors secuta sit, etiam primo lapsu Curiæ sæculari tradatur, debitis pœnis puniendus; qui verò, similiter apostatando, pactum cum diabolo, ut præfertur, fecerit, & maleficium, seu sortilegium commiserit, licèt mors secuta non sit, infirmitas tamen, divortia, impotentia generandi, sive animalibus, frugibus, vel aliis fructibus damnum notabile provenerit, muro claudi, sive perpetuis carceribus in Sancto Inquisitionis officio, ubi ille existit, fabricandis mancipari debeat.

Qui verò similium delinquentium notitiam habuerint, eos Episcopo, sive Inquisitori denunciare teneantur.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volu-

Volumus autem, quòd præsentium transumptis, &c.
Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 20. Martii M. DC. XXIII. Pontificatus Nostri Anno III.

AD CAPUT VI.

De Judæis.

Constitutio 68. Gregorii XIII.

Medici Hebræi, vel infideles, ad curandos Christianos infirmos non admittantur. Et Medici omnes servent Constit. Pii V. in monendis infirmis ad confessionem peccatorum.

ALiàs piæ mem. Paulus Papa IV. Prædecessor Noster edita perpetua Constitutione inter alia sancivit, ne Medici Judæi etiam vocati, & rogati ad Christianorum ægrotantium curam accedere, aut illi interesse possent.

Quam Constit. postea Pius Papa V. etiam Prædecessor Noster per suas Literas approbavit, innovavit, & confirmavit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decrevit, ac voluit, & sub interminatione divini judicii præcepit, & mandavit, omnia in eadem Constit. contenta in posterum firmiter observari, non solùm in Terris, & dominiis S. R. E. subjectis, sed etiam ubique locorum.

Quia tamen Nobis non sine magna animi Nostri molestia innotuit, eam minimè observari, sed multos adhuc ex Christianis hominibus esse, qui dum suos corporum languores illicitis mediis, & præcipuè Judæorum, ac aliorum infidelium opera sanari cupiunt, veræ salutis animarum suarum, & corporum simul immemores fiunt, & quod valde dolendum est, in damnationis æternæ maximum sæpè discrimen incidunt, Medicis Judæis, & infidelibus hujusmodi ad ipsorum curationem vocatis, & adhibitis: unde fit, ut & Judæis, ac aliis infidelibus magna detur delinquendi occasio, & simul salutare præceptum negligatur, ab Innoc. Papa III. similiter Prædecessore Nostro in Conc. generali quondam emissum, & deinde à prædicto Pio V. innovatum, quòd omnes Medici, cùm ad infirmos in lecto jacentes vocati essent, ipsos ante omnia monerent, ut idoneo confessori omnia peccata sua juxta ritum S. R. E.

 con-

confiterentur, neque tertio die ulteriùs visitarent, nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo ejus conscientia onerabatur, concessisset, & eis per fidem confessoris in scriptis factam constaret, quòd infirmi peccata sua confessi fuissent.

Idcirco nos tam Judæos, qui adversus mandata hujusmodi Apost. committere audeant, quàm Christianos, qui illos ad se accersunt, vel medendi licentiam concedunt, & viam ad delinquendum eisdem aperiunt, coercere volentes, supradictas Prædecessorum Nostrorum Constitutiones, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, ac inviolabiliter observari mandamus, atque hac Nostra in perpetuum valitura Constitutione, eisdem Constitutionibus, & præceptis, pro firmiori illorum observatione addentes, universis utriusque sexus Christi fidelibus districtè inhibemus, & interdicimus, ne posthac Judæos, vel alios infideles ad ipsorum Christianorum ægrotantium, & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari, admittive faciant, concedant, vel permittant.

Mandantes propterea omnibus, & singulis venerabilibus fratribus Nostris, Patriarchis Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, necnon dilectis filiis aliis locorum Ordinariis, & quibusvis Parochis, aliisve animarum curam habentibus, & exercen. sub indignationis Nostræ, ac aliis arbitrio Nostro infligendis pœnis, ut præsentes Nostras Literas in suis Ecclesiis, quæ in illis civitatibus, vel diœcesibus constitutæ sunt, in quibus Hebræi, vel alii infideles moram trahunt, quamprimum ad eos perlatæ fuerint, & deinde singulis annis initio quadragesimalis jejunii publicent, aut publicari faciant.

Et quòd, si quis post earum publicationem etiam quomodolibet exemptus, ac cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existens adversus illa facere ausus fuerit, Sacramenta ei Ecclesiast. nullatenus ministrentur, nec etiam à regularibus exemptis, & sic decedens Ecclesiastica careat sepultura, quæ quidem omnia parochi ægrotantibus significare apto tempore non omittant, præsertim cùm Judæum, vel infidelem Medicum ab eis admissum esse cognoverint, & aliàs ipsi locorum Ordinarii contra hujus mandati transgressores debita animadversione procedant, Judæosque ipsos nihilominus juxta Pauli, & Pii Pont. prædictorum

rum

rum Literas contra illos editas pro earum transgressione puniant.

Non obstant. Constit. & ordinat. Apost. ac omnibus illis, quæ idem Paulus, & Pius in suis Literis prædictis voluerunt non obstare, privilegiis quoque, indultis, & literis Apost. quibusvis personis etiam regularibus, privilegiatis, & exemptis, eorumve Ordinibus, & congregationibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam Marimagno, seu Bulla aurea nuncupata, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, in genere vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrariis quibuscumque, seu si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Et quia difficile &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 30. Martii 1581. Pont. Nostri Anno 9.

Bolla della Santità di Nostro Signore Papa CLEMENTE XI. a favore degli Ebrei, & altri Infedeli convertiti alla Fede Cristiana, volgarizzata per intelligenza di ciascheduno secondo la mente della Santità Sua.

CLEMENTE VESCOVO.

Servo de' Servi di Dio, à perpetua memoria.

AVendo Noi di continuo la mira, secondo il debito dell' Apostolico Ministero commessoci, à propagare per tutto l' Universo la Fede Cristiana, il cui Deposito principalmente dalla Romana Chiesa illibato, e permanente si custodisce; nel medesimo tem-

tempo, che ci studiamo di spedire nelle più remote parti del Mondo i Banditori dell' Evangelio, ci pigliamo parimente il pensiero, che coloro, i quali, sgombrate le tenebre dell' Infedeltà, con sollecita brama s' incaminano, mediante il Divino aiuto, alla cognizione del vero Sole di Giustizia, che è Cristo, non siano, per quanto è possibile, trattenuti da gl' impedimenti delle cose mondane; E così venga à rendersi tanto più frequente, quanto sarà più agevole la venuta d' ogni sorte di Nazione, che sotto il Cielo si trova, al grembo della Chiesa Cattolica.

Poiche se bene non per motivo di temporale interesse, mà colla mira più tosto all' eterna Celeste Eredità devonsi allettare gl' Infedeli ad abbracciare la Fede di Cristo; anzi di più conviene istruirli, che la principal gloria dell' Uomo Cristiano particolarmente consiste nel dispiezzar le cose terrene, e nell' ascriversi à perdita ogni altra cosa, in paragone dell' eminente scienza di GIESU Cristo Nostro Signore; ci pare nulladimeno, che sia molto conforme alla ragione, e confacevole alle regole della Chiesa Madre pietosa l' adattare à coloro, che nella Fede ancor bambini, più tosto col latte, che con cibo sodo devon nutrirsi, la Nostra Paterna providenza in tal modo, che anche i più deboli per lo timore di non perdere le facoltà, e cadere in una affatto miserabile povertà, non si ritirino dal proposito d' abbracciare la Religione Cristiana: Massime che, secondo i Sacri Canoni, è ben dovere, che quei, che vengono alla Santa Fede siano doppo il Battesimo di miglior condizione, che prima non erano, & anche in essi deve adempirsi la sicura promessa fatta da Cristo: Cercate prima il Regno di Dio, è la giustizia di esso, e tutte queste altre cose vi saranno date per giunta.

Per la qual cosa molti Romani Pontefici Nostri Predecessori, usando dell' Apostolica potestà da Dio ricevuta intorno à quelle cose, che fanno à favore della medesima Santa Fede, e conducono alla propagazione di essa, concedettero molti Privilegj a coloro, che si convertono, con fare diversi Ordini per provvedere alla indennità de medesimi, al decoro della Cristiana Fede, & alla più facile conversione degl' Infedeli; ma specialmente la fel. mem. di Paolo Papa III. publicò una Costitutione Apostolica del seguente tenore.

PAOLO PAPA TERZO. A' perpetua memoria. Desiderando Noi

Noi, che li Ebrei, e tutti gli altri Infedeli si convertano alla Fede Cattolica, e non ne siano divertiti dal pretesto de Beni, che prima possedevano; di Moto proprio, e di certa scienza con autorità Apostolica, mediante la presente Costituzione da valere da qui avanti, ordiniamo, che à ciascheduno de medesimi Ebrei, & Infedeli, che vorrà convertirsi alla Fede, ancorche sottoposti alla potestà Paterna, restino intatti, & illesi tutti i suoi Beni sì Mobili, come Stabili; di modo che anco i figliuoli di famiglia, e soggetti, come s'è detto, alla potestà Paterna non possano, ne debbano da' Padri loro esser defraudati, ò privati della Legittima, e di qualunque porzione de Beni Paterni, ò Materni per altro ad essi di ragione, ò per successione dovuti, ma i medesimi Beni, ancorche contro la volontà de lor Padri, si siano convertiti alla Fede, & essi ancora viventi, si devano intieramente à medesimi Convertiti.

E se li stessi Beni fossero stati acquistati per usura, ò guadagno illecito, e le persone, à cui di ragione debba farsene la restituzione siano cognite, (perche non si rimette il peccato se non si restituisce il mal tolto) ad esse onninamente si rendano; ma se non saranno persone cognite, giacche i medesimi Beni dovrebbero per mano della Chiesa convertirsi in usi Pii, li concediamo liberamente, in favore del Battesimo riceuto, come in uso Pio, alli medesimi Ebrei, & altri Infedeli, e vogliamo, che rimangano presso di loro: proibendo sotto pena della Divina maledizione a tutti, sì Ecclesiastici, come Secolari, che sopra detti Beni sotto qualunque pretesto non li molestino, ò permettano, che da altri siano molestati, mà grande acquisto stimino d'haver fatto, quando à Cristo li haveranno guadagnati.

E perche (come stà scritto) chi haverà de Beni del Mondo, e vedrà il suo fratello haver bisogno, e gli chiuderà le sue viscere, come dimora l'amor di Dio in lui? se i medesimi nel tempo della loro Conversione saranno poveri, ò bisognosi, esortiamo tutti, Ecclesiastici, e Secolari per le Viscere della Misericordia nel Nostro Iddio di porgere ad essi aiuto; & i Diocesani non solo esortino i Cristiani à sovvenirli, mà non trascurino essi ancora di sostentarli, ò colle rendite loro Ecclesiastiche, come potranno, ò anco colla roba, che cade nelle lor mani per convertirla in aiuto de poveri, e con Paterno affetto dalle detrazioni, e contumelie li difendano. E per-

E perche mediante la grazia del Battesimo son divenuti Concittadini de Santi, e domestici di Dio, & è cosa molto più degna il Regnare collo Spirito, che nascere carnalmente, ordiniamo, che siano veri Cittadini della Città, e luoghi, ne quali saranno rigenerati col Santo Battesimo, e godano i privilegi, libertà, & immunità, che li altri hanno solamente per ragione della nascita, e dell'origine.

Procurino di più i Sacerdoti, che li battezzano, e quei, che li levano del Sacro Fonte, diligentemente, avanti, e doppo il Battesimo, istruirli nelli articoli della Fede, e ne Precetti della nuova Legge, e ne Riti della Chiesa Cattolica; e tanto essi, che i Diocesani s'adopetino, perche non conversino, almeno per lungo tempo, con altri Ebrei, ò Infedeli, affinche, come tal volta avviene à chi è curato di fresco dal male, una piccola occasione non li faccia ricadere nella pristina dannatione.

E già che s'è veduto coll'esperienza, che la conversazione de Neofiti frà di loro li rende nella nostra Fede più fragili, e molto nuoce alla lor salute, esortiamo gli Ordinarj de luoghi à procurare, per quanto giudicheranno espediente all'accrescimento della Fede, di congiungerli in Matrimonio colli Originali Cristiani; e proibiscano loro il sepellire i Morti all'usanza delli Ebrei, e l'osservare i Sabbati, e l'altre solennità, e Riti dell'antica Setta; ma frequentino le Chiese, e le Prediche, come gl'altri Cattolici, e si conformino in tutto alli costumi Cristiani.

I Sacerdoti poi, nelle cui Parrocchie abiteranno, e li altri, à i quali ciò di ragione, ò per antica consuetudine spetta, & anco ogn'altra persona denunzino alli Diocesani, ò Inquisitori quelli, che disprezzassero le cose predette, e da medesimi, invocato ancora in caso di bisogno il braccio Secolare, siano puniti in modo, che servano d'esempio alli altri. E di più circa tutto il detto di sopra ne' Sinodi Diocesani, e Provinciali si faccia diligente inquisizione, e si rimedj opportunamente tanto circa i Vescovi, e Sacerdoti, che nelle predette cose fossero negligenti, quanto circa i Neofiti, & Infedeli predetti, che fossero contumaci.

E se tal'uno di qualunque grado, ò preminenza si sia, fomenterà, ò difenderà i predetti Neofiti nella inosservanza di quanto s'è detto, incorra *ipso facto* nelle pene promulgate contro i fautori delli Eretici.

Con-

Contro i Neofiti poi, che doppo la monizione Canonica trascureranno di corregersi, e ritorneranno al vomito del Giudaismo, si proceda dalli Ordinarj de luoghi, come contro perfidi Eretici, secondo il prescritto de Sacri Canoni.

Non ostanti le Costituzioni, & Ordinazioni Apostoliche, e qualsivoglia privilegio, indulto, ò lettere parimente Apostoliche, ò di Rè, ò d' Imperatori in qualsivoglia modo a' medesimi Giudei, ò Infedeli concedute, le quali in quanto ridonderanno in qualsivoglia modo in danno della Fede Cattolica, ò del Nome Cristiano, ò pure d' alcuna delle cose di sopra espresse, acciocche la presente sortisca il suo effetto, cassiamo, & annulliamo, e cassate, & annullate le dichiariamo, rimanendo nel suo vigore li altri Decreti, e Costituzioni Apostoliche, che sono state fatte intorno alle cose predette.

Et ad effetto, che di questa Santa Costituzione si conservi perpetua la memoria, & acciocchè nessuno possa allegarne ignoranza, vogliamo, e dichiariamo, che si publichi almeno una volta l'anno nel tempo de Divini Ufizj per tutte le Chiese Cattedrali, ò Collegiate, & altri luoghi Pii, dove è più frequente il concorso de Popoli.

E perche sarebbe difficile il far giungere in tutti i luoghi la presente, vogliamo, e dichiariamo, che à i Transunti, e Copie anco stampate, e sosctitte per mano di qualche publico Notaro, & autorizzate col sigillo di qualche Prelato, si presti la stessa fede, che si presterebbe alla presente dovunque fosse mostrata, & esibita.

Data in Roma presso S. Pietro sotto l' anello del Pescatore li 22. Marzo 1542. l' Anno ottavo del Nostro Pontificato.

Noi pertanto, acciochè per la lunghezza del tempo non venga à mancare la memoria di così salutevole Costituzione, e non se ne trascuri mai l' osservanza, ò ancora per fraude de nemici della Fede, non se ne asconda la notizia à quelli, che volessero convertirsi; col consiglio d' alcuni de Nostri Venerabili Fratelli Cardinali della Santa Romana Chiesa, e de Diletti Figliuoli Prelati della Romana Curia, a' quali commessimo la discussione di tal negozio, & ancora di Nostro Moto proprio, e certa scienza, e matura deliberazione colla pienezza della potestà Apostolica, in virtù della presente, confermiamo, approviamo, e rinoviamo la medesima sopra inserita Costituzione, e tutte, e ciascheduna

Ee delle

delle cose in essa contenute, e determiniamo, e comandiamo, che quella in perpetuo da tutti quelli, a' quali appartiene, inviolabilmente si osservi.

E parimente per rimuovere ogni ombra di dubbio, spiegando più chiaramente le cose stabilite dal sopranominato Paolo Nostro Predecessore, & in quanto faccia ancor di bisogno, stendendole, & ampliandole, col tenore della presente dichiariamo, e nuovamente ancora stabiliamo, decretiamo, e comandiamo, che tutti i Beni avventizj di qualsivoglia sorte, con pieno dritto s'appartengano a' figliuoli di famiglia, che professano la Religione Cristiana, come per mezzo del Sacro Battesimo affatto esenti dal giogo della patria potestà, per cui erano sottoposti a' lor Padri Infedeli; e che sopra di quelli non competa l'usufrutto, ò alcun' altro diritto in alcun modo a' predetti Padri fin' à tanto che persevereranno nell' Infedeltà; E per contrario, che detti Padri, ò altri, che per qualunque titolo, anco in sussidio, sarebbero tenuti à dar la dote, ò li alimenti a' Convertiti, ò loro descendenti, siano nello stesso modo obligati à somministrare ad essi la dote, & alimenti predetti doppo la Conversione.

E perche si è esperimentato più volte, che gl' Infedeli, e più degl' altri li Ebrei, sono proceduti tant' oltre nell' odio del Nome Cristiano, che hanno tentato, con occultare, ò dare ad altri i proprj Beni, ò disporne altrimente in vita, ò in morte, di defraudare i figli, & altri Parenti loro convertiti alla Fede Cristiana della Successione ne' medesimi Beni, alla quale ab intestato sarebbero stati di ragione ammessi, ò anche della speranza della medesima Successione; però Noi, seguendo le vestigie di Gregorio PP. XIII. Nostro Predecessore di fel. mem. che con suo Breve delli 13. Settembre 1581. nell' Anno Decimo del suo Pontificato con molta ragione stimò doversi ovviare ad un tanto male, che ridonda in pregiudizio della Cristiana Fede; di simile moto, scienza, e pienezza di potestà stabiliamo, e decretiamo, che nessuno Ebreo, ò altro Infedele possa in alcun modo alienare, occultare, ò diminuire per contrario, ò qualsivoglia ultima volontà i proprj Beni, ò ragioni di qualsivoglia sorte in pregiudizio de figliuoli, ò altri Parenti, che per altro ab intestato sarebbero loro succeduti, & habbiano abbracciata la Religione Cristiana; mà che anzi siano obligati (consegnata subito doppo il Battesimo la Legittima à quel-

quelli, che per altro doppo la morte loro doverebbero conseguirla) di conservare intieramente tutti i predetti Beni, e ragioni; e che tanto essi, quanto ogni altro, che ritenesse, ò occupasse li stessi Beni possa con li opportuni rimedj di ragione, e di fatto esser' astretto ad esibirli, e renderne conto ogni volta, che occorra, e farne legittimo Inventario, e dar sicurtà di goderli, e valersene ad arbitrio d'uomo da bene; e ne medesimi loro Beni (se essi nella Infedeltà moriranno) i loro figliuoli, & altri Parenti, come sopra, Cristiani, non ostante qualsisia causa d' ingratitudine, ò altra, benche legittima, per cui potessero essere diseredati, quale in onore del Battesimo di poi ricevuto vogliamo, che resti del tutto tolta, debbano succedere appunto nel medesimo modo, e colla stessa ragione, come se li stessi Ebrei, & altri Infedeli non havessero fatto, ò ordinato alcun Testamento, ò altra ultima volontà; e che tutte, e ciascuna delle sopradette alienazioni, distrazioni, ò altre disposizioni s'intendano fatte, ò più tosto attentate in fraude di questa Nostra Costituzione, & in odio della Fede Cristiana, e però non habbiano alcuna forza, ò valore.

Del resto, affinche non paia, che Noi, mentre con provida cura procuriamo vantaggi temporali alli Convertiti, trascuriamo il guadagno Spirituale dell' Anime di quelli, che possono convertirsi; si come non cessiamo per mezzo delle Sacre Missioni d' istruire colla predicazione Evangelica li altri Infedeli, che stanno lontani da Noi; così ci stà specialmente à cuore di procurare ancora l'eterna salute delli Ebrei, che in gran numero vivono tra i Cristiani, e si può dire, che stiano sotto degli occhi Nostri. Poiche habbiamo in vero una gran tristezza [liberamente lo diciamo coll' Apostolo] & un continuo dolore stà nel cuor Nostro, mentre con viscere di paterno amore compatiamo la prosapia Israelitica, popolo già amabile à Dio, eletto dal Signore per propria Eredità, e custodito come pupilla delli occhi suoi; adesso all'incontro [doppo, che essendosi la Giudaica perfidia avanzata al sommo della sceleraggine, si sdegnò veramente con furore il Signore contro il suo Popolo, e pigliò in estrema abbominazione la sua medesima Eredità] disperso come gregge senza Pastore, andar vagando miseramente per le più scoscese, & aride balze privo del pascolo salutifero delle Divine Scritture, che unicamente gli sono rimaste, mentre gli Ebrei la sola corteccia della lettera, che uccide, ne' gustano,

tano, e come uomini animali, lo spirito, che vivifica, non comprendono.

Che però à fine d' istruire salutiferamente li Ebrei nella Santa Fede, e tirarli à Cristo, ordiniamo, e comandiamo che da chiunque s'aspetta inviolabilmente si osservi, e se in qualche luogo fosse dismesso, si rimetta in uso tutto ciò, che il sopraccennato Gregorio Nostro Predecessore con sua Bolla del primo Settembre 1584. il cui tenore vogliamo s'habbia quì per espresso, saggiamente ordinò intorno alle Sacre Lezioni, ò Sermoni da farsi ogni Settimana a' medesimi Ebrei ne Luoghi, ove hanno le Sinagoghe; ammonendo Noi, e strettamente in Nome di Dio comandando à tutti i Predicatori da deputarsi per tale ufizio, che non con ingiurie, contumelie, ò parole troppo aspre, per le quali li Ebrei maggiormente si ostinerebbero nella loro perfidia, mà più tosto colla carità, e mansuetudine insegnataci dal mite, & umile Cristo Nostro Signore, cerchino di tirarli soavemente come pecorelle smarrite all' ovile di Santa Chiesa; e mostrata loro, principalmente colli oracoli del Testamento Vecchio venerato da essi, la luce della Cristiana verità, usino ogni diligenza per toglier loro il velo dalli occhi, à finche dalle tenebre della malizia Giudaica, che impediscono loro la vista, per virtù dell' Onnipotente Iddio restino liberati.

Per ultimo à tutti i Prelati delle Chiese, & anco a' Principi Secolari per le viscere della misericordia del Nostro Dio raccomandiamo tutti li Ebrei, & altri Infedeli, che per dono del medesimo Iddio sono pervenuti alla grazia del Santo Battesimo, acciocchè li favoriscano colla loro protezione, li aiutino coll' autorità, e colla potenza li difendano; nè da altre persone, e particolarmente da Giudei, ò altri Infedeli permettano, che indebitamente siano vessati; In Nome poi dell' Unigenito Figliuolo di Dio, e Salvatore Nostro GIESU Cristo, di cui sosteniamo le veci, esortiamo, & affettuosamente preghiamo tutti i Cristiani di qualsivoglia parte del Mondo, che non disprezzino, e molto meno abborriscano quelli, che vengono dalla Infedeltà, massime poveri; mà più tosto procurino di coltivare, & irrigare con favori, & aiuti, secondo il potere di ciascheduno, queste novelle piante di Santa Chiesa, e come veri fratelli in Cristo, e divenuti domestici della Fede si ricevano benignamente, nelle necessità li sollevino, & usino fi-

nalmente verso di loro ogni sorte di carità, affinche dall' haver professata la Santa Fede ne risulti loro pienezza di gaudio, e di giubilo, & à quelli, che tuttavia stanno fuori nella caligine dell' infedeltà, si ecciti la brama di ridursi ancor essi al grembo della Santa Madre Chiesa.

Determinando che la medesima presente Cōstituzione non possa per alcuna causa, quantunque legittima, e inserita nel Corpo di Ragione di alcun vizio di surrezione, ò orrezione, ò nullità, ò difetto d'intenzione Nostra, ò di qualunque altro mancamento notarsi, impugnarsi, ò mettersi in controversia, nè in alcuna maniera ridursi à i termini di ragione, anco per motivo, che non vi habbiano acconsentito, ò non siano stati chiamati, ò uditi quelli, che nelle predette cose habbiano, ò pretendano havere interesse; mà sempre, e perpetuamente dovere esser valida, ferma, & efficace, e dovers inviolabilmente osservare da quelli, à i quali si appartiene, ò in futuro si apparterrà. E così doversi in qualsivoglia luogo giudicare, e sentenziare da tutti i Giudici Ordinarj, e Delegati qualunque autorità esercitino, & anco dalli Auditori delle Cause del Palazzo Apostolico, da i Cardinali della Santa Romana Chiesa, & ancora da i Legati à Latere, togliendo loro, & à ciascheduno di essi la facoltà, & autorità di altrimente poter giudicare, ò interpretare; e che sia anco nullo; e di niuno valore tutto ciò, che in contrario sopra tutte, e singole le cose premesse, ò intorno à quelle da qualsivoglia persona con qualunque autorità scientemente, ò ignorantemente fosse attentato.

Non ostante la regola di non togliere il diritto acquistato, e tutte l'altre della Nostra Cancelleria, & altre Costituzioni, & Ordinazioni Apostoliche, benche Conciliari, ancorche munite di giuramento, ò approvazione Apostolica, ò di qualsivoglia altra conferma, e tutti li altri statuti, consuetudini, benche immemorabili, privilegj, indulti, e lettere ancora Apostoliche, Regie, & Imperiali concesse a ciascheduno delli Ebrei, ò Infedeli di qualsivoglia sorte, ò alle loro Università in qualsivoglia modo, e per qualsisia sorte di Cause quantunque publiche, gravissime, e urgentissime, & ancorche con titolo gravoso, che habbia forza di contratto dall' una, e l'altra parte obligatorio; le quali in quanto in qualsivoglia modo ridonderanno in pregiudizio della Fede Cattolica [la quale ogni Cristiano à tutte le ragioni humane deve

pre-

preferire] & ad effetto solo della presente cassiamo, & annulliamo, e casse, e nulle essere dichiariamo, e tutte le altre sotto qualsivoglia tenore di parole, & in qualsivoglia forma contro le predette cose publicate, confermate, e rinovate. Alle quali cose tutte, e ciascheduna di esse, e tutte le altre contrarie di qualsivoglia sorte, ad effetto della presente specialmente, & espressamente deroghiamo, e derogato esser vogliamo, benche per la sufficiente derogazione delle medesime, di quelle, e di tutto il loro intiero tenore dovesse farsi speciale, specifica, espressa, & individuale menzione, e di parola in parola, e non per clausule generali, che contengono il medesimo, ò pure dovesse farsene qualsivoglia altra espressione, ò fosse d'uopo à tal' effetto osservare una forma particolare, havendo pienamente, e sufficientemente per espresse inserite, e respettivamete osservate nella presente il tenore, formule, & occasioni di tutte, e ciascheduna di loro, & ancora tutte le altre cose degne di speciale espressione, restando per altro il rimanente nel suo vigore.

Et à fine che la presente Costituzione si renda palese à tutti commettiamo, & ordiniamo à tutti li Ordinarj de Luoghi, nelle Diocesi de quali si trovi qualche Sinagoga d' Ebrei, ò numero notabile d'altri Infedeli, che ogn' Anno una, ò più volte, e nel modo, che parerà loro più opportuno, facciano notificare, e ricordare in lingua volgare alli medesimi Ebrei, ò altri Infedeli tutte le cose, che da Noi, come sopra, sono state stabilite, & ordinate. Et accioche niuno affatto possa allegare ignoranza della medesima Costituzione, vogliamo che quella, ò la copia della medesima, come è costume, si pubblichi, e si affigga alle porte della Chiesa Lateranense, e della Basilica del Principe delli Apostoli, e della prefata Apostolica Cancelleria, e della Generale Curia Innocenziana, come ancora nella Piazza di Campo di Fiore della stessa Città per mezzo di uno de' Nostri Cursori, e che così publicata, & affissa oblighi tutti, e ciascheduno, come se fosse stata loro personalmente intimata.

E che alle copie di essa, anco stampate, &c.

Data in Roma appresso S. Pietro l'Anno dell'Incarnazione del Sig. mille settecento trè, li undici di Marzo, del Nostro Pontificato l'Anno Quarto.

AD

AD CAPUT VII.

De Sacramentis.

Constitutio 34. Clementis VIII.

Instructio super aliquibus ritibus Græcorum pro Episcopis Latinis, in quorum Diœcesibus Græci, vel Albanenses Græco ritu viventes degunt.

SAnctissimus Dominus Noster Clemens Papa Octavus.

Presbyteri Græci baptizatos chrismate in fronte non consignent, & ideo ab ipsis in ordine baptismi apud eorum Euchologium prætermittantur quæ sequuntur post illa verba καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν, &c. usque ibi, εἶτα ποιεῖ ὁ ἱερεὺς σχῆμα κύκλου. hoc est, & post orationem, &c. ubi habetur forma hujus consignationis, usque ad verba: Postea facit sacerdos figuram circuli, &c.

§. 1. Episcopi Latini infantes, seu alios baptizatos à presbyteris Græcis de facto chrismate in fronte consignatos confirment; & tutius videtur, ut cum cautela, & sub conditione id faciant, videlicet: N. si non es confirmatus, ego consigno te signo crucis, † & confirmo te chrismate salutis † in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, præsertim verò cùm verisimiliter dubitari potest, quòd ab Episcopis Græcis fuerint baptizati.

§. 2. Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod pro infirmis asservatur, singulis octo diebus, aut saltem quindecim renovetur.

Non asservetur idem sacramentum toto anno, si tamen asservatum fuerit, saltem in fine anni sumatur.

Tollatur abusus, fundendi, vel etiam miscendi sacro Oleo, ac iterum coquendi, vel alias exiccandi species Sacramenti sacræ Eucharistiæ feria quinta Cœnæ Domini, ut deinde illud asservent.

Si Græci velint accipere altaria portatilia ab Episcopis Latinis consecrata, bene erit; sin minùs, tolerentur eorum throni, sive throni super altaria lapidea ponendi, cùm celebrant.

Corporalia uti Latini habeant, nisi thronis etiam pro corporalibus utantur.

§. 3. In casu necessitatis presbyteri Græci catholici possint Latinos absolvere. Utan-

Utantur forma absolutionis in generali Concilio Florentino praescripta, & postea si voluerint, dicant orationem illam deprecativam, quam pro forma hujusmodi absolutionis dicere tantùm consueverunt.

Tollendus abusus, ubi est, ut vir atque uxor simul, & eodem tempore eidem presbytero confiteantur.

Aqua ritu Graeco in die Epiphaniae, vel primo die mensis benedicta conservetur in Ecclesia, ut illa fideles aspergantur.

Circa Oleum Sanctum Catechumenorum, & Infirmorum.

Non sunt cogendi presbyteri Graeci olea sancta praeter Chrisma ab Episcopis Latinis dioecesanis accipere, cùm hujusmodi olea ab eis in ipsa oleorum, & sacramentorum exhibitione, ex veteri ritu conficiantur, seu benedicantur. Chrisma autem, quod non nisi ab Episcopo, etiam juxta eorum ritum, benedici potest, cogantur accipere. Prohibeantur verò ab Episcopis Graecis externis schismaticis, seu S. R. E. Communionem non habentibus, illud accipere, vel eo uti.

§. 4. Ordinati ab Episcopis schismaticis, aliàs rite ordinatis servata debita forma recipiunt quidem ordinem, sed non executionem.

Proinde ipsi ordinati ab Episcopis schismaticis, correcti, vel emendati reconciliandi sunt, & absolvendi cum poenitentiis salutaribus, dummodo errores, vel saltem schisma Ordinatoris abjurent in judicio, vel publicè, vel secretò pro qualitate facti. In ordinibus autem per eos aliàs susceptis ministrare non permittantur, nisi cum ipsis super irregularitate hujusmodi occasione contracta auctoritate Sanctae Sedis Apostolicae fuerit dispensatum.

Non sunt admittendi Episcopi schismatici, sive pro ordinibus, sive pro aliis sacramentis conferendis, sed detinendi quoad Sancta Sedes Apostolica desuper consulatur, & responsum habeatur.

Graeci sine literis dimissoriis Episcopi Latini dioecesani ad sacros ordines promoti, suspensi sunt, & si suspensi in suis ordinibus ministraverint, efficiuntur irregulares, sicut & Latini.

Super hujusmodi autem, & similibus irregularitatibus dispensandi facultatem à Sancta Sede Apostolica obtineri oportet.

Si Episcopus Latinus Graecum aliquem ordinare voluerit, qui à presbytero Graeco in baptismo Chrismate in fronte de facto fuerit

rit consignatus, debet illum antea confirmare, saltem sub conditione, videlicet N. si es confirmatus, &c. ut suprà, Presbyteri vidui, seu uxoribus orbati habitum deferant diversum ab aliis.

§. 5. Curent Ordinarii locorum, ut decretum sacri generalis Conc. Trid. de reformatione matrimonii vertatur in linguam Græcam vulgarem, & in locis, & parochiis Græcorum, & Albanensium evulgetur, & publicetur.

Matrimonia inter conjuges Græcos dirimi, seu divortia quòad vinculum fieri nullo modo permittant, aut patiantur, & si quæ de facto processerunt, nulla, & irrita declarent.

Maritus Latinus uxoris Græcæ ritum non sequatur.

Latina uxor non sequatur ritum mariti Græci.

Græca verò uxor sequatur ritum mariti Latini.

Quod si id fieri non possit, quisque conjugum in suo ritu, catholico tamen, manere permittatur.

Proles sequatur patris ritum, nisi prævaluerit mater Latina.

Presbyter Græcus conjugatus, ante sacrum Sacrificium, seu sanctam Missam celebrandam, vel per hebdomadam, vel per triduum abstineat ab uxore.

§. 6. Græci credere tenentur, etiam à Filio Spiritum Sanctum procedere, sed non tenentur pronunciare, nisi subesset scandalum, præsertim si degant inter Latinos, aut necessitas postularet confitendi fidem catholicam, quia tunc oporteret etiam pronunciare.

Nunquam monachis Græcis, seu Calogeris animarum cura committatur, nisi ex necessitate, vel alia justa causa. Presbyteri sæculares Græci, abjuratis schismate, & erroribus, atque in fide Catholica bene instructi, in Parochialibus, seu Curatis Ecclesiis Græcorum institui possunt.

Tolerandus est apud Græcos usus carnium die Sabbati, ubi sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsorum, & inter eos tantùm.

Item tolerandum est, ut ad jejunium eodem die Sabbati in Quadragesima, excepto uno Sabbato, ex antiqua traditione non teneantur, sed dumtaxat ad abstinentiam.

In jejuniis biduanis, vel triduanis, vel aliàs à diœcesanis, vel in Jubilæis à Summo Romano Pontifice indictis, dies Sabbati inictis comprehensus, vel præscriptus, in alium diem pro plebibus Græcis ab ipsis diœcesanis Apostolica auctoritate Sanctissimi D. N. D. Clementis divina providentia Papæ Octavi permittitur commutari.

Si ipsi Græci ad observationem jejuniorum, & vigiliarum Latinæ Ecclesiæ induci possent, optimum esset, sed non cogantur, cùm ipsi qualibet hebdomada, & feria quarta, & feria sexta jejunent.

Græci existentes inter Latinos, dies festos de præcepto ejusdem Latinæ Ecclesiæ servare teneantur.

§. 7. Insuper idem Sanctissimus D. N. constituit, Romæ habendum esse Episcopum Græcum Catholicum, qui Græcos Episcopis Latinis Italiæ, & Insularum adjacentium subiectos, ab Episcopo Græco ordinari volentes, cum illorum dimissoriis ad id tantùm concedendis, ritu Græco ordinet.

§. 8. Ita Sanctitas Sua ex sententia Congregationis super reformatione Græcorum decrevit, & declaravit, ac fieri mandavit Romæ in Palatio Montis Quirinalis apud Sanctum Marcum, die 31. mensis Augusti, Anno Domini 1595. Pontificatus sui Anno Quarto.

AD CAPUT VIII.

De Sacramento Baptismi.

Decretum Clementis V. In Clem. Unica de Baptismo.

PRæsenti prohibemus edicto, ne quis de cæterò, in aulis, vel cameris, aut aliis privatis domibus, sed duntaxat in ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos [Nisi Regum, vel Principum, quibus valeat in hoc casu deferri, liberi extiterint: Aut talis necessitas emerserit, propter quam nequeat ad Ecclesiam, absque periculo propter hoc accessus haberi] audeat baptizare. Qui autem secus præsumpserit, aut suam in hoc præsentiam exhibuerit, taliter per Episcopum suum castigetur, quòd alii attentare similia non præsumant.

EPISTOLA JOANNIS VIII.

Anselmo Episcopo Lemovicinia Ecclesiæ, quæ relata in cap. ad limina c. 30, q. 1. extat ex testimonio Gratiani in Bibliotheca Vaticana.

AD limina Beati Petri Apostolorum Principis, hic præsens homo nomine Stephanus, orationis causa veniens, Nostro præ-

fulatui

ſulatui ſuggerendo innotuit, quòd filium ſuum in extremo vitæ ſuæ poſitum, necdum baptiſmatis unda lotum, abſentia ſcilicet ſacerdotum, nimia neceſſitate cogente baptizavit: cumque ipſe propriis manibus retinendo ſuſcepit, atque pro hujus rei negotio notitiæ tuæ patefacto, reverentia tua quaſi rectitudinis zelo flagrans, præfatum hominem à ſua conjuge judicavit eſſe ſeparandum: quod fieri nullatenus debet, dicente ſcriptura à Domino junctam eſſe viro uxorem: & quos Deus conjunxit, homo non ſeparet. Unde & Dominus in Evangelio, non dimittere poſſe uxorem ſuam, niſi cauſa fornicationis, apertiſſimè jubet, & Nos tantæ authoritatis præcipua freti juſſione dicimus dimittendam non eſſe, & inculpabile judicandum, quod neceſſitas intulit. Nam hoc baptizandi opus, laicis fidelibus juxta canonicam authoritatem (ſi neceſſe fuerit) facere liberè conceditur. Unde ſi ſupradictus genitor filium ſuum corpore morientem aſpiciens, ne animam perpetua morte pereuntem dimitteret, facii unda baptiſmatis lavit, ut eum de poteſtate authoris mortis, & tenebrarum eriperet, & in regnum Chriſti jam regnaturum ſine dubitatione tranſmitteret, bene fecisse laudatur: & ideirco ſuæ uxori ſibi jam olim legitimè ſociatæ impunè, quandiu vixerit, judicamus manere conjunctum: nec ob hoc contra præfatas authoritates Divinas aliquatenus ſeparari debere.

Notandum eſt; quòd, licèt in Tex. explicetur neceſſitas illis verbis; abſentia Sacerdotum neceſſitate cogente. *attamen ad ſenſum DD. intelligi debet de abſentia cujuſcumque alterius perſonæ, quæ poſſet filium baptizare, ut intret periculum, quòd aliàs proles abſque baptiſmo obiret.* Hoſtien. Joan. Andr. Præpoſitus Henr. apud Barboſam in eodem cap. ad limina n. 8. nec non plures alii, quos refert, & ſequitur Sanch. de Matr. lib. 9. Diſp. 26. n. 2.

Declaratio Sac. Congr. Concil. ſuper Cognatione Spirituali.

Titius in Patrinum vocatus Infantem tenuit, dum Sacerdos eumdem Infantem baptizavit, ſed quia illum non recepit è manibus baptizantis, quæſitum fuit à d. Sacra Congregatione die 18. Decembris 1688. an ille ſit verè Patrinus, & Cognationem contraxerit.

Sacra Congregatio reſpondit affirmativè.

AD CAPUT IX.

De Sacramento Confirmationis.

Epistola Urbani I. Omnibus Christianis relata in cap. omnes de Consecr. Dist. 5.

OMnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum Sanctum post Baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniantur; quia cùm Spiritus Sanctus infunditur, cor fidelium ad prudentiam, & constantiam dilatatur.

Declaratio Sac. Congr. Concil. in una Licien. die 13. Junii 1654. apud Pignat. Consult. 10. n. 3. Tom. 1.

NOn confirmatus tenens in confirmatione non contrahit Cognationem Spiritualem.

AD CAPUT X.

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

Decretum Concilii Lateranensis IV. sub Innoc. III. cap. 21. relatum in cap. omnis utriusque sexus de Pœnit. & Remiss.

OMnis utriusque sexus, fidelis post quam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata, saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minùs in Pascha Eucharistiæ Sacramentum: nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam ad tempus, ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum: alioquin, & vivens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quisquam ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat.

Con-

Constitutio 20. *Eugenii IV.*

Communicantes in Hebdomada Sancta, vel infra octavam Paschæ Resurrectionis D. N. JESU CHRISTI, satisfaciunt præcepto Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

FIde digna relatione percepimus in Civitate Licii, non parvam per hæc tempora excitatam fuisse commotionem, de die debitæ perceptionis Sacratissimi Corporis Domini Nostri JESU CHRISTI, & per aliquos religiosos esse affirmatum, quòd non communicantes actualiter in die Resurrectionis Dominicæ mortaliter peccarent, etiamsi in die Jovis Sancti, & aliis quibuscumque diebus infra annum pluriès, & frequentatis vicibus communicassent, quod piis auribus est audire molestum.

§. 1. Recolimus aliàs per quoddam Nostrum Breve scripsisse venerabili fratri Nostro Episcopo Liciensi, quòd intelligebamus satisfactum esse, si paulò post diem Resurrectionis Domini quis communicet, & mirati sumus, quòd postmodum nova controversia revixerit, sed inimicus homo superseminavit zizania.

§. 2. Nos igitur cupientes purgatum triticum in horreum Domini congregare, & inutilibus contentionibus finem dare, attendentes juxta doctrinam beati Augustini, quòd solent circumstantiæ scripturarum illuminare substantiam veritatis, & non solùm adjacentia, sed etiam præcedentia, & subsequentia verba sunt considerandа prudenter, cùm dicat canon Ecclesiæ: omnis utriusque sexus fidelis saltem semel in anno confiteatur, & infra, suscipiens ad minùs in Pascha reverenter Eucharistiæ Sacramentum, & sequitur, nisi de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum, dicimus expresè non intentionis Legislatoris fuisse animas illaqueare fidelium sub culpa mortali ad communicandum præcisè in die Resurrectionis Dominicæ, sed terminum statuisse à Pascha ad Pascham, cùm dicit semel in anno, & infra ad minùs in Pascha, &c. Mens enim magis, quàm verborum sonus, est attendenda discretè. Intelligimus itaque optimo jure satisfactum esse Canoni, si in Hebdomada Sancta, vel infra octavam Paschæ Resurrectionis Dominicæ, secundùm meliorem dispositionem conscientiæ, & aptiorem men-

mentis devotionem, fideles præparatione debita Sanctum Eucharistiæ pignus accipiant, & cum Domino Pascha celebrent ad salutem, & huic sententiæ omnes volumus acquiscere.

§. 3. Quare devotioni tuæ committimus, ut prædicta, ubi oportere intelligas, populis nota facias.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Nostro secreto, die 8. Julii 1440. Pontificatus Nostri Anno X.

Declaratio Sac. Congr. Concil.

Contra eos, qui tempore Paschatis non communicant;

I. An Episcopus adversus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis ad Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta negligunt accedere, & pœnas cap. omnis utriusque sexus de pœn. & remiss. contemnunt, possit etiam ad excommunicationem procedere?

II. An pro satisfactione, pœnas pecuniarias pio loco applicandas injungere?

III. An expediat talium absolutionem sibi reservare? die 28. Januarii 1587. Sacr. Congregat. Ad Primum censuit licere, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ex rationabili causa communio ad tempus dilata fuerit. Ad Secundum posse injungi eleemosynas alicui pio loco applicandas pro hujusmodi excommunicatorum emendatione. Ad Tertium non expedire lib. 18. Dec. pag. 604.

Decretum Sac. Congr Concilii.

Circa Communionem Quotidianam.

CUm ad Aures SS. D. N. fide dignorum Testimonio pervenerit in quibusdam Diœcesibus vigere usum quotidianæ Communionis, etiam in Feria sexta Parasceves, & simul affirmari, eamdem quotidianam Communionem præceptam esse à jure Divino, quin etiam in illius administratione aliquos abusus inolevisse, videlicet, quòd aliqui, non in Ecclesia, sed in privatis Oratoriis, & Domi, imò cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis nota sumant Sacrosanctam Eucharistiam, quam argentea theca inclusam in crumena, aùt secretò illis deferunt Sacerdotes

tes Sæculares, aut Regulares, aliique in Communione accipiant plures formas, ac Particulas, vel grandiores solito; ac tandem quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Cùm autem hæc Sanctissimus consideranda commiserit Sacræ Congregationi Cardinalium Concilii Interpretum, eadem Sacra Congregatio, prævia matura discussione super prædictis, unanimi sententia ità censuit; Et si frequens, quotidianusque Sacrosanctæ Eucharistiæ usus à SS. Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen, aut sæpiùs illam percipiendi, aut ab ea abstinendi certos singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, quos nec Concilium Tridentinum præscripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum reputaret, nihil præcipiens, quid cuperet, tantùm indicavit, cùm inquit, Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes Sacramentali Eucharistiæ perceptione communicarent; idque non immeritò; multiplices enim sunt conscientiarum recessus, variæ ob negocia spiritus alienationes, multæ è contrà gratiæ, & Dei dona parvulis concessa, quæ cum humanis oculis scrutari non possumus, nihil certi de cujusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori, aut quotidiano Vitalis Panis esu potest constitui, & propterà quod negociatores ipsos attinet, frequens ad Sacram alimoniam percipiendam accessus Confessariorum secreta cordis explorantium judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem processu Laicis negociatoribus, & Conjugatis, quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis præscribere debebunt. In Conjugatis autem hoc amplius animadvertant, cùm B. Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacent Orationi, eos seriò admoneant, tantò magis ob Sacratissimæ Eucharistiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad Cælestium epularum Communionem esse conveniendum. In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidiana Sacræ Communionis sumptione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur, sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet, illudque omninò provideat, ut nemo à Sacro Convivio, seù frequenter, seù quotidiè accesserit, repellatur, & nihilomi-

lominus det operam, ut unusquisque dignè pro devotionis, & præparationis modo rariùs, aut crebriùs Dominici Corporis suavitatem deguſtet: Itidem Moniales quotidiè Sacram Communionem petentes, admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis inſtituto præſtitutis communicent; Si quæ verò puritate mentis eniteant, & fervore ſpiritus ità incalverint, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana Sanctiſſimi Sacramenti perceptione videri poſſint, id illis à Superioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum, & Confeſſariorum diligentiam opera quoque Concionatorum uti, & cum eis conſtitutum haberi, ut cum Fideles ad Sanctiſſimi Sacramenti frequentiam [quod facere debent] accenderint, ſtatim ad illud ſumendum de magna præparatione orationem habeant, generatimque oſtendant eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam ſalutiferi cibi ſumptionem devoto ſtudio excitantur, debere, ſivè Laici negociatores ſint, ſivè Coniugati, ſivè quicunque alii ſuam agnoſcere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini judicii fortitudine diſcant Cœleſtem Menſam, in qua Chriſtus eſt, revereri, & ſi quando ſe minùs paratos ſenſerint, ab ea abſtinere, ſeque ad majorem præparationem accingere. Epiſcopi autem, in quorum Diœceſibus viget hujuſmodi Devotio ergà Sanctiſſimum Sacramentum, pro illa gratias Deo agant, eamque ipſo adhibito prudentiæ, & judicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio poſtulari ſibi maximè perſuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentia, & ſcandali ſuſpicio in veri, & Immaculati Agni perceptione tollatur, virtuteſque, ac dona in ſumentibus augeantur, quod abundè continget, ſi ii, qui devoto hujuſmodi ſtudio, Divina præſtante gratia, tenentur, ſeque Sacratiſſimo Pane frequentiùs reficiunt, ſuas vires expendere, ſeque probare cum timore, & charitate aſſueverint, quibus Chriſtum Dominum, qui ſe Fidelibus manducandum, & ſe pretium in morte tradidit, atque in Cœleſti Regno ſe præmium eſt daturus, precatur Sacra Congregatio, ut ſuam opem, & dignam præparationem, & ſumptionem largiatur. Porrò Epiſcopi, & Parochi, ſeu Confeſſarii redarguant aſſerentes Communionem quotidianam eſſe de jure Divino: doceant in Eccleſiis, ſeu Oratoriis privatis ex diſpenſatione, ſeu privilegio Pontificis de manu Sacerdotis ſumendam Sanctiſſimam Euchariſtiam, nec eam ullo modo deferendam in crumena, aut ſecretò ad exiſten-

tes

tes domi, vel cubantes in lecto, præterquam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos, si ab Ecclesia deferatur publicè, & cum pompa juxtà formam Ritualis Romani, si verò ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam, ut circa Communionem in Feria sexta Parasceves Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus servetur; Insuper admoneant nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas, non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Si Parochi, & Confessarii, etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes secus egerint, sciant Deo Optimo Maximo rationem redditturos esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum rigorosam animadversionem in Contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa.

Et facta de prædictis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas sua approbavit, ac præsens Decretum typis dari, ac publicari voluit. In quorum, &c.

Datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. Cardinalis Columna Præf.

S. Archiep. Brancaccius Episc. Viterbien. Secr.

Decretum Sac. Congr. Rituum die 13. *Februarii* 1666.

Quò ad Missam canendam, & commemorationem de SS. Sacramento faciendam, quando est publicæ venerationi expositum.

Quando exponitur Sacramentum in Altari pro initio 40. horarum, vel spiritualium exercitationum, si accidat in festo primæ, vel secundæ classis, sivè in Dominica privilegiata primæ, vel secundæ classis, tunc in Collegiatis, vel duæ cantentur Missæ, una de festo, seu Dominica post Tertiam: altera Votiva de Sacramento post Nonam, vel una cantetur de die cum commemoratione Sanctissimi Sacramenti.

Similiter eadem Sac. Congr. Rituum; Proposito Dubio.

An in Missa privata de Sancto duplici, vel semiduplici, de quo tali die fit officium, facienda sit commemoratio de Sanctissimo Sacramento exposito occasione 40. Horarum: Respondit sub die 2. Decembris 1684. posse, sed omittendam in festis primæ, & secundæ Classis.

Decretum Sac. Rituum Congreg.

Quo prohibentur Missæ Votivæ infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi.

EMinentissimi Sac. Rituum Congreg. Præpositi ob summam, ac debitam Venerationem, qua Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum prosequuntur, & ad augendum ejus cultum in toto Terrarum Orbe, censuerunt prohibendum esse, nè in posterum infrà Octavam Sanctissimi Corporis Christi Misæ votivæ quæcumque, vel pro Defunctis celebrentur, si Sanctiss. placuerit. Hac die 21. Junii 1670.

Et facta de prædictis Sanctissimo Relatione per me Secretarium, Sanctitas Sua sensum ejusdem Sac. Congregationis approbavit, & præfatum Decretum edi mandavit, eadem die ejusdem Mensis, & Anni 1670.

Constitutio 45. Innoc. XII.

Qua confirmantur Indulgentiæ ab Innoc. XI. concessæ pro comitantibus Sanctissimum Sacramentum, dum ad infirmos pro Viatico defertur, & aliæ quoque conceduntur.

DEbitum Pastoralis Officii, quo Catholicæ Ecclesiæ Regimini Divina dispositione præsidemus, exigit, ut ad augendam fidelium Religionem, promovendamque animarum salutem pia charitate intenti, Spiritualium gratiarum concessiones, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris ad incitandam, fovendamque eorumdem fidelium erga Sanctissimum, Augustissimumque Cor-

Corporis, & Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi Sacramentum, pietatem, atque devotionem providè, & salubriter emanasse noscuntur, Apostolici muniminis Nostri patrocinio roboremus, ejusdemque Sanctissimi Sacramenti Cultum uberiori Cœlestium munerum elargitione, quantum Nobis ex Alto conceditur, ampliare studeamus. Aliàs siquidem felicis recordationis Innocentius Papa XI. Prædecessor Noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus tàm in Alma Urbe Nostra, tunc sua, quàm alibi ubicunque locorum degentibus, qui præfatum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, cùm ad Infirmos pro Viatico deferretur, devotè comitati fuissent, ac pro Christianorũ Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, quacunque vice id egissent, si cum lumine, septem annos, & totidem quadragenas, si verò sine lumine illud, ut præfertur, comitati fuissent, quinque annos, & quinque quadragenas respectivè de injunctis eis, aut aliàs quomodolibet per eos debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta sub certis modo, & forma tunc expressis misericorditer in Domino relaxavit, & aliàs prout in ipsius Innocentii Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die prima Octobris M. DC. LXXVIII. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberiùs continetur. Nunc autem Nos memorati Sanctissimi Sacramenti venerationem in dies magis, magisque augeri, piumque, ac laudabilem, quem benedicente Domino in Urbe præfata, ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes diffunduntur, Sacratissimum hoc salutis nostræ pignus, cùm ad infirmos defertur, decentiùs comitandi morem; certis desuper dilecti filii Nostri in eadem Urbe Vicarii in Spiritualibus Generalis authoritate præscriptis regulis, institui curavimus, ubique locorum, & gentium extendi, & propagari summoperè cupientes; Concessionem à memorato Innocentio Prædecessore, sicut præmittitur, factam, ac desuper expeditas ejus literas præfatas, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Prætereà omnibus, & singulis utriusq; sexus Christi fidelibus ubicumq; existentibus, qui legitimo aliquo impedimento detenti, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum supradictum, cùm illud ad infirmos deferri

ferri contigerit, personaliter comitari nequiverint, sed tamen lumen, seù facem per alios ea occasione deferendam miserint, &, ut præfertur, oraverint, quacunque vice id egerint, tres annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet per eos debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta harum serie relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in Judicio, quàm extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die v. Januarii M. DC. XCV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

I. F. Card. Albanus.

Sommario di dette Indulgenze.

Chi accompagna il Santissimo Viatico à gl' Infermi con lume acceso, guadagna Anni sette d'Indulgenza, ed altrettante Quarantene.

Chi accompagna senza lume, Anni cinque, ed altrettante Quarantene.

Chi legittimamente impedito, manda la Torcia, ò Candela per altri: ò la consegna in Parocchia, perche sia da altri portata, Anni tre, ed altrettante Quarantene.

Chi similmente impedito, reciterà un Pater noster, & un' Ave Maria, giorni cento d'Indulgenza.

La medesima è conceduta alle Donne, che senza uscire di Casa, dicono similmente un Pater Noster, & un' Ave Maria, pregando il Signore per la Pesona Inferma, che si communica.

Declaratio Sac. Rituum Congr.

Quæsitum fuit à Parochis Urbis, an ipsis ministraturis Sanctissimum Sacramentum infirmis, liceat de die, vel saltem de nocte uti parvo pileolo in delatione ejusdem per Civitatem sub prætextu alicujus infirmitatis, absque speciali licentia hujus Sacræ Ri-

Rituum Congregationis. Et eadem Sacra Congregatio respondit negativè die 13. Augusti 1695.

AD CAPUT XI.

De Sacrificio Missæ.

Confirmatio Decretorum S. R. E. Cardinalium Concil. Trid. Interpretum.

Super celebratione Missarum, etiam cum declarationibus, & innovatione Decretorum ab eadem Congregatione auctoritate fel. record. Urbani VIII. desuper aliàs factorum.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam.

NUper à Congregatione venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, prodierunt decreta tenoris infrascripti, videlicet.

Aliàs super celebratione Missarum, ac prohibitione illas moderandi, seu reducendi, absque Sedis Apostolicæ licentia, nec non super earundem oneribus perpetuis suscipiendis, & religiosorum numero, ultra reditus, & consuetas eleemosynas locorum regularium non habendo, emanarunt ab hac Sac. Congr. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, auctoritate per fel. record. Urbanum Papam VIII. illi specialiter attributa, quamplura decreta tenoris sequentis.

Cum sæpè contingat in quibusdam ecclesiis, tam magnum Missarum celebrandarum numerum, ex variis defunctorum relictis, aut piorum eleemosynis impositum esse, ut illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri, & tamen nova onera Missarum in dies suscipiantur; indeque fiat, ut depereant piæ testantium voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ suffragiis priventur, ecclesiis debitus subtrahatur cultus, ac Christi fideles, gravi scandalo affecti, plerumque à similibus charitatis operibus retrahantur. Cùmque his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quòd ii, qui Missas supra vires ce-
lebran-

lebrandas suscipiunt, sperent illas brevi ad pauciorem numerum à superioribus reductum iri; aut quòd ecclesiis, forte pecuniarium absumpta, plerumque nuda remaneant onera missarum, absque ullo emolumento, aut quòd eleemosyna pro illis celebrandis sit adeo tenuis, ut non facilè inveniantur, qui velint huic se muneri subiicere, & reditus ecclesiæ, aut monasterii adeo exigui, ut sacerdos pro necessaria sua substentatione, novis se oneribus obstringere compellatur. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum animadvertens, facturam se rem Deo gratissimam, charitatique, ac justitiæ maximè consentaneam, si pro viribus satagat, hunc teterrimum abusum è Christiana republica convellere, atque eradicare; Sanctiss. D. N. Urbani Divina providentia Papæ VIII. auctoritate sibi specialiter attributa, infrascripta decreta edidit.

Ac primò districtè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodo reducant onera ulla missarū celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur; alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam, fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

Deinde, ubi pro pluribus missis etiam ejusdem qualitatis celebrandis, stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, sive ab una, sive à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis Piis quibuscunque, tam Sæcularibus, quàm Regularibus; Sacra Congregatio sub obtestatione Divini judicii mandat, ac præcipit, ut absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint, itaut alioquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimmo graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id verò ut deinceps observetur exactiùs, Sac. Congregatio eadem auctoritate revocat privilegia, & indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac locis Piis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus

ribus cujuscunque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcunque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Prætetea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis, eò tepidiores, ac segniores reddantur, quòd onera hujusmodi cum nulla, aut parva sint utilitate conjuncta: statuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac locis omnibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda, cum onere perpetuo Missarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis, statim deponi debeant penes Ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimum investiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur.

Ac si eadem bona immobilia, auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium, sub eadem pœna, ut supra, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

Ad hæc Sac. Congregatio quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac Piorum locorum, tam Sæcularium, quàm Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districtè prohibet, ne in posterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, sæculares quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, Regulares verò sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia, in scriptis, & gratis concedenda: alioquin sæcularis, qui hujus prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso; Regularis vero pœnam, privationem omnium offi-

officiorum, quæ tunc obtinebat, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque activæ, ac passivæ absque alia declaratione, incurrat.

Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant; alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam spontè oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa: ELEEMOSYNA PRO MISSIS, vel alia simili, sub iisdem pœnis ipso facto incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur.

Episcopus verò, seu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirant de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut loco Pio incumbentibus; nec antea assensum hujusmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè constiterit, illius Sacerdotes, tam novo oneri suscipiendo, quàm antiquis jam susceptis satisfacere posse; præcipuamque rationem habeant, ut reditus, qui Ecclesiis, & locis Piis relinquuntur, omnino respondeant oneribus adjunctis secundum morem cujusque Civitatis, vel provinciæ intelligantque, si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die, se hujus prætermissi muneris rationem esse reddituros.

Postremò Illustrissimi Patres non sine gravi animi dolore intelligentes, mala fere omnia, quæ regularem disciplinam evertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fovent in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex majori Regularium numero, quàm ferant reditus, & eleemosynæ cujusque Monasterii; inhærentes Summorum Pontificum, ac Sac. Tridentini Concilii Decretis, hac de re editis, Sanctiss. Domini Nostri auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscunque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium, bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, existentium intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, ut singuli, ad quos pertinet, in qualibet provincia adhibitis duobus,

aut

aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum usu peritioribus, bona immobilia, census, reditus, & proventus omnes, consuetas item eleemosynas, & obventiones, tam communes Monasteriorum, Conventuum, & Domorum ejusdem Provinciæ, quàm etiam singularibus personis Religiosis assignatas, seu permissas, in communem usum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoscant, iis omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliave cujuslibet generis onera consueverunt absorbere.

Eaque omnia scripto fideliter exarata, idem superior, cujus interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione Generali, vel Provinciali coram tribus judicibus, ab ipsomet Capitulo, seu Congregatione deligendis, proponat, qui computatis hujusmodi reditibus, eleemosynis, & obventionibus universis, & oneribus, ut supra detractis, sedulò examinent, quot Religiosi homines, connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis servientibus in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo Regulari, juxta regionis, & proprii instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes competenter valeant sustentari. Tum eorumdem bonorum, redituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis cujusque Familiæ, Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis in singula quaque Provincia certus earum tantùm personarum numerus patrum Capitularium voto præfigatur, quæ reditibus, eleemosynis, & obventionibus, ut superiùs, sufficienter ali possint.

Ne verò Superiores, qui id præstare debent, seriùs, aut remissiùs, quàm par est, suo muneri satisfaciant; mandat Sacra Congregatio, ut infra annum post proximum Capitulum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere Capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad Sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mittant.

Numerumque Familiæ, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum hujusmodi Regularium, Capituli, seu Congregationis Generalis, vel Provincialis sententia, & auctoritate præfinitum iidem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quàm locales perpetuò servare omnino teneantur, nec pos-

sint illum quoquomodo augere, etiam prætextu augmenti redituum, absque Sacræ ipsius Congregationis Licentia. Superiores autem hujusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, ut supra præscriptum, quovis modo augere præsumpserint, privationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebant, vocisque activæ, ac passivæ, & ad omnia suæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus à Sede Apostolica infligendis pœnis Sacra Congregatio subiacere voluit, & declaravit.

Deinceps verò Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita, in singulis hujusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex reditibus, ac consuetis eleemosynis, detractis omnibus ut supra detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum Decreti fel. record. Gregorii XV. hac de re editi; alioquin monasteria, & loca hujusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi ut supra sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ jurisdictioni subiecta esse intelligantur.

Porro, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Superiores locales cujusque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur sub pœna privationis officii, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum sexto quoque mense, ideft feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi, præsentes ordinationes in publica Mensa perlegantur.

Omnibus, tam Ecclesiasticis personis, cujuscunque sint ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis quocunque honore, & potestate præditis præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Non obstantibus, quòad suprascripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem quorumcunque personarum, atque ordinum, tam mendicantium, quàm non mendicantium, militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac

ac cujuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & in individuo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tam Sæcularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expressè derogat, cæterisque contrariis quibuscunque.

Et, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præsentes ordinationes in valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie campi floræ, ut moris est, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Utque earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ die 21. Junii 1625.

Cosmus Card. de Torres.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secret.

EXcitatis autem ſuper præmiſſorum Decretorum intelligentia, ſeu interpretatione infraſcriptis dubiis prodierunt à memorata Congregatione ſimili auctoritate illi à præfato Urbano Papa VIII. ſpecialiter attributa reſponſiones, ſeu declarationes inferiùs apponendæ.

Super primo Sac. Congregat. Decreto, de Celebratione Miſſarum, quo prohibetur, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodo reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid, ſi legatum ſit ita tenue, ut non ſit, qui velit onus illi injunctum ſubire, & ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris totum, aut fere totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſariis?

Et quid, ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, ut poſſit hujuſmodi onera moderari?

Secundò, ſuper ſecundo ejuſdem Congregationis Decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Miſſæ, quot ad rationem tributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint.

Quæritur, an verba illa (PRÆSCRIPTÆ FUERINT) intelligenda ſint de præſcriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario.

Tertiò, an cùm Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam congruam, juxta qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minus congruo teneantur Miſſas illis ab offerente præſcriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Miſſas celebrare ratione Beneficii, ſeu Capellæ, legati, aut ſalarii, poſſint etiam manualem eleemoſynam pro Miſſis votivis, aut defunctorum recipere, & unico Miſſæ Sacrificio utrique oneri ſatisfacere?

Quintò, poſito, quòd teſtator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Miſſæ abſque ulla præſcriptione eleemoſynæ.

Quæritur, an liberum ſit heredibus, eleemoſynam ſibi bene viſam præſcribere, an verò eadem eleemoſyna præſcribenda ſit ab Ordinario?

Sextò, ſuper tertio Congregationis Decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Miſſarum, vel Anniverſariorum celebratione, aut aliquibus collectis,

lectis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, an verba (IN FUTURUM SUSCIPIENDIS) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium?

Septimò, super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacrdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, an permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, altarium, inservientium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similium?

Octavò, an hoc Decretum habeat locum in Beneficiis, quæ conferuntur in titulum, idest, an Rector Beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redituum Beneficii?

Nonò, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita pro celebratione Missæ, debeant dare eandem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt; an verò satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

Decimò, super quinto ejusdem Congregationis Decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba: Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant; Alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.

Quæritur, an hoc Decretum prohibeat absolutè, quo minùs accipiant novas eleemosynas ii, qui acceptis non satisfecerunt; & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Undecimò, quid, si offerens eleemosynas audito impedimento consentiat, ut Sacrdos Missas celebret, cùm primùm poterit?

Duodecimò, an pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem Decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quàm eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem præcipitur?

Decimotertiò, an in hoc Decreto comprehendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesiis in die commemorationis Omnium

nium Sanctorum, & vulgo dicuntur (CASSE DE Morti)?

Decimo quartò, an administratores Ecclesiæ magnæ devotionis, concursus possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iisdem missis non, nisi post longum tempus, satisfacere valeant, ne aliàs cultus Ecclesiæ, & devotio, ac concursus fidelium, ut ajunt, minuantur?

Decimoquintò, quia prohibitio dicti Decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, et singulis Ecclesiarum, & Piorum locorum, tam Sæcularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali (& aliis, ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione.

Decimosextò, super septimo ejusdem Sacræ Congregationis Decreto, quo cavetur, ut in singulis Monasteriis Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis reditibus, aut eleemosynis commodè possit sustentari.

Quæritur, an ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim similis Decreti fan. mem Pauli V. absque tamen computatione redituum cujusque Religiosi, sit denuo facienda, nec ne?

Decimoseptimò, an Novitii ad Habitum Regularem admissi, possint admitti ad Professionem in Monasteriis, in quibus habita, ut supra, præfixione numeri, commodè ali non possunt?

Decimo octavò, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, nisi præter alia ad id requisita duodecim saltem fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ita ut alioquin subsint jurisdictioni Ordinariæ.

Quæritur, an hoc Decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum comprehendat eas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capucinorum, ac Societatis Jesu?

Ultimò, an idem Decretum, ubi disponit, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia duntaxat, ad quam est restrictum Decretum proximè antecedens, an verò etiam extra Italiam.



De-

Declarationes, ſeu reſponſiones ad ſupradicta Dubia.

SAcra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate ſibi à Sanctiſſimo Domino Noſtro attributa, ad ſingula Dubia ſuperiùs propoſita ad hunc modum reſpondit, videlicet.

Ad primum, etſi legatum ſit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris ut ſupra impoſiti ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque ulla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino è re eſſe judicaverit. Veruntamen, ſi in ipſa Beneficii erectione expreſsè cautum fuerit, ut liceat Epiſcopo injunctum onus reducere, ac moderari; legem hanc fundationis, quam Decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſervandam.

Ad ſecundum, eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab eo, qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario: Quòd ſi tribuens eleemoſynam, numerum Miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quot præſcripſerit Ordinarius ſecundùm morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione Beneficii, ſeu Capellæ, legati, aut ſalarii, ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa utrique obligationi ſatisfacere.

Ad quintum, cenſuit, ubi nullam certam eleemoſynam teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo præſcribendam eleemoſynam congruam, quæ reſpondeat oneribus Miſsarum celebrandarum ſecundùm morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad Sextum, ita eſse intelligenda.

Ad Septimum reſpondit, permittendum non eſse, ut Eccleſiæ, ac loca Pia, ſeu illorum adminiſtratores, ex eleemoſynis Miſsarum celebrandarum, ullam, utcunque minimam, portionem retineant, ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſsarum Celebratione, niſi cùm Eccleſiæ, & loca Pia alios non habent reditus,

quos

quos in usum earundem expensarũ erogare licitè possint, & tunc quã portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantùm Missæ Sacrificio necessariò sunt subeundæ, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt, expensis ut supra deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas.

Ad octavum, non habere locum; sed satis esse, ut Rector Beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundùm morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad nonum, debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse.

Ad decimum respondit, non prohibere absolutè; Ac propterea, & si oneribus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad undecimum, quamvis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cùm susceptis oneribus satisfactum fuerit, Decretum non prohibere, quò minùs eo casu eleemosyna accipiatur pro iisdem Missis juxta benefactoris consensum celebrandis.

Ad duodecimum, has pœnas non habere locum, nisi in suscepturis onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad decimumtertium, comprehendi.

Ad decimumquartum, non posse, nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ut supra in responsione ad undecimum.

Ad decimumquintum, comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Ad decimumsextum, numeri præfixionem esse iterum faciendam servata forma ultimi Decreti hac de re editi.

Ad decimumseptimum, esse admittendos ad professionem, si aliàs habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis esse collocandos, ubi commodè ali possint.

Ad decimum octavum, censuit comprehendere.

Ad ultimum, habere locum extra Italiam.

Cosmus Card. de Torres.

Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secret.

Cum

CUm autem super præmissis diversi irrepserint abusus, illorumque occasione quamplures querelæ, & recursus ad Apostolicam Sedem pervenerint; cupiens eadem Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, hujusmodi detestabiles abusus è Christiana Republica pro viribus evellere, ac opportunè providere, ut sublatis fraudibus, ac emendata negligentia, piæ disponentium, seu benefactorum voluntati fides illibata servetur, defunctorum animabus integra, & prompta præstentur suffragia, itidemque Deo Major Gloria, & Ecclesiis præstantior cultus reddatur; prævia auctoritate per SS. D. N. Innocentium Divina providentia PP. XII. ei specialiter attributa; infrascripta Decreta, priùs in particulari nonnullorum ex præfatis Cardinalibus per Sanctitatem Suam deputata, & postea in generali hujusmodi Cardinalium Congregatione maturè, & accuratè discussa, recognita, & examinata edidit.

In primis, præinserta Decreta cum præmissis illorum declarationibus plenissimè, & amplissimè approbat, confirmat, & innovat, omniaque, & singula ibidem contenta, & expressa iterum, omni meliori modo decernit, statuit, ac ab omnibus, & singulis, etiam speciali, & individuali nota, seu expressione dignis, penitus observari, & omnimodæ executioni demandari decernit, sancit, & præcipit.

Insuper, ut in re tanti momenti consultiùs, ac majori ut par est, circumspectione procedatur; si qui forsan fuerint, vel sint, qui suis pravis, & erroneis intentionibus, seu opinionibus blandiri volentes, Missarum celebrationem omittunt, sub malitiosa, vel irrationabili spe earundem condonationem, vel reductionem à Sede Apostolica, vel compositionem à Reverenda Fabrica S. Petri de Urbe obtinendi; Congregatio præfata tum eosdem, tum quoscunque alios, qui posthac in adeo detestabiles abusus ausi fuerint offendere, certiores fieri, & monitos esse voluit, præfatas condonationes, & reductiones ab eadem Sede, nonnisi ex rationabili causa, seu æqua commiseratione; compositiones verò à dicta Fabrica utente suis facultatibus, & privilegiis, nonnisi ex causa pariter rationabili, & cum clausulis opportunis, præsertim cùm illa (dummodo malitiosè non omiserint animo habendi compositionem, aliàs gratia nullo modo suffragetur) admitti consuevisse, &

ſe, & ſolere; quapropter, ut locus omnis in poſterum hiſce prætextibus præcludatur, memorata Congregatio tales intentiones, opiniones, ſeu ſpes, ac eleemoſynarum, ſive in toto, ſive in parte verſiones in alium, quàm præfatarum Miſſarum uſum, ſeu ſatisfactionem, & quaſcunque alias directas, vel indirectas, immediatas, vel mediatas contraventiones, ſeu circumventiones declarat prorſus irrationabiles, injuſtas, & illicitas, illaſque omnino reprobat, damnat, & interdicit.

Cùmque hujuſmodi abſurda ex eo plerunque proveniant, quòd onera Miſſarum ſupra vires ſuſcipiantur; caveant omnes, & ſinguli Rectores, Superiores, & Miniſtri quarumcunque, tum Sæcularium, tum Regularium Eccleſiarum, ſeu illarum Capitula, ne onera, ſeu Miſſas, tum perpetuas, tum temporales, tum etiam manuales, quarum ſatisfactioni impares fuerint, quoquomodo ſuſcipiant; utque id ipſum, quòad fieri poterit, pateat, teneantur iidem conficere, ſemperque in loco magis patenti, & obvio retinere tabellam onerum perpetuorum, & temporalium litteris perſpicuis, & intelligibilibus deſcriptorum, quorum implemento ſi moraliter, & intra præſcriptum, ſeu breve tempus ſatisfacere non poſſe, ſeu illa duntaxat, & non ulteriora adimplere poſſe crediderint, ſeu credere debuerint, alias miſſas, ſive perpetuas, ſive temporales, ſive manuales per ſe, vel per interpoſitas perſonas quoquomodo recipere, ſeu acceptare omnino deſiſtant, ſeu abſtineant; & ulteriùs tali caſu in eadem tabella ſimiliter exprimant, ſeſe propterea aliis Miſſis acceptandis, & celebrandis impares eſſe.

Iidemque teneantur pariter in Sacrario duos libros retinere, ac in eorum altero ſingula onera perpetua, & temporalia, in altero autem Miſſas manuales, & tam illorum, quàm iſtarum adimplementum, & eleemoſynas diſtinctè, & diligenter annotare, & annotandas, ſeu annotanda curare, ſingulisque annis de ſupradictis adimplementis, eleemoſynis, & oneribus pariter exactam rationem ſuis Superioribus reddere, ac omnes, & ſingulas rationes hujuſmodi in præfatis reſpectivè libris, ſimili diſtinctione, & diligentia, tam præfati, à quibus rationes debent reddi, quàm Superiores, quibus reddendæ erunt, deſcribere, ſeu annotare, ſive deſcribendas, vel annotandas reſpectivè curare.

Quibus ſemper ſalvis, debeant ulteriùs Regulares prædicti, omnes, & quaſcunque eleemoſynas, tum manualium, tum perpetuarum,

rum, & temporalium Missarum reponere in capsa particulari, sub duabus clavibus, quarum una penes Superiorem localem, altera verò penes alium à Capitulo Conventuali deputandum retineatur, ac de iisdem eleemosynis, & celebratione Missarum coram Patribus discretis, seu consiliariis, vel alio simili modo nuncupatis singulis mensibus districtam rationem exigere, & respectivè reddere.

Quòd si prædicti, ad quos cura tabellæ, capsæ, & librorum præfatorum respectivè pertinet, seu pertinere debet, suam operam præmissis, ut præfertur, minimè navaverint, & Superiores, tum Sæcularium, tum Regularium Ecclesiarum rationem prædictam non exegerint, seu non invigilaverint, quòd præfati, qui in curam tabellarum, & librorum incumbunt, suo muneri, ut præfertur, satisfaciant, in singulis respectivè casibus Sæculares pœnam suspensionis incurrant, Regulares verò voce activa, & passiva, ac gradibus, & officiis, quæ obtinent, ipso facto, & absque alia declaratione privati sint, & intelligantur, nec non ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda similiter inhabilitentur, & inhabilitati sint, & intelligantur.

Porro, ne ullo unquam tempore omnia, & singula Decreta prædicta in oblivionem, seu desuetudinem abeant; Rectores, Superiores, seu Capitula Ecclesiarum Sæcularium illa retineant publicè exposita in eorum Sacrario; Superiores verò locales cujuscunque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, & efficere teneantur, sub pœna privationis officiorum, quæ obtinent, vocisque activæ, & passivæ, ipso facto incurrenda, ut in perpetuum sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi omnes, & singulæ præmissæ, tum insertæ, seu confirmatæ, tum in præsens factæ ordinationes, unà cum dictis declarationibus in publica mensa perlegantur.

Meminerint igitur, & satagant Ordinarii, ut à personis, & in Ecclesiis quoquomodo etiam in vim Decretorum Concilii Tridentini sibi subiectis Missæ ea, qua par est, fide, & diligentia celebrentur, & cuncta, & singula Decreta hujusmodi omnimodæ executioni demandentur, nedum justitiam recurrentibus, seu instantibus reddentes, sed ex officio, tum in visitationibus, tum in aliis actibus, & modis, quos expedire, & convenire, toties, quo-

 ties

ties judicaverint, inquirentes, ne aliud committatur, pervertatur, differatur, vel omittatur, quod his omnibus, & singulis Decretis adversetur.

Caveant etiam respectivè omnes Regulares, tum subditi, tum Superiores quicunque, nedum locales, sed etiam Provinciales, & Generales, ne Missarum celebratio, & omnium Decretorum præmissorum executio, cum pernicie propriarum animarum, cum præjudicio illarum, quibus Missæ sunt applicandæ, & cum Magno Christifidelium scandalo quoquomodo omittantur, differantur, negligantur, seu pervertantur; alioquin ultra propriæ conscientiæ onerationem, pœnam privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum, & officiorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda prorsus incurrant.

Curent propterea præfati Superiores Regulares, in omnes, & singulos contravenientes debitis pœnis diligenter, & promptè, etiam per Inquisitionem, animadvertere; & insuper teneantur omnes, & singuli Superiores locales in Provincialibus Capitulis, seu Congregationibus exhibere attestationem, seu fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monasterii, seu cujuscunque Domus Regularis subscriptam, & juratam, quòd omnibus, & singulis, tum perpetuis, tum manualibus Missarum oneribus, seu obligationibus ad limites, & tenorem præsentium Decretorum tempore eorum regiminis fuerit omnino, & integraliter satisfactum, vel deficiente aliqua modica satisfactione, possit etiam hujusmodi residuali implemento Missarum distinctè referendarum intra breve tempus moraliter satisfieri, ea adjecta, & omnino adimplenda conditione, quòd ante præfatæ attestationis exhibitionem, quicunque Superiores locales prædicti vocem activam, seu passivam in memoratis Capitulis, seu Congregationibus omnino habere non valeant.

Præterea Provinciales, Vicarii, & Visitatores Provinciarum, seu Congregationum debebunt, in fine eorum regiminis, Superioribus Generalibus in forma probante ostendere, quòd executioni præsentium decretorum sedulò invigilaverint, & ad eorum tenorem, in omnibus, & singulis Conventibus, seu Monasteriis, vel Domibus Regularibus Provinciæ, seu Congregationis de omnibus, & singulis oneribus, & obligationibus, ac insimul satisfactionibus Missarum exactam, & diligentem rationem exegerint, ac contra delin-

delinquentes ad declarationem, & executionem respectivè pœnarum in Decretis contentarum processerint, & de adimplemento circa ea, quæ in præmissis ad ipsos spectant, legitimè docuerint, aliàs ad vocem activam, & passivam in Capitulis Generalibus nullatenus admittantur.

Cæterùm, quia etiam ad quamplures Archiconfraternitates, Confraternitates, Societates, Congregationes, Hospitalia, Altaria, Capellas, Oratoria, & Ecclesias, ac alia loca, & Opera Pia quomodolibet nuncupata, quæ cuicunque curæ, seu regimini, aut administrationi, vel directioni laicorum cujuslibet gradus, status, conditionis, & præeminentiæ, etiam speciali, & individuali nota dignorum duntaxat, vel quorumcunque Ecclesiasticorum, & Laicorum hujusmodi mixtim commendata, annexa, seu quomodocunque commissa, vel attributa sunt, onus, seu cura celebrationis Missarum, sive manualium, sive ad tempus, vel in perpetuum pertinet; hinc salvis semper iis, quæ in præinsertis Decretis continentur, omnes, & quicunque hujusmodi Archiconfraternitatum, Societatum, Congregationum, Hospitalium, Altarium, Capellarum, Oratoriorum, & Ecclesiarum, ac aliorum locorum, & operum Piorum Rectores, seu administratores, vel directores, & alii hujusmodi officiales, necnon ii, ad quos cura tabellæ, & librorum in præmissis spectat, tabellam, libros, & hæc Decreta respectivè, juxta modos superiùs expressos, similiter retinere, necnon de oneribus, ac celebrationibus, & eleemosynis dictarum Missarum singulis annis rationem exigere, & respectivè iis, ad quos pertinet, reddere sub pœnis arbitrio, & in subsidium excommunicationis teneantur.

Postremò omnibus, & quibuscunque, tam Ecclesiasticis personis, cujuscunque ordinis, status, gradus, regulæ, Congregationis, Societatis, conditionis, & dignitatis existant, quàm laicis quocunque honore, ac potestate præditis, omnia, & singula præmissa Decreta interpretandi, nec non Ecclesiasticis prædictis pœnas in hujusmodi Decretis relaxandi, seu quoquomodo circa præmissa dispensandi, omnis, & quæcunque facultas sit penitus interdicta.

Non obstantibus, quòad supradicta omnia, & singula in hujusmodi Decretis contenta, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcunque personarum, atque ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium; Militiarum etiam

S. Jan-

S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius instituti, etiam necessariò, & in individuo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, et aliorum quorumcunque tam Sæcularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, & individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo, ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quòad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expresse derogat, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ die 23. Novembris 1697.

Joseph Card. Sacripantes Præfectus.

Ferdinandus Nuptius Sac. Congreg. Secret.

QUocirca, cùm dilectus Filius Noster Joseph Tituli S. Mariæ Transpontinæ, S. R. E. Presbyter Cardinalis Sacripantes, memoratæ Congregationis Præfectus, præfata Decreta Nobis retulerit, Nos considerantes eadem omnia, & singula Decreta, ea, qua decet, maturitate digesta, & examinata, ac in vim Apostolicæ auctoritatis, eidem Congregationi specialiter, ut præfertur, attributæ, peracta perutilia fore censentes, illaque propterea per-

perpetuò, & inviolabiliter observari, necnon Constitutionis Nostræ munimine roborare volentes. Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præinserta Decreta, omniaque, & singula in eis contenta tenore præsentium, auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adiicimus; quinimmo motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, omnia, & singula in supradictis Decretis contenta, de novo statuimus, decernimus, & ordinamus, ac ab omnibus, & quibuscunque, etiam speciali, & individua nota dignis, omnino, exactè, & perpetuò servari volumus, sancimus, & mandamus.

Decernentes, præsentes litteras, cum omnibus, & singulis inibi contentis, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè, & inviolabiliter observari, sicque, & non aliter, per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos quavis auctoritate, præeminentia, aut potestate fungentes, & functuros, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, et singulis, quæ præfata Congregatio, auctoritate per ejusdem record. Urbanum Papam VIII. et respectivè per Nos illi specialiter attributa, decrevit non obstare, quæ pariter, et iterum Nos tenore præsentium non obstare decernimus, et mandamus, quibus omnibus quò ad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, etiam harum serie plenissimè, specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, ut præsentes litteræ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in monte Citorio, ac in acie Cam-

pi

pi Floræ de Urbe, ut moris est, publicentur, et affigantur, sicque publicatæ, et affixæ, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Pariterque, ut earumdem præsentium transumptis, impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, Statuti, Decretorum, Ordinationis, Voluntatis, sanctionis, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo. Decimo Kalend. Januarii. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

B. Card. Prodatar. I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Ciampinus.

I. Catallus.

Declaratio Sac. Congr. super Eleemosyna Missarum.

CUm Auctores nonnulli scriptis suis typis editis asserverint *Sacerdoti* pro alio Missam recepta Eleemosyna celebranti, licitum esse aliam Eleemosynam accipere ab altero, cui partem illam fructus, seu valoris ejusdem Sacrificii ipsimet celebranti debitam (specialem nuncupatam) applicet, ac proinde hunc casum sub Decreto Sac. Congregationis Concilii prohibente duplex pro unica Missa stipendium seu Eleemosynam recipi, non esse comprehensum.

Propterea Sac. Congr. &c. sub die 25. Januarii 1659. censuit, nulli Sacerdoti licitum esse præfata ratione, sive prætextu aliam Eleemosynam accipere, præter illam, quam accipit ab eo, pro

quo

quo Missam offerre tenetur. Ac proinde casum hunc esse comprehensum in Decretis aliàs per eamdem Sac. Congr. Concilii editis, quibus prohibetur, ne duplex stipendium pro unica Missa recipiatur.

Alia Declaratio Sac. Congr. super taxa Eleemosynæ.

QUæsitum fuit die 16. Julii 1689. in Causa S. Severini; An Episcopus statuere possit Eleemosynam manualem unius integri iulii pro qualibet Missa, imponendo pœnam celebrantibus pro minori quantitate. Sac. Cong. Concil. respondit affirmativè quòad taxationem Eleemosynæ, & in reliquis negativè.

Decretum Sac. Congr. Concilii de diebus licitæ vacationis à celebratione Missæ.

MOdernus Episcopus Collensis Diœcesim visitando comperit, non sine maximo conscientiarum periculo plures irrepsisse abusus in adimplendo mentem eorum, qui Missas celebrari mandarunt. Ad eos ergo tollendos discutiendum, atque resolvendum videtur.

1. An Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Capellaniæ, legati, aut stipendii celebrare quotidie Missam per seipsos, possint aliquando à celebratione vacare; & quatenus affirmativè.

2. Quando, & quoties à dicta celebratione vacare possint?

3. An diebus licitæ vacationis, possint Missam pro seipsis, vel aliis, præterquam pro fundatoribus, celebrare? Et quatenus affirmativè.

4. An pro aliis celebrando, possint stipendium pro hujusmodi celebratione percipere?

5. An illis diebus, quibus licitè vacant à celebratione, teneantur Missam ab aliis celebrari facere, juxta intentionem fundatorum?

6. An Sacerdotes, ut supra, obligati celebrare Missam quotidie, absque tamen onere celebrandi per seipsos, possint aliquando à celebratione vacare?

Die 18. Septembris 1683. S. Congregatio Eminentissimorum

S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad primum, & secundum respondit affirmativè concurrente aliqua rationabili causa.

Ad 3. & 4. & 6. negativè. Ad 5. distulit resolutionem.

Ita reperitur in Regest. autographo Decretorum ejusdem Sac. Congregationis. Lib. 33. fol. 311. In fidem &c. Hac die 30. Maii 1699.

F. Nuptius S. Cong. Conc. Secretarius.

Decretum Sac. Rituum Congr. super tribus Missis, ac Communione in Nocte Nativitatis Domini.

Cum superioribus diebus consulta hac Sacra Rituum Congregatione; An esset permittendum celebrari in media nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam successivè alias duas Missas, & in eis Sac. Communionem exhibere fidelibus illam deposcentibus, & Respond. non esse permittendum, sed omnibus utrumque prohibendum. Nihilominus nonnulli Regulares asserentes hoc licere, supplicarunt audiri, & Sacr. Congregatio ipsis auditis cum Procuratoribus, & Advocatis ad relationem Eminentissimi Pallotti stetit in Decretis, & respondit: Iterum prohibendum tam Sacerdotibus celebrare volentibus, quàm confluentibus in media nocte ad Ecclesiam, & Communionem deposcentibus. Die 7. Decembris 1641.

Quæ etiam iterum prohibita fuerunt ab eadem Sac. Congr. denuo consulta à Patribus S. Caroli Congr. Clericor. Regul. die 20. April. 1664.

Declaratio ejusdem Sac. Congr. super quibusdam dubiis circa Rubricas.

Cum Sacrorum Rituum Congregationi demissè supplicatum fuerit sequentia dubia declarare.

Primum; An, cùm multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit à Sancta Sede Apostolica, ut semel, vel pluriès in singulis hebdomadibus, vel mensibus celebrentur varia Officia per annum, Verb. Gr. de Sanctissimo Samen-

cramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo festo duplici, vel semiduplici liceat ejusmodi Officia facere etiam in diebus Sanctæ Quadragesimæ, Adventus, Vigiliarum, & Quatuor temporum, etiam si de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus Officiorum concessionibus?

Secundum, An dies impedit. festo duplici, vel semidupl. pro dictis Officiis recitandis intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de festo duplici, vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim à Sacra Congregatione; Quod scilicet festum duplex, vel semiduplex etiam translatum, necnon dies Octavæ sit dies impeditus respectu talium Officiorum.

Tertium. An Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum possint addere nomen Sancti Fundatoris in Litaniis, & Confiteor, itemque recitare Officia, & Missas concessas aliis Religionibus.

Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Colloredo respondit.

Ad Primum negativè, & hujusmodi indulta non habere locum in feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum, sive cum jejunio, sive absque jejunio, nec in feria secunda Rogationum, nec in aliaferia, in qua secundùm Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ.

Ad Secundum affirmativè.

Ad Tertium negativè in omnibus.

Et ità declaravit, ac servari voluit. Ac insuper ut Declarationes, seu Decreta prædicta omnibus innotescant, typis ea imprimi mandavit, die 20. Martii 1706.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

B. Inghirami Sac. Congr. Secr.

Similis Declaratio ejusdem Sac. Congr. quò ad Sacerdotes celebrantes in Ecclesiis Regularium.

PAtres Tertii Ordinis Sancti Francisci quærunt.

1 An diebus Dominicis, aliisque diebus, quibus in ipsorum Ecclesiis celebratur de Sanctis Ordinis sub ritu duplici,

Sacerdotibus exteris ad eam confluentibus permitti debeat celebratio de Dominica, vel alio festo, vel etiam de Requiem? & quatenus affirmativè, an in Missa de Dominica, aliisque festis debeant Sacerdotes exteri uti paramentis competentibus dictis Dominicis, & festis, vel possint se conformare paramentis, quibus eisdem diebus utuntur Fratres?

2. An Fratres diebus, quibus propria Officia celebrant sub ritu dupl. celebrantes in alienis Ecclesiis possint celebrare Missas cum dictis Officiis concordantes, vel possint celebrare de aliis conformando se ritui earumdem Ecclesiarum, ac etiam de Requiem? & quatenus affirmativè quòad primam partem, quid quòad colores paramentorum?

3. An Sacerdotes exteri confluentes ad ipsorum Ecclesias, ut supra, & celebrantes de Sanctis Ordinis fer. fer. possint in Missis se uniformare cum Fratribus quòad Credo, & quòad numerum Orationum more duplicium?

4. An diebus Dominicis, quibus tam Fratres, quàm exteri celebrant de Dominica, possint exteri uti coloribus paramentorum, quibus utuntur Fratres ratione alicujus Octavæ, & Fratres celebrantes in alienis Ecclesiis uti coloribus juxta Ritum earundem, & an tam exteri in Ecclesiis Fratrum, quàm Fratres in alienis possint apponere commem. Octavæ ut supra occurrentis servata rubrica de duplici Oratione habenda in Dominicis infra octavam?

5. An in officio ad Hymn. *Iste Confessor* pro SS. Confessoribus quoties eisdem fixa dies est assignata, quæ non est dies obitus, recitari debeat ℣. *Meruit beatas scandere sedes*, eo quòd re verà Officium fiat de die obitus, & quatenus affirmativè, an eadem regula servanda sit in Officiis de Confessoribus translatis, dummodo Officium sit de die obitus?

Sac. Congreg. Rituum die 11. Junii 1701. respondit.

Ad 1. quòad primam partem dubii negativè, quando festum celebratur cum solemnitate, & concursu populi, & quòad secundam partem jam provisum.

Ad 2. ut ad primum.

Ad 3. Posse.

Ad 4. Posse.

Ad 5. Negativè.

Con-

Constitutio 176. *Alex. VII.*

De non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus, exceptis Anniversariis ex dispositione Testatorum relictis.

CReditæ Nobis cœlitùs dispensationis officium salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentes, quamplurima dubia in diversis mundi partibus orta, & in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum deducta, occasione Decreti ejusdem Congregationis die 5. Augusti 1662. editi, ac à Nobis approbati, de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus, tollere, atque dirimere cupientes.

§. 1. De Memoratorum Cardinalium consilio, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus in primis aliud Decretum prædictæ Congregationis editum in una Novariensi, die 22. Novembris 1664. quo declaratum fuit, Anniversaria, & Missas cantatas de Requiem relictas ex dispositione Testatorum, quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingentis, non comprehendi in dicto Decreto.

§. 2. Ulteriùs quoàd Altaria perpetuò privilegiata, & in quibus proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandæ sint Missæ de Requiem ex obligatione, auctoritate, & tenore prædictis declaramus, per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri dictis obligationibus, & suffragari cum eisdem Indulgentiis, perinde ac si essent celebratæ Missæ de Requiem ad formam privilegiorum: salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis.

§. 3. Decernentes easdem præsentes litteras &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Januarii 1667. Pontificatus Nostri Anno duodecimo.

Constitutio 39. Clementis IX.

Extensio declarationis ab Alexandro VII. circa Altaria privilegiata perpetua editæ ad Altaria ejusmodi privilegio temporaneo, nec omnibus hebdomadæ diebus decorata.

CUm felic. rec. Alexander Papa VII. Prædecessor Noster dubia in diversis mundi partibus occasione Decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die 5. Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis Defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, aliud ejusdem Congregationis Decretum in una Novariensi die 22. Novembris 1664. editum approbaverit, quo declaratum fuerat; Anniversaria, & Missas Defunctorum cantu ex dispositione Testatorum quotannis recurrente ipsorum obitus die celebrandas, tametsi dies obitus hujusmodi in festum ritus duplicis majoris incideret, non comprehendi in primo dicto Decreto.

§. 1. Ac ulteriùs quòad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in festis ritus duplicis celebrandæ essent Missæ Defunctorum ex obligatione, declaraverit per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obligationibus, & Indulgentias per ejusmodi privilegia Apostolica concessas Animabus Fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari perinde, ac si celebratæ fuissent Missæ Defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, & aliàs prout in ejusdem Alexandri Prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die 22. Januarii 1667. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 2. Cùmque (sicut ad aures Nostras pervenit) etiam dubitetur, utrum dictarum litterarum dispositio quòad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrantur, locum habeat.

§. 3. Hinc

§. 3. Hinc est, quòd Nos dubitationes hujusmodi ex injunctæ Nobis cœlitùs pastoralis solicitudinis munere dirimere pariter, atque decidere cupientes, de Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum, qui rem maturè perpenderunt, consilio, declarationem à memorato Alexandro Prædecessore, sicut præmittitur, editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantùm hebdomadæ diebus, nunc & in futurum quandocumque privilegiata, auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus. Et proinde, ut Missæ, quæ ibidem de festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possint, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrabuntur, suffragentur, ita ut animæ Christi fidelium, pro quibus celebratæ fuerint, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequantur in omnibus, & per omnia, perinde ac si Missæ Defunctorum ad formam eorundem privilegiorum celebratæ fuissent, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

§. 4. Decernentes pariter easdem præsentes litteras &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 23. Septemb. 1667. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Constitutio Innoc. XI. qua confirmantur, & declarantur prædictæ Constitutiones.

Alias postquam fel. rec. Alexander PP. VII. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 22. Januarii MDCLXVII. expeditas litteras dubia in diversis Mundi partibus occasione Decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die 5. Augusti MDCLXII. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis Defunctorum in festis ritus duplicis exorta dirimere cupiens, inter cætera, quoad Altaria Privilegio Apostolico pro animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in festis ritus duplicis celebrandæ fuissent Missæ Defunctorum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obli-

obligationibus, & indulgentias, per ejusmodi privilegia Apostolica, concessas animabus Fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratæ fuissent Missæ Defunctorum ad formam dictorum privilegiorum: rec. mem. Clemens Papa IX. pariter Prædecessor Noster aliam subinde ortam dubitationem, utrum scilicet dictarum Alexandri Prædecessoris litterarum dispositio, quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet, similiter tollere desiderans declarationem à memorato Alexandro Prædecessore, sicut præmittitur, editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantùm hebdomadæ diebus, tunc, & in futurum quandocumque privilegiata, auctoritate Apostolica extendit, & proinde ut Missæ, quæ ibidem de Festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possent, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrandæ essent, suffragarentur, ita ut animæ Christi fidelium, pro quibus celebrarentur, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequerentur in omnibus, & per omnia, perindè ac si Missæ Defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratæ fuissent, eadem auctoritate concessit, & indulsit, & aliàs prout in ipsius Clementis Prædecessoris litteris etiam in forma Brevis die 23. Septembris MDCLXIX. desuper expeditis, quarum, & præfatarum Alexandri Prædecessoris litterarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberiùs continetur. Cùm autem postmodum, sicut accepimus, novum circa præmissa excitatum fuerit dubium, videlicet, an supradictæ Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes sibi pariter locum vindicarent etiam in diebus Dominicis, & infra Octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, aliisque anni diebus, quibus, licèt à festo duplici non impediantur, adhuc tamen Missæ Defunctorum juxta ritum, & morem Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenus nimirum Missæ, quas iisdem diebus celebrare licet, servata cæteroqui dictorum privilegiorum forma, ad præfata Altaria privilegiata celebrarentur. Nosque dubium hujusmodi Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Ro-

Romanæ Eccl. Card. Sac. Ritibus Præpositorum examinandum, commiserimus, ac ead Card. Congr. re maturè discussa, nuper per suum Decretum die 3. Aprilis proximè præteriti editum, præfatas Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxta Rubricas Missæ Defunctorum celebrari non possunt, responderit. Hinc est, quòd Nos, ex commissæ Nobis cœlitus dispensationis munere, fidelium defunctorum animarum in Purgatorio existentium suffragiis peramplius consulere cupientes, Decretum hujusmodi à memorata Card. Congr. editum, ut præfertur, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, Salva tamen semper in præmissis auctoritate suprad. Congr. Card. Decernentes &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die quarta Maii, Millesimo, sexcentesimo, octuagesimo octavo, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Declaratio Sac. Congr. Rituum contra Regulares quò ad abusus in Missis.

In Vercellen. 21. *Martii* 1643.

CONgregatio Concilii censuit licere Episcopo punire Regulares committentes prohibita, vel indecentia in Ecclesiis etiam suorum ordinum circa Missæ Sacrificium.

Quam declarationem refert Pignatt. Consult. 265. *Tom.* 1.

Literæ Circulares Sacr. Congr. S. Officii.

Ne ignoti Sacerdotes ad celebrandum admittantur, nisi recentes exhibeant Testimoniales.

ILlustre, e Reverendissimo Signore come Fratello.

Se bene altre volte sotto li 20. Febbraro 1649 da questa Sag. Congregazione del S. Offizio, volendosi al possibile ovviare al delitto di coloro, che vanno per l'Italia celebrando Messe, e talora confessando, ancorche non siano promossi al Sacerdozio;

fù con lettera simile, di comandamento del Papa, ingiunto a tutti gli Ordinarj l'invigilarvi con opportuni ordini a' Vicarj loro Generali, e Foranei. Nondimeno, perche, ciò non ostante, ora spesso per la trascuraggine, come s'è riconosciuto, de' medesimi Vicarj, e specialmente de' Foranei delle Terre, e de' Castelli fuori di mano, e penuriosi di Sacerdoti, agevolmente si và commettendo sì enorme sacrilegio, non usando essi le dovute diligenze di farsi mostrare, ed esaminare le Dimissorie di coloro, che pretendono di celebrare, i quali talora, ò non le anno, ò se pure le anno, sono false; quindi è, che di nuovo a tal'oggetto d'ovviare a questo delitto, la medema Sagra Congregazione hà stimato espediente d'ingiungere a V. S. come con questa mia lettera strettamente intende, affinche dia ordini precisi al suo Vicario Generale, ed a' Foranei, che a' Preti, e Regolari forestieri non concedano licenza di celebrare, se prima essi non presentano le loro lettere Testimoniali del Sacerdotio de' propri Ordini, e Superiori, e quelle siano tali, che non abbiano pur' una minima ombra di sospetto di esser false con imporre a' medesimi Vicarj, in caso di negligenza, ò trasgressione, pene particolari, anche corporali; sopra di che la Sagra Congregazione attende da V. S. l'avviso dell' esecuzione, insieme con quello d'aver ricevuta la presente. E Dio la prosperi.

Roma 26 Gennaro 1692. *Come Fratello*
Di V. S. *Il Cardinal Cibo.*

Sac. Congr. consulta inter alia super sequenti dubio die 2. Julii 1620.

Essendo publicato un'ordine generale da Monsignor Arcivescovo, che niuno lasci celebrare Messa à Preti forastieri senza prima vedere, che ne habbi havuta licenza da Sua Signoria Illustrissima, ò dal suo Vicario Generale, si cerca se i Frati siano tenuti ad osservarlo.

Fuit Responsum ad 12. Non licere Regularibus in suis Ecclesiis ad celebrandum admittere Presbyteros sæculares contra prohibitionem Illustrissimi Archiepiscopi.

Quam responsionem unà cum aliis Declarationibus ejusdem Sac. Congr. refert Pignatt. Consult. 42. Tom. 8.

§. *Non*

§. Nono della Lettera Circolare d' Ordine di Nostro Signore Clemente XI. del di 16. *Marzo* 1703.

§. IX. E perche è certissimo &c.
Maggiore poi di qualsisia espressione dovrà essere l' attenzione, ch' ella è tenuta ad usare, affinchè il tremendo Sacrifizio dell' Altare, di cui non vi è nel Mondo azione più santa, ne più divina, si offerisca da' suoi Sacerdoti non solo con quella interna purità, che conviene a chi quotidianamente dee porgere all' Eterno Padre il celeste olocausto del suo Umanato Figliuolo, ma anco con quell' esterna divozione nell' esatta osservanza delle Sacre Ceremonie prescritte dalle Rubriche, che si ricerca, affinchè chi è posto tra Dio, e gli Uomini per placare l' ira sua Divina non abbia con le proprie trascuratezze, e negligenze maggiormente ad irritarla.

AD CAPUT XII.

De Sacramento Pœnitentiæ.

PROPOSITIONES DAMNATÆ.

Constitutio 87. *Clementis VIII. Qua damnatur Confessio per litteras.*

SAnctissimus D. N. D. Clemens Papa VIII. &c. Auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustriss. & Reverendiss. Dominis Cardin. contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, mature, ac diligenter considerata.

§. 1. Hanc propositionem, scilicet licere per literas, seu internuntium Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minùs uti falsam, temerariam, & scandalosam damnavit, ac prohibuit.

§. 2. Præcepitque, ne deinceps ista propositio publicis, privatisve lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur, neve unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur, quòd si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputativè

tractaverit (nisi forsan impugnando) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, & à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, etiam S. R. E. Majori Pœnitentiario, nisi à pro tempore existenti Romano Pontifice absolvi, aliis etiam pœnis arbitrio infligendis subjaceat.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostol. in Monte Quirinali, die 20. mensis Julii 1602.

Quintilianus Adrianus Not.

Constitutio 31. *Innocentii X incipien.* Cum occasione &c. *Die* 31. *Maii* 1653.

Qua damnantur quinque propositiones libri, cui Titulus Augustinus Cornelii Jansenii Episcopi Iprensis; quam Constitutionem alia sua Constit. incipien. *Ad Sanctam &c.* die 16. Octobris 1656. confirmavit, & declaravit Alex. VII.

1. Aliqua Dei præcepta hominibus Justis volentibus, & conantibus secundùm præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia; deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant.

2. Interiori Gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

3. Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.

4. Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium Fidei, & in hoc erant Hæretici, quod vellent eam Gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.

5. Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omninò hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.

Decre-

Decreta Alexandri VII. contra varias Propositiones morales.

Feria v. die 24. Septembris 1665.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalibus inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SAnctissimus D. N. audivit non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones Christianæ Disciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes partim antiquatas iterum suscitari, partim noviter prodire; Et summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omninò ab Evangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam esse definivit, in animarum perniciem dilatari, seu veriùs perverti contingeret, idem Sanctissimus D. N ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, lataque, per quam itur ad perditionem, via, pro Pastorali solicitudine in rectam semitam revocaret, earumdem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis, & Reverendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus seriò commisit: Qui tantum negotium strenuè aggressi, eique sedulò incumbentes, & maturè discussis usque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati Suæ singillatim exposuerunt.

1. Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum *fidei*, *spei*, & *charitatis* ex vi Præceptorum Divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3. Sententia asserens, Bullam Cœnæ solùm prohibere absolutio-

tionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1626. 18. Julii in Consistorio Sacræ Congregationis Eminentiss. Cardinalium visa, & tolerata est.

4. Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscumque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa.

5. Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis.

6. Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti cartam postea legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur solicitasse in confessione, ac proinde non est denunciandus.

7. Modus evadendi obligationem denunciandæ solicitationis est: Si Solicitatus confiteatur cum solicitante, hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi.

8. Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet Celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani VIII.

9. Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere collato illi minori stipendio alia parte stipendii sibi retenta.

10. Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre: Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam juramento firmata danti stipendium, quòd pro nullo alio offeram.

11. Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti confessione exprimere.

12. Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

13. Satisfacit præcepto annuæ confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.

14. Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.

15. Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

16. Qui

16. Qui Beneficium Curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17. Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publica, & coram gravissimis Viris prædicta impingere, nisi occidatur.

18. Licet interficere falsum Accusatorem, falsos Testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

19. Non peccat Maritus occidens propria auctoritate Uxorem in adulterio deprehensam.

20. Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eò quòd sit pœna.

21. Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet.

22. Non est contra justitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa Beneficia Ecclesiastica pecunia interveniente non exigit illam pro collatione Beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23. Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subiicere præcepto.

24. Mollities, Sodomia, & Bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ, ideoque sufficit dicere in Confessione, se procurasse pollutionem.

25. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicens: commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem non explicando copulam.

26. Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.

27. Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectam esse à Sede Apostolica tan-

ca tanquam improbabilem.

28. Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum similium propositionum examini cura, & studium impenditur, intereà idem Sanctissimus re maturè considerata statuit, & decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimùm, tamquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet; itaut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, & defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione divini Judicii prohibet omnibus Christifidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not. &c.

Loco ✠ Sigilli.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, Indictione tertia, die verò 2. Mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris D. N. D. Alex. Divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & SS. Inquisitionis Cursorem.

Feria v. die 28. Martii 1666.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apost. Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Alex. Divina Providentia Papa VII. ac Eminentiss & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam

reticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à S. Sede Apostolicâ specialiter deputatis.

SAnctissimus D. N. post latum Decretum die 24 Septemb. proximè elapsi, quo viginti octo Propositiones Damnatæ fuerunt, examinatis sedulò, & accuratè usque ad hanc diem infrascriptis aliis quadragesimum quintum numerum implentibus per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reverendissimos DD. Cardinales adversus hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, eorum suffragia singillatim super unaquaque ipsarum audivit.

Propositio 29. in die jejunii, qui sæpiùs modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.

30. Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.

31. Excusantur absolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter unius diei conficiant.

32. Non est evidens, quòd consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem Horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui Beneficii fecerit.

34. In die Palmarum recitans Officium Paschale satisfacit præcepto.

35. Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiæ concessæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodie sunt revalidatæ.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti Sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.

39. Illa particula *quamprimum* intelligitur, cùm Sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantùm veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

41. Non est obligandus concubinarius ad eiiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò *regalo*, dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent; & alia famula nimis difficilè inveniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. Annuum legatum pro Anima relictum non durat plus, quàm per decem annos.

44. Quòad forum conscientiæ, Reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant censuræ.

45. Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimùm, tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas sicut eas damnat, ac prohibet: Itaut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit [præterquam in articulo mortis] ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christifidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Loco ✠ Sigilli.

Decre-

Decreta Innocentii XI. quibus variæ damnantur Propositiones.

Feria v. die 2. Martii 1679.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Vaticano coram Sanctiss. D. N. D. Innocentio Divina Providentia Papa XI. *ac Eminentiss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.*

SAnctiss. D. N. Innocentius Papa XI. prædictus, ovium sibi à Deo creditarum saluti sedulò incumbens, & salubre opus in segregandis noxiis doctrinarum pascuis ab innoxiis à fel. rec. Alexandro VII. Prædecessore suo inchoatum prosequi volens, plurimas propositiones partim ex diversis, vel libris, vel thesibus, seu scriptis excerptas, & partim noviter adinventas Theologorum plurium examini, & deinde Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus subjecit. Quibus propositionibus sedulò, & accuratè sæpiùs discussis eorundem Eminentissimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem Suam auditis. Idem Sanctissimus D. N re postea maturè considerata, statuit, & decrevit pro nunc sequentes propositiones, & unamquamque ipsarum, sicut jacent, ut minimùm tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas, esse damnandas, & prohibendas, sicuti eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas Sua per hoc Decretum alias Propositiones in ipso non expressas, & Sanctitati Suæ quomodolibet, & ex quacumque parte exhibitas, vel exhibendas ullatenus approbare.

1. Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi: Hinc sententia probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2. Probabiliter existimo, judicem posse judicare juxta opinionem etiam minùs probabilem.

3. Generatim dum probabilitate sive intrinseca, sive extrinseca

quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

4. Ab infidelitate excusabitur Infidelis non credens ductus opinione minùs probabili.

5. An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantùm in vita eliceret, condemnare non audemus.

6. Probabile est, ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum Charitatis erga Deum.

7. Tunc solùm obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, qua justificari possumus.

8. Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modò non obsit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.

9. Opus Conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.

10. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11. Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

12. Vix in sæcularibus invenies, etiam in Regibus superfluum statui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantùm ex superfluo statui.

13. Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.

14. Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem, ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirùm ei obventura est pinguis hereditas.

15. Licitum est filio gaudere de parricidio Parentis à se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.

16. Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundùm se.

17. Satis est actum fidei semel in vita elicere.

18. Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo, tacere, ut peccaminosum per se non damno.

19. Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

20. Hinc

20. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem.

21. Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solùm probabili revelationis; immò cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

22. Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

23. Fides latè dicta ex Testimonio Creaturarum, similive monito ad justificationem sufficit.

24. Vocare Deum in Testem mendacii levis non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25. Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res, sit levis, sive gravis.

26. Si quis, vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod revera fecit; intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec est perjurus.

27. Causa justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, itaut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

28. Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel Officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

29. Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.

30. Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

31. Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.

32. Non solùm licitum est defendere defensione occisiva, quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, &

quæ

quæ nos possessuros speramus.

33. Licitum est tam Heredi, quàm Legatario contra injustè impedientem, ne vel hereditas adeatur, vel legata solvantur, secrete defendere, sicut & jus habenti in Cathedram, vel Præbendam contra eorum possessionem injustè impedientem.

34. Licet procurare abortum ante animationem fœtus, nè Puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.

35. Videtur probabile omnem fœtum, quamdiu in utero est, carere anima rationali, & tunc primùm incipere eandem habere cùm paritur, ac consequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.

36. Permissum est furari, non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

37. Famuli, & Famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam; quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

38. Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

39. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

40. Contractus Mohatra licitus est etiam respectu ejusdem Personæ, & cum contractu retrovenditionis prævìè inito cum intentione lucri.

41. Cùm numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quàm futuram, potest creditor aliquid ultra sortem à mutuario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

42. Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur, tamquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solùm si exigatur tamquam ex justitia debitum.

43. Quidni non nisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam falso crimine elidere?

44. Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

45. Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tamquam pretium, sed dumtaxat tamquam motivum

tivum

tivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solùm gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.

46. Et id quoque locum habet, etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale; immò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quam res spiritualis.

47. Cùm dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint ad Ecclesias promovent, Concilium, vel primò videtur per hoc digniores non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; vel secundò locutione minùs propria ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertiò quando sit concursus.

48. Tam clarum videtur, fornicationem secundùm se nullam involvere malitiam, & solùm esse malam, quia interdicta, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur.

49. Mollities jure naturæ prohibita non est. Unde si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

50. Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; ideoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

51. Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandum Virginem, & multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à Domino malè tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

52. Præceptum servandi Festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

53. Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, immò quatuor simul à diversis Celebrantibus audit.

54. Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem.

55. Præcepto Communionis annuæ satisfit per Sacrilegam Domini manducationem.

56. Frequens Confessio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.

57. Pro-

57. Probabile, est sufficere attritionem naturalem, modò honestam.

58. Non tenetur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.

59. Licet Sacramentaliter absolvere dimidiatè tantùm confessos ratione magni concursus Pœnitentium qualis, ver. gr. potest contingere in die magnæ alicujus Festivitatis, aut Indulgentiæ.

60. Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio; dummodò ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.

61. Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quinimmò directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.

62. Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.

63 Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.

64. Absolutionis capax est homo quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi.

65. Sufficit illa Mysteria semel credidisse.

Quicumque autem cujusvis conditionis, status, & dignitatis illas, vel illarum aliquam conjunctim, vel divisim defenderit, vel ediderit, vel de eis disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem latæ sententiæ, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christifidelibus, cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, nè prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Tandem, ut ab injuriosis contentionibus Doctores, seu Scholastici, aut alii quicumque imposterum se abstineant, & ut paci, & charitati consulatur idem Sanctissimus in virtute Sanctæ Obedien-

dientiæ eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quàm in Thesibus, Disputationibus, ac Prædicationibus caveant ab omni censura, & nota, necnon à quibuscumque conviciis contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc indè controvertuntur, donec à S. Sede recognitæ super iisdem propositionibus judicium proferatur.

Franciscus Riccardus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Loco ✠ Sigilli.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo nono, Indictione secunda, die verò 2. Mensis Martii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ XI. anno tertio, supradictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & SS. Inquisitionis Cursorem.

Feria v. die 23. Novembris 1679.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Innocentio Divina Providentia Papa XI. ac Eminentiss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Cum supradictis Eminentissimis, & Reverendissimis DD. delatæ fuerint hæ duæ propositiones: *Deus donat nobis Omnipotentiam suam, ut ea utamur, sicut aliquis donat alteri villam, vel librum; Et Deus subiicit nobis suam Omnipotentiam*; eorumdem jussu per Theologos ad id specialiter SS. D. N. relatæ, & coram Sua Sanctitate propositæ unà cum votis ipsorum Eminentissimor. & RR. DD. S. R. E. Cardinalium, Sanctitas Sua decrevit, & mandavit, ut ambæ propositiones omninò prohiberentur, sicut eas præsenti decreto damnat, & prohibet, uti temerarias ad minimum, & novas,

mandatque, ne quisquam deinceps cujuscumque sit gradus, ordinis, aut conditionis, illas, vel illarum alterutram audeat imprimere, vel imprimi facere, sive scriptis, aut etiam oretenus docere, vel asserere sub pœnis, & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, aliisque Sanctitati Suæ benè visis.

Franciscus Riccardus S. Rom. Eccl. & Universalis Inquisitionis Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Die 1. Decembris 1679. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Franciscum Perinum ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctiss. Inquisitionis Cursorem.

Feria iv. die 18. Novembris 1682.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Conventu S. Mariæ super Minervam coram Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

PRævia matura consultatione DD. Consultorum facta fuit discussio sequentis propositionis. *Scientia ex confessione acquisita uti licet, modò fiat sine directa, aut indirecta revelatione, & gravamine pœnitentis, nisi aliud multò gravius ex non usu sequatur, in cujus comparatione prius meritò contemnatur* addita deindè explicatione, sive limitatione; quòd sit intelligenda de usu scientiæ ex confessione acquisitæ cum gravamine pœnitentis seclusa quacumque revelatione, atquæ in casu, quo multò gravius gravamen ejusdem pœnitentis ex non usu sequeretur, & statuerunt dictam propositionem, quatenus admittit usum dictæ scientiæ cum gravamine pœnitentis, omninò prohibendam esse, etiam cum dicta explicatione, sive limitatione, & præsenti decreto prohibent, ne quis ultra audeat talem doctrinam publicè, aut privatim docere, aut defendere sub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis: mandantes etiam

uni-

universis Sacramenti Pœnitentiæ Ministris, ut ab ea in praxim deducenda prorsus abstineant.

Franciscus Riccardus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Loco ✠ Sigilli.

Die 5. Decembris 1682. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam.

COElestis Pastor Christus Dominus, ut jacentem in tenebris Mundum, variisque Gentium erroribus involutum à potestate Diaboli, sub qua miserè post lapsum primi Parentis tenebatur, sua ineffabili miseratione liberaret, carnem sumere, & in Ligno Crucis Chirographo Redemptionis nostræ affixo in testimonium suæ in nos charitatis sese Hostiam viventem Deo pro nobis offerre dignatus est, mox rediturus in Cœlum Ecclesiam Catholicam Sponsam suam tamquam novam Civitatem sanctam Hierusalem descendentem de Cœlo non habentem rugam, neque maculam, unam, sanctamque in Terris relinquens armis potentiæ suæ contra Portas Inferi circumvallatam, Petro Apostolorum Principi, & Successoribus ejus regendam tradidit, ut doctrinam ab ipsius ore haustam sanam, rectamque custodirent; nè oves pretioso suo Sanguine redemptæ pravarum opinionum pabulo in antiquos errores reciderent, quod præcipuè B. Petro mandasse Sacræ Litteræ docent: cui enim Apostolorum nisi Petro dixit: Pasce oves meas, & rursus, Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos? Quare Nobis, qui non Nostris meritis, sed inscrutabili Dei Omnipotentis consilio in ejusdem Petri Cathedra pari potestate sedemus, semper fixum in animo fuit, ut Populus Christianus eam sectaretur Fidem, quæ à Christo Domino per Apostolos suos perpetua, & nunquam interrupta traditio-

ne prædicata fuit, quamque ipse usque ad sæculi consummationem permansuram esse promisit.

Cùm igitur ad Apostolatum nostrum relatum fuisset quemdam *Michaelem de Molinos* prava dogmata tum verbo, tum scripto docuisse, & in praxim deduxisse, quæ prætextu Orationis quietis contra Doctrinam, & usum à Sanctis Patribus ab ipsis nascentis Ecclesiæ primordiis receptum, Fideles à vera Religione, & à Christianæ pietatis puritate in maximos errores, & turpissima quæque inducebant. Nos, cui cordi semper fuit, ut fidelium animæ Nobis ex alto commissæ (purgatis pravarum opinionum erroribus) ad optatum salutis portum tutò pervenire possint, legitimis præcedentibus indiciis, prædictum *Michaelem de Molinos*, carceribus mancipari mandavimus, deindè coram Nobis, & Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus Apostolica auctoritate specialiter deputatis, auditis pluribus in Sacra Theologia Magistris, eorumque suffragiis tum voce, tum scripto susceptis, matuièque perpensis, implorata etiam S. Spiritus assistentia, cum prædictorum Fratrum Nostrorum unanimi voto, ad damnationem infrascriptarum propositionum ejusdem *Michaelis de Molinos*, à quo fuerunt pro suis recognitæ, & de quibus Propositionibus tamquam à se dictatis, scriptis, communicatis, & creditis ipse convictus, & respectivè confessus fuerat, ut latiùs in processu, & Decreto de mandato Nostro lato die 28. Augusti præsentis anni 1687. devenire ut infra decrevimus.

PROPOSITIONES.

1. OPortet Hominem suas potentias annihilare. Et hoc est Via Interna.

2. Velle operari activè, est Deum offendere, qui vult esse ipse solus Agens; & ideò opus est, se ipsum in Deo totum, & totaliter derelinquere, & postea permanere velut Corpus exanime.

3. Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impeditiva.

4. Activitas naturalis est Gratiæ inimica, impeditque Dei operationes, & veram perfectionem, quia Deus operari vult in nobis sine nobis.

5. Nihil operando Anima se annihilat, & ad suum principium

redit

redit, & ad suam originem, quæ est essentia Dei, in qua transformata remanet, ac divinizata, & Deus tunc in seipso remanet; quia tunc non sunt amplius duæ res unitæ, sed una tantùm: & hac ratione Deus vivit, & regnat in nobis, & Anima se ipsam annihilat in esse operativo.

6. Via interna est illa, in qua non cognoscitur nec lumen, nec amor, nec resignatio, & non oportet Deum cognoscere; & hoc modo rectè proceditur.

7. Non debet Anima cogitare nec de præmio, nec de punitione, nec de Paradiso, nec de Inferno, nec de Morte, nec de Æternitate.

8. Non debet velle scire, an gradiatur cum voluntate Dei, an cum eadem voluntate resignata maneat, necnè; nec opus est, ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihil, sed debet ut Corpus exanime manere.

9. Non debet Anima reminisci nec sui, nec Dei, nec cujuscumque rei, & in Via Interna omnis reflexio est nociva, etiam reflexio ad suas humanas actiones, & ad proprios defectus.

10. Si propriis defectibus alios scandalizet, non est necessarium reflectere, dummodò non adsit voluntas scandalizandi; & ad proprios defectus non posse reflectere, gratia Dei est.

11. Ad dubia, quæ occurrunt, an rectè procedatur necnè, non opus est reflectere.

12. Qui suum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de Inferno, nec de Paradiso; nec debet desiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ Sanctitatis, nec propriæ salutis, cujus spem purgare debet.

13. Resignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda est cogitatio, & cura de omni re nostra, & relinquere, ut faciat in nobis sine nobis suam Divinam voluntatem.

14. Qui Divinæ voluntati resignatus est, non convenit, ut à Deo rem aliquam petat; quia petere est imperfectio, cùm sit actus propriæ voluntatis, & electionis, & est velle, quòd Divina voluntas nostræ conformetur, & non quòd nostra Divinæ. Et illud Evangelii: *Petite, & accipietis* non est dictum à Christo pro Animabus Internis, quæ nolunt habere voluntatem. Imò hujusmodi Animæ eò perveniunt, ut non possint à Deo rem aliquam petere.

15. Si-

15. Sicut non debent à Deo rem aliquam petere, ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debent; quia utrumque est actus propriæ voluntatis.

16. Non convenit Indulgentias quærere pro pœna propriis peccatis debita; quia melius est Divinæ Justitiæ satisfacere, quàm Divinam Misericordiam quærere; quoniam illud ex puro Dei amore procedit, & istud ab amore nostri interessato, nec est res Deo grata, nec meritoria, quia est velle Crucem fugere.

17. Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, & cognitione Animæ nostræ, non est amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia resistentia fieri debet, nisi negativa, nulla adhibita industria; & si natura commovetur, oportet sinere, ut commoveatur; quia est natura.

18. Qui in Oratione utitur Imaginibus, Figuris, speciebus, & propriis conceptibus, non adorat Deum in spiritu, & veritate.

19. Qui amat Deum eo modo, quo ratio argumentatur, aut Intellectus comprehendit, non amat verum Deum.

20. Asserere, quòd in Oratione opus est sibi per discursum auxilium ferre, & per cogitationes, quando Deus animam non alloquitur, ignorantia est. Deus nunquam loquitur: ejus locutio est operatio; & semper in Anima operatur, quando hæc suis discursibus, cogitationibus, & operationibus eum non impedit.

21. In Oratione opus est manere in fide obscura, & universali, cum quiete, & oblivione cujuscumque cogitationis particularis, ac distinctæ Attributorum Dei, ac Trinitatis, & sic in Dei præsentia manere ad illum adorandum, & amandum, eique inserviendum, sed absque productione actuum, quia Deus in his sibi non complacet.

22. Cognitio hæc per fidem non est actus à creatura productus, sed est cognitio à Deo Creaturæ tradita, quam Creatura se habere non cognoscit, nec postea cognoscit illam se habuisse; & idem dicitur de Amore.

23. Mystici cum S. Bernardo in Scala Claustralium distinguunt quatuor gradus, Lectionem, Meditationem, Orationem, & Contemplationem infusam. Qui semper in primo sistit, nunquam ad secundum pertransit. Qui semper in secundo persistit, nunquam ad tertium pervenit, qui est nostra contemplatio acquisita, in qua per totam vitam persistendum est, dummodò Deus Animam non tra-

trahat, absque eo quòd ipsa id expectet, ad contemplationem infusam, & hac cessante, Anima regredi debet ad tertium gradum, & in ipso permanere, absque eo quòd ampliùs redeat ad secundum, aut primum.

24. Qualescumque cogitationes in Oratione occurrant, etiam impuræ, etiam contra Deum, Sanctos, Fidem, & Sacramenta, si voluntariè non nutriantur, nec voluntariè expellantur, sed cum indifferentia, & resignatione tolerentur, non impediunt Orationem Fidei; imò eam perfectiorem efficiunt; quia Anima tunc magis Divinæ voluntati resignata remanet.

25. Etiamsi superveniat somnus, & dormiatur, nihilominus fit Oratio, & contemplatio actualis; quia Oratio, & resignatio, resignatio, & Oratio idem sunt; & dum resignatio perdurat, perdurat & Oratio.

26. Tres illæ viæ, Purgativa, Illuminativa, & Unitiva sunt absurdum maximum, quod dictum fuerit in Mystica; cùm non sit, nisi unica via, scilicet via Interna.

27. Qui desiderat, & amplectitur devotionem sensibilem, non desiderat, nec quærit Deum, sed se ipsum, & malè agit, cùm eam desiderat, & eam habere conatur, qui per viam Internam incedit, tam in locis sacris, quàm in diebus solemnibus.

28. Tædium rerum spiritualium bonum est; siquidem per illud purgatur amor proprius.

29. Dum anima interna fastidit discursus de Deo, & virtutes, & frigida remanet, nullum in se ipsa sentiens fervorem, bonum signum est.

30. Totum sensibile, quod experimur in vita spirituali, est abominabile, spurcum, & immundum.

31. Nullus Meditativus veras virtutes exercet internas, quæ non debent à sensibus cognosci. Opus est amittere virtutes.

32. Nec ante, nec post Communionem alia requiritur præparatio, aut gratiarum actio [pro istis Animabus Internis] quàm permanentia in solita resignatione passiva, quia modo perfectiore supplet omnes actus virtutum, qui possunt, & fiunt in via ordinaria. Et si hac occasione Communionis insurgunt motus humiliationis, petitionis, aut gratiarum actionis reprimendi sunt, quoties non dignoscatur, eos esse ex impulsu speciali Dei; aliàs sunt impulsus naturæ, non dum mortuæ.

33. Ma-

33. Malè agit Anima, quæ procedit per hanc Viam Internam, si in diebus solemnibus vult aliquo conatu particulari excitare in se devotum aliquem sensum, quoniam Animæ Internæ omnes dies sunt æquales, omnes festivi. Et idem dicitur de locis sacris, quia hujusmodi animabus omnia loca æqualia sunt.

34. Verbis, & lingua gratias agere Deo non est pro Animabus Internis, quæ in silentio manere debent, nullum Deo impedimentum apponendo, quod operetur in illis: & quò magis Deo se resignant, experiuntur se non posse Orationem Dominicam, seù Pater noster recitare.

35. Non convenit Animabus hujus Viæ internæ, quòd faciant operationes, etiam virtuosas ex propria electione, & activitate, aliàs non essent mortuæ: nec debent elicere actus amoris erga B. Virginem, Sanctos, aut Humanitatem Christi; quia cum ista objecta sensibilia sint, talis est amor erga illa.

36. Nulla Creatura, nec B. Virgo, nec Sancti sedere debent in nostro corde, quia solus Deus vult illud occupare, & possidere.

37. In occasione tentationum, etiam furiosarum, non debet Anima elicere actus explicitos virtutum oppositarum; sed debet in supradicto amore, & resignatione permanere.

38. Crux voluntaria mortificationum pondus grave est, & infructuosum, ideoque dimittenda.

39. Sanctiora opera, & pœnitentiæ, quas peregerunt Sancti, non sufficiunt ad removendam ab Anima vel unicam adhæsionem.

40. Beata Virgo nullum unquam opus exterius peregit, & tamen fuit Sanctis omnibus sanctior. Igitur ad Sanctitatem perveniri potest absque opere exteriori.

41. Deus permittit, & vult ad nos humiliandos, & ad veram transformationem perducendos, quòd in aliquibus animabus perfectis, etiam non arreptitiis, Dæmon violentiam inferat eorum corporibus, easque actus carnales committere faciat, etiam in vigilia, & sine mentis offuscatione, movendo physice illorum manus, & alia membra contra earum voluntatem. Et idem dicitur quòad alios actus per se peccaminosos, in quo casu non sunt peccata; quia his non adest consensus.

42. Potest dari casus, quòd hujusmodi violentiæ ad actus carnales contingant eodem tempore ex parte duarum personarum, scilicet maris, & fœminæ, & ex parte utriusque sequatur actus.

43. De-

43. Deus præteritis sæculis Sanctos efficiebat Tyrannorum ministerio, nunc verò eos efficit Sanctos ministerio Dæmonum, qui causando in eis prædictas violentias facit, ut illi seipsos magis despiciant, atque annihilent, & se Deo resignent.

44. Job blasphemavit, & tamen non peccavit labiis suis, quia fuit ex Dæmonis violentia.

45. Sanctus Paulus hujusmodi Dæmonis violentias in suo corpore passus est, unde scripsit: *Non quod volo bonum, hoc ago, sed quod nolo malum, hoc facio.*

46. Hujusmodi violentiæ sunt medium magis proportionatum ad annihilandam animam, & ad eam ad veram transformationem, & unionem perducendam, nec alia superest via. Et hæc est via facilior, & tutior.

47. Cùm hujusmodi violentiæ occurrunt, sinere oportet, ut Satanas operetur, nullam adhibendo industriam, nullumque proprium conatum, sed permanere debet homo in suo nihilo, & etiamsi sequantur pollutiones, & actus obscæni propriis manibus, & etiam pejora, non opus est seipsum inquietari; sed foras emittendi sunt scrupuli, dubia, & timores; quia anima fit magis illuminata, magis roborata, magisque candida, & acquiritur sancta libertas. Et præ omnibus non opus est hæc confiteri, & sanctissimè fit non confitendo, quia hoc pacto superatur Dæmon, & acquirirur thesaurus pacis.

48. Satanas, qui hujusmodi violentias infert, suadet deinde gravia esse delicta, ut anima se inquietet, ne in via interna ulteriùs progrediatur; unde ad ejus vires enervandas, melius est eà non confiteri, quia non sunt peccata, nec etiam venialia.

49. Job ex violentia Dæmonis se propriis manibus polluebat eodem tempore, quo *mundas habebat ad Deum preces* (sic interpretando locum ex cap. 16. Job)

50. David, Hieremias, & multi ex Sanctis Prophetis hujusmodi violentias patiebantur harum impurarum operationum externarum.

51. In Sacra Scriptura multa sunt exempla violentiarum ad actus externos peccaminosos; uti illud de Samsone, qui per violentiam se ipsum occidit cum Philistæis, conjugium init cum alienigena, & cum Dalila meretrice fornicatus est, quæ aliàs erant prohibita, & peccata fuissent. De Juditha, quæ Holopherni

mentita fuit. De Elifæo, qui pueris maledixit; De Elia, qui combuffit Duces cum turmis Regis Achab. An verò fuerit violentia immediatè à Deo peracta, vel Dæmonum ministerio, ut in aliis animabus contingit, in dubio relinquitur.

52. Cùm hujufmodi violentiæ, etiam impuræ abfque mentis offufcatione accidunt, tunc Anima Deo poteft uniri, & de facto femper magis unitur.

53. Ad cognofcendum in praxi, an aliqua operatio in aliis perfonis fuerit violentia, regula, quam de hoc habeo, ne dum funt proteftationes Animarum illarum, quæ proteftantur fe dictis violentiis non confenfiffe, aut jurare non poffe, quòd in iis confenferint; & videre, quòd fint Animæ, quæ proficiunt in via interna, fed regulam fumere à lumine quodam actuali cognitione humana, ac Theologica fuperiore, quòd me certò cognofcere facit cum interna certitudine, quòd talis operatio eft violentia, & certus fum, quòd hoc lumen à Deo procedit, quia ad me pervenit conjunctum cum certitudine, quòd à Deo proveniat, & mihi nec umbram dubii relinquit in contrarium, eo modo, quo interdum contingit, quòd Deus aliquid revelando, eodem tempore animam certam reddit, quòd ipfe fit, qui revelat, & anima in contrarium non poteft dubitare.

54. Spirituales vitæ ordinariæ in hora mortis fe delufos invenient, & confufos, & cum omnibus paffionibus in alio Mundo purgandis.

55. Per hanc viam internam pervenitur, etfi multa cum fufferentia ad purgandas, & extinguendas omnes paffiones, ita quòd nihil amplius fentitur, nihil nihil; nec ulla fentitur inquietudo, ficut corpus mortuum, nec anima fe ampliùs commoveri finit.

56. Duæ leges, & duæ cupiditates, animæ una, & amoris proprii altera, tamdiù perdurant, quamdiù perdurat amor proprius; undè quando hic purgatus eft, & mortuus, ut fit per viam internam, non adfunt ampliùs illæ duæ leges, & duæ cupiditates, nec ulteriùs lapfus aliquis incurritur, nec aliquid fentitur ampliùs, nequidem veniale peccatum.

57. Per contemplationem acquifitam pervenitur ad ftatum non faciendi amplius peccata, nec mortalia, nec venialia.

58. Ad hujufmodi ftatum pervenitur non reflectendo ampliùs ad

ad proprias operationes; quia defectus ex reflexione oriuntur.

59. Via interna sejuncta est à Confessione, à Confessariis, & à Casibus conscientiæ, à Theologia, & Philosophia.

60. Animabus provectis, quæ reflexionibus mori incipiunt, & eò etiam perveniunt, ut sint mortuæ, Deus confessionem aliquando efficit impossibilem, & supplet ipse tanta gratia perseverante, quantam in Sacramento reciperent; & ideò hujusmodi animabus non est bonum in tali casu ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere; quia id est illis impossibile.

61. Anima cùm ad mortem mysticam pervenit, non potest ampliùs aliud velle, quàm quod Deus vult, quia non habet ampliùs voluntatem, & Deus illi eam abstulit.

62. Per viam internam pervenitur ad continuum statum immobilem in pace imperturbabili.

63. Per viam internam pervenitur etiam ad mortem sensuum; quinimò signum, quod quis in statu nihilitatis maneat, id est mortis mysticæ, est, si sensus exteriores non repræsentent ampliùs res sensibiles, ac si non essent: quia non perveniunt ad faciendum, quòd intellectus se ad eas applicet.

64. Theologus minorem dispositionem habet, quàm homo rudis, ad statum contemplativi; Primò quia non habet fidem adeò puram; Secundò quia non est adeò humilis; Tertiò quia non adeò curat propriam salutem; Quartò quia caput refertum habet phantasmatibus, speciebus, opinionibus, & speculationibus, & non potest in illum ingredi verum lumen.

65. Præpositis obediendum est in exteriore, & latitudo voti obedientiæ Religiosorum tantummodò ad exterius pertingit. In interiore verò aliter res se habet, quò solus Deus, & Director intrant.

66. Risu digna est nova quædam doctrina in Ecclesia Dei, quòd anima quòad internum gubernari debeat ab Episcopo: quòd si Episcopus non sit capax; anima ipsum cum suo directore adeat. Novam, dico, doctrinam, quia nec Sacra Sriptura, nec Concilia, nec Canones, nec Bullæ, nec Sancti, nec Authores eam umquam tradiderunt, nec tradere possunt; quia Ecclesia non judicat de occultis, & anima jus habet eligendi quemcumque sibi bene visum.

67. Dicere, quòd internum manifestandum est exteriori Tribunali Præpositorum, & quòd peccatum sit id non facere, est mani-

fecta deceptio; quia Ecclesia non judicat de occultis; & propriis animabus præjudicant his deceptionibus, & simulationibus.

68. In mundo non est facultas, nec jurisdictio ad præcipiendum, ut manifestentur Epistolæ Directoris quoad internum animæ; & ideò opus est animadvertere, quòd hoc est insultus Satanæ, &c.

QUas quidem Propositiones tanquam Hæreticas, suspectas, erroneas, scandalosas, blasphemas, piarum aurium offensivas, temerarias, Christianæ disciplinæ relaxativas, & eversivas, & seditiosas respectivè, ac quæcumque super iis verbo, scripto, vel typis emissa, pariter cum voto eorumdem Fratrum Nostrorum S R. E. Cardinalium, & Inquisitorum Generalium damnavimus, circumscripsimus, & abolevimus: deque eisdem, & similibus omnibus, & singulis post hac quoquo modo loquendi, scribendi, disputandi, easque credendi, tenendi, docendi, aut in praxim reducendi facultatem quibuscumque interdiximus, & contrafacientes omnibus Dignitatibus, Gradibus, Honoribus, Beneficiis, & officiis ipso facto perpetuò privavimus, & inhabiles ad quæcumque decrevimus, vinculoque etiam anathematis eò ipso innodavimus, à quo nisi à Nobis, & à Romanis Pontificibus Successoribus Nostris non valeant absolvi. Præterea eodem Nostro Decreto prohibuimus, & damnavimus omnes Libros, omniaq: opera quocumque loco, & idiomate impressa, nec non omnia manuscripta ejusdem *Michaelis de Molinos*, vetuimusque ne quis cujuscumque gradus, conditionis, vel status, etiam speciali nota dignus audeat sub quovis prætextu, quolibet pariter idiomate, sive sub eisdem verbis, sub æqualibus, aut æquipollentibus, sivè absque nomine, seu ficto, aut alieno nomine ea imprimere, vel imprimi facere, neque impressa, seu manuscripta legere, vel apud se retinere, sed Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim tradere, & consignare teneantur sub eisdem pœnis superiùs inflictis, qui Ordinarii, & Inquisitores statim ea igni comburant, vel comburi faciant. Tandem, ut prædictus *Michael de Molinos* ob hæreses, errores, & turpia facta prædicta debitis pœnis in aliorum exemplum, & ipsius emendationem plecteretur, lecto in eadem Nostra Congregatione toto processu, & auditis dilectis Filiis Consultoribus Nostris Sanctæ Inquisitionis officii, in Sacra Theologia, & in jure Pontificio Magistris, cum eorumdem Venerabilium Fratrum

trum

trum Nostrorum S. R. E. Cardinalium unanimi voto, dictum *Michaelem de Molinos*, tamquam reum convictum, & confessum respectivè, & uti hæreticum formalem, licèt pœnitentem in pœnam arcti, & perpetui carceris, & ad peragendas alias pœnitentias salutares, prævia tamen abjuratione de formali per ipsum emittenda, servato juris ordine damnavimus: mandantes, ut die, & hora præfigendis in Ecclesia Sanctæ Mariæ supra Minervam hujus Almæ Urbis, præsentibus omnibus Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalib. & Romanæ Curiæ Nostræ Prælatis universoque populo ad id etiam per concessionem Indulgentiarum convocando, ex alto tenor processus, stante in suggesto eodem *Michaele de Molinos*, unà cum sententia indè sequuta legeretur, & postquam idem de *Molinos* habitu pœnitentiæ indutus prædictos errores, & hæreses publicè abjurasset, facultatem dedimus dilecto Filio Nostro Sancti Officii Commissario, ut eum à censuris, quibus innodatus erat, in forma Ecclesiæ consueta absolveret; quæ omnia in executionem dictæ Nostræ ordinationis die 3. Septembris labentis anni solemniter adimpleta sunt.

Et licèt supra narratum Decretum de mandato Nostro Istum ad majorem fidelium cautelam typis editum publicis locis affixum, & divulgatum fuerit, nihilominus, ne hujus Apostolicæ damnationis memoria futuris temporibus deleri possit, utque populus Christianus Catholica veritate instructior per viam salutis incedere valeat, Prædecessorum Nostrorum Summorum Pontificum vestigiis inhærentes, hac Nostra perpetuò valitura constitutione supradictum Decretum denuò approbamus, confirmamus, & debitæ executioni tradi mandamus, iterum supradictas propositiones diffinitivè damnantes, & reprobantes, librosque, & manuscripta ejusdem *Michaelis de Molinos* prohibentes, & interdicentes sub eisdem pœnis, & censuris contra transgressores latis, & inflictis.

Decernentes insuper præsentes litteras semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, & functuros ubique judicari, & definiri debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis

vis

vis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsi originalibus litteris adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ approbationis, confirmationis, damnationis, reprobationis, punitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo, duodecimo Kalend. Decembris. Pontificatus Nostri Anno duodecimo.

F. Datarius.

J. F. Albanus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Visa de Curia S. de Pilatris.

D. Ciampinus.

Loco ✠ Plumbi.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo octuagesimo octavo, Indictione undecima, die verò 19. Februar. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ XI. anno ejus duodecimo, præsentes litteræ Apostol. affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ Sanct. Joannis Lateranen. Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellaria Apostolica, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum Sanctissimi D. N. Papæ, & SS. Inquisitionis Cursorem.

Decreta Alexandri PP. VIII. contra varias Propositiones.

Feria v. die 24. Augusti 1690.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Alexan-

Alexandro Divina Providentia Papa VIII ac Eminentiss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolicæ specialiter deputatis.

SAnctiss. D. N. ALEXANDER Papa VIII. non sine magno animi sui mœrore audivit duas Theses, seù Propositiones, unam denuò, & in majorem Fidelium perniciem suscitari, alteram de novo erumpere; Et cùm sui Pastoralis Officii munus sit, oves sibi creditas à noxiis pascuis avertere, & ad salutaria semper dirigere, dictarum Thesium, sivè propositionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deindè Eminentissimis, & Reverendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus sedulò commisit, qui pluriès re maturè discussa de infrascriptis Thesibus, seu Propositionibus, & super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitatis Suæ singillatim exposuerunt.

I. Bonitas obiectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali: Formalis verò in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè — HUNC MODO NON TENETUR AMARE, NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUÆ MORALIS.

II. Peccatum Philosophicum, seù morale est actus humanus disconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi: Theologicum verò, & mortale est transgressio libera Divinæ legis. Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum, vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æternæ pœna dignum.

Quibus peractis, Sanctissimus omnibus plenè, & maturè consideratis, primam Thesim, seù Propositionem declaravit hæreticam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet sub Censuris, & pœnis contra Hæreticos, & eorum fautores in jure expressis; Secundam Thesim, seù propositionem declaravit scandalosam, temerariam, piarum aurium offensivam, & erroneam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet, itaut quicumque illam docuerit, defenderit, ediderit, aut de ea etiam disputaverit publicè, seù privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (preterquam in articulo mortis)

mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi. Insuper districtè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione divini Judicii prohibet omnibus Christifidelibus, cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, nè prædictam Thesim, seu propositionem ad praxim deducant.

Alexander Speronus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Loco ✠ Sigilli.

Die 24. Augusti 1690. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Feria v. die 7. Decembris 1690.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. Alexandro Divina Providentia Papa VIII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SAnctiss. D. N. ALEXANDER Divina Providentia Papa VIII. prædictus: Pro Pastorali cura ovium à Christo Domino sibi commissa de earum salute solicitus, ut inoffenso gradu per rectas semitas possint incedere, & pascua nimiùm perniciosa in pravis doctrinis exhibita vitare, unius supra triginta propositionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deindè Eminentissimis, ac Reverendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus commisit, qui tantum negocium diligenter aggressi, eique sedulò, ac pluriès incumbentes, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati suæ singillatim detulerunt.

Pro-

Propositiones autem sunt infrascriptæ, videlicet.

1. IN statu naturæ lapsæ ad peccatum formale, & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua peccato originali, & libertate Adami peccantis.

2. Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa non excusat à peccato formali.

3. Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.

4. Dedit semetipsum pro nobis oblationem Deo, non pro solis Electis, sed pro omnibus, & solis Fidelibus.

5. Pagani, Judæi, Hæretici, aliique hujus generis nullum omninò accipiunt à Jesu Christo influxum, adeoque hinc rectè inferes in illis esse voluntatem nudam, & inermem, sine omni gratia sufficienti.

6. Gratia sufficiens statui nostro, non tam utilis, quàm perniciosa est, ut proindè meritò possimus petere, à gratia sufficienti. *Libera nos Domine.*

7. Omnis humana actio deliberata est Dei dilectio, vel Mundi, si Dei, Charitas Patris est, si Mundi, concupiscentia carnis, hoc est, mala est.

8. Necesse est infidelem in omni opere peccare.

9. Re vera peccat, qui odio habet peccatum merè ob ejus turpitudinem, & disconvenientiam cum natura rationali, sine ullo ad Deum offensum respectu.

10. Intentio, qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, merè ut Cœlestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11. Omne, quod non est ex Fide Christiana supernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum est.

12. Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam Fides, & etiam si videantur credere, non est Fides Divina, sed humana.

13. Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licèt beatitudinis operatur.

14. Timor gehennæ non est supernaturalis.

Pp 15. At-

15. Attritio, quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur sine dilectione benevolentiæ Dei, propter se non est bonus motus, ac supernaturalis?

16. Ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni induxit, non politia, aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa Christi lex, & præscriptio, natura rei id ipsum quodammodo dictante.

17. Per illam praxim mox absolvendi, ordo pœnitentiæ est inversus.

18. Consuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, etiamsi eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu.

19. Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato originali.

20. Confessiones apud Religiosos factæ, pleræque, vel sacrilegæ sunt, vel invalidæ.

21. Parochianus potest suspicari de Mendicantibus, qui eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione, ob quæstum, seu lucrum subsidii temporalis.

22. Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.

23. Similiter arcendi sunt à Sacra Communione, quibus nondum inest Amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.

24. Oblatio in Templo, quæ fiebat à Beata Virgine MARIA in die Purificationis suæ per duos pullos Columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccatis, sufficienter testatur, quòd indiguerit purificatione, & quòd filius, qui offerebatur, etiam macula matris maculatus esset, secundùm verba legis.

25. Dei Patris sedentis Simulacrum nefas est Christiano in Templo collocare.

26. Laus, quæ defertur Mariæ, ut Mariæ, vana est.

27. Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus, *in nomine Patris, &c.* prætermissis illis *Ego te baptizo*.

28. Valet Baptismus collatus à Ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat, intus verò in corde suo apud se resolvit. *Non intendo facere, quod facit Ecclesia.*

29. Fu-

29. Futilis, & toties convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium Oecumenicum auctoritate, atque in Fidei quæstionibus decernendis infallibilitate.

30. Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clarè fundatam, illam absolutè potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

31. Bulla Urbani VIII. *In eminenti*, est subreptitia.

Quibus maturè consideratis, idem Sanctissimus statuit, & decrevit 31. supradictas Propositiones tanquam temerarias, scandalosas, malè sonantes, injuriosas, hæresi proximas, hæresim sapientes, erroneas, schismaticas, & Hæreticas respectivè esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet; itaut quicumque, illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatìm tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christifidelibus, cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, nè prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Non intendit tamen Sanctitas Sua per hoc decretum alias propositiones in majori numero ultra supradictas 31. jam exhibitas, & in hoc decreto non expressas approbare.

Alexander Speronus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Loco ✠ Sigilli.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo, Indict. 13. die 20. Decembris, Pontificatus autem SS. D. N. Alexandri Divina Providentia PP. VIII. anno secundo supradictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum SS. D. N. Papæ, & SS. Inquisitionis Cursorem.

SANCTISS. D. N. D. INNOCENTII

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XII.

Damnatio, & prohibitio Libri Parisiis anno 1697. impressi, cui titulus

Explication des Maximes des Saints sur la vie interiure &c.

INNOCENTIUS PAPA XII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum aliàs ad Apostolatus Nostri notitiam pervenerit in lucem prodiisse librum quemdam Gallico idiomate editum, cui titulus: *Explication des Maximes des Saints sur la Vie interiure, par Messire Francois de Salignac Fenelon, Archevèque Duc de Cambray, Precepteur de Messeigneurs les Ducs de Bourgogne, d'Anjou, & de Berry. A Paris chez Pierre Aubovin, Pierre Emery, Charles Clousier* 1697. Ingens verò subindè de non sana libri hujusmodi doctrina excitatus in Galliis rumor adeò percrebuerit, ut opportunam Pastoralis vigilantiæ Nostræ opem efflagitaverit; Nos eundem librum nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, aliisque in Sacra Theologia Magistris maturè, ut rei gravitas postulare videbatur, examinandum commisimus. Porrò hi mandatis Nostris obsequentes, postquam in quamplurimis Congregationibus varias propositiones ex eodem libro excerptas diuturno, accuratoque examine discusserant, quid super earum singulis sibi videretur, tam voce, quàm scripto nobis exposuerunt. Auditis igitur in pluribus itidem coram Nobis desuper actis Congregationibus memoratorum Cardinalium, & in Sacra Theologia Magistrorum sententiis, Dominici Gregis Nobis ab Æterno Pastore crediti periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, librum prædictum ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione hucusque impressum, aut inposterum imprimendum, quippe ex cujus lectione, & usu fideles sensim in errores ab Ecclesia Catholica jam damnatos induci possent, ac insuper tamquam continentem propositiones, sive in obvio earum verborum sensu, sive attenta sententiarum connexione, temerarias, scandalosas, malè sonantes, piarum aurium offensivas, in praxi perniciosas, ac

ac etiam erroneas respectivè, tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ipsiusque libri impressionem, descriptionem, electionem, retentionem, & usum, omnibus, & singulis Christifidelibus etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto, absque alia declaratione incurrenda interdicimus, & prohibemus. Volentes, & Apostolica auctoritate mandantes, ut quicumque supradictum librum penes se habuerint, illum statim, atque præsentes litteræ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, ac consignare omnino teneantur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cæterum propositiones in dicto libro contentæ, quas Apostolici censura judicii, sicut præmittitur, configendas duximus, ex Gallico idiomate in latinum versæ, sunt tenoris, qui sequitur videlicet.

I. Datur habitualis status amoris Dei, qui est Charitas pura, & sine ulla mixtione motivi proprii interesse. Neque timor pœnarum, neque desiderium remunerationum habent ampliùs in eo partem. Non amatur ampliùs Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in eo amando inveniendam.

II. In statu vitæ contemplativæ, seu unitivæ amittitur omne motivum interessatum timoris, & spei.

III. Id, quod est essentiale in directione animæ, est non aliud facere, quàm sequi pedentim gratiam cum infinita patientia, præcautione, & subtilitate. Oportet se intra hos limites continere, ut sinatur Deus agere, & nunquam ad purum amorem ducere, nisi quando Deus per junctionem interiorem incipit aperire Cor huic verbo, quod adeò durum est animabus adhuc sibimet affixis, & adeò potest illas scandalizare, aut in perturbationem conjicere.

IV. In statu sanctæ indifferentiæ anima non habet ampliùs desideria voluntaria, & deliberata propter suum interesse exceptis iis occasionibus, in quibus toti suæ gratiæ fideliter non cooperatur.

V. In eodem statu sanctæ indifferentiæ nihil nobis, omnia Deo volumus. Nihil volumus, ut simus perfecti, & beati propter interesse proprium, sed omnem perfectionem, ac beatitudinem volumus, in quantum Deo placet efficere, ut velimus res istas impressione suæ gratiæ.

VI. In hoc sanctæ indifferentiæ statu nolumus ampliùs salutem, ut salutem propriam, ut liberationem æternam, ut mercedem nostro-

strorum meritorum, ut nostrum interesse omnium maximum; sed eam volumus voluntate plena, ut gloriam, & beneplacitum Dei, ut rem, quam ipse vult, quam nos vult velle propter ipsum.

VII. Derelictio non est, nisi abnegatio, seu sui ipsius renunciatio, quam Jesus Christus à nobis in Evangelio requirit, postquam externa omnia reliquerimus. Ista nostri ipsorum abnegatio non est, nisi quòad interesse proprium. Extremæ probationes, in quibus hæc abnegatio, seu sui ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes, quibus Deus æmulator vult purgare amorem, nullum ei ostendendo perfugium, neque ullam spem, quòad suum interesse proprium, etiam æternum.

VIII. Omnia Sacrificia, quæ fieri solent ab Animabus quàm maximè disinteressatis circa earum æternam beatitudinem, sunt conditionalia. Sed hoc Sacrificium non potest esse absolutum in statu ordinario. In uno extremarum probationum casu, hoc Sacrificium fit aliquo modo absolutum.

IX. In extremis probationibus potest animæ invincibiliter persuasum esse persuasione reflexa, quæ non est intimus conscientiæ fundus, se justè reprobatam esse à Deo.

X. Tunc anima divisa à semetipsa expirat cum Christo in Cruce dicens: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me. In hac involuntaria impressione desperationis conficit Sacrificium absolutum sui interesse proprii quòad æternitatem.

XI. In hoc statu anima amittit omnem spem sui proprii interesse, sed nunquam amittit in parte superiori, id est in suis actibus directis, & intimis spem perfectam, quæ est desiderium disinteressatum promissionum.

XII. Director tunc potest huic animæ permittere, ut simpliciter acquiescat jacturæ sui proprii interesse, & justæ condemnationi, quam sibi à Deo indictam credit.

XIII. Inferior Christi pars in Cruce non communicavit Superiori suas involuntarias perturbationes.

XIV. In extremis probationibus pro purificatione amoris fit quædam separatio partis superioris animæ ab inferiori. In ista separatione actus partis inferioris manant ex omninò cæca, & involuntaria perturbatione, nam totum, quod est voluntarium, & intellectuale, est partis superioris.

XV. Meditatio constat discursivis actibus, qui à se invicem facile

cilè distinguuntur. Ista compositio actuum discursivorum, & reflexorum est propria exercitio amoris interessati.

XVI. Datur status contemplationis adeò sublimis, adeòque perfectæ, ut fiat habitualis, itaut quoties anima actu orat, sua oratio sit contemplativa, non discursiva. Tunc non ampliùs indiget redire ad meditationem, ejusque actus methodicos.

XVII. Animæ contemplativæ privantur intuitu distincto, sensibili, & reflexo JESU CHRISTI duobus temporibus diversis. Primò in fervore nascente earum contemplationis. Secundò anima amittit intuitum JESU Christi in extremis probationibus.

XVIII. In statu passivo exercentur omnes virtutes distinctæ, non cogitando, quòd sint virtutes. In quolibet momento aliud non cogitatur, quàm facere id, quod Deus vult; & amor zelotypus simul efficit, nè quis ampliùs sibi virtutem velit; nec unquam sit adeò virtute præditus, quàm cùm virtuti ampliùs affixus non est.

XIX. Potest dici in hoc sensu, quòd anima passiva, & disinteressata nec ipsum amorem vult ampliùs, quatenus est sua perfectio, & sua felicitas, sed solùm quatenus est id, quod Deus à nobis vult.

XX. In confitendo debent animæ transformatæ sua peccata detestari, & condemnare se, & desiderare remissionem suorum peccatorum, non ut propriam purificationem, & liberationem, sed ut rem, quam Deus vult, & vult nos velle propter suam gloriam.

XXI. Sancti Mystici excluserunt à statu animarum transformatarum exercitationes virtutum.

XXII. Quamvis hæc doctrina [*de puro amore*] esset pura, & simplex perfectio Evangelica in universa traditione designata, antiqui Pastores non proponebant passim multitudini justorum, nisi exercitia amoris interessati eorum gratiæ proportionata.

XXIII. Purus amor ipse solus constituit totam vitam interiorem, & tunc evadit unicum principium, & unicum motivum omnium actuum, qui deliberati, & meritorii sunt.

Non intendimus tamen per expressam propositionum hujusmodi reprobationem alia in eodem libro contenta ullatenùs approbare. Ut autem eædem præsentes litteræ omnibus faciliùs innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam valeat allegare, volumus pariter, & auctoritate præfata decernimus, ut illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curiæ generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi

Flo-

Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur; itaut sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perindè afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent; Utque ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tàm in judicio, quàm extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xii. Martii MDCXCIX. Pontificatus Nostri anno octavo.

J. F. Card. Albanus.

Anno à Nativitate D. N. JESU CHRISTI millesimo sexcentesimo nonagesimo nono Indictione 7. die verò 13. mensis Martii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. Nostri D. Innocentii Divina Providentia Papa XII. *anno ejus octavo, supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilica Principis Apostolorum, Magna Curia Innocentiana, in Acie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum ejusdem S. D. N. Papa Cursorem.*

Sebastianus Vasellus Mag. Curs.

Decretum Alexandri VII. super Attritione.

Feria v. die 5. Martii 1667.

SANctis. D. N. Alexander Papa VII. cùm acceperit non sine gravi animi mærore Scholasticos quosdam acriùs, nec absque Fidelium scandalo, inter se contendere, an illa Attritio, quæ concipitur ex metu Gehennæ excludens voluntatem peccandi cum spe veniæ, ad impetrandam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ requirat insuper aliquem actum dilectionis Dei (asserentibus quibusdam, negantibus aliis, & invicem adversam sententiam censurantibus) Sanctitas Sua enixè cupiens pacis vinculum inter Fideles servari, omnemque scissuræ fomitem extingui, auditis votis

Emi-

Eminentiss. & Reverendiss. D. D. Card. adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, nec non D. D. Consultorum, & Qualificatorum Sacr. Congr. ejusdem Gen. Inquisit. hoc præsenti decreto in virtute *S.* Obedientiæ, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ S. Sedi reservatæ, aliisque pœnis ejusdem S. Sedis arbitrio taxandis, præcipit cunctis, & singulis Fidelibus, quocumque gradu, & dignitate, etiam Episcopali, & maiori, imò, & Cardinalitia fulgentibus, ut, si deinceps de materia Attritionis scribent, vel libros, aut Scripturas edent, vel docebunt, vel prædicabunt, vel alio quovis modo Pœnitentes, aut Scholares, cæterosve erudient, non audeant alicujus Theologicæ censuræ, alteriusve injuriæ, aut contumeliæ nota taxare alterutram sententiam, sive negantem necessitatem aliqualis dilectionis Dei in præfata Attritione ex metu Gehennæ concepta (quæ hodie inter Scholasticos communior videtur) sive asserentem dictæ dilectionis necessitatem; donec à S. Sede fuerit aliquid hac in re definitum; statuitque prætereà, decretum hoc, seu illius exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixum omnes ubique existentes arctare, & afficere, ac si unicuique personaliter fuisset intimatum.

Constitutio Gregorii XV. in qua confirmatur, & ampliatur Constitutio Pii IV. contra ad turpia solicitantes in Confessionibus Sacramentalibus.

UNiversi Dominici gregis curam, quamquam immeriti, cælesti dispositione gerentes, sedulò invigilare tenemur, ut ab omnibus pravis contagiis conservetur immunis, multòque maiori studio providere, ut omnis pestis ab iis avertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne, quod Evangelica scripta nos admonent, sale infatuato, non sit, in quo saliatur, & ad nihilum prosit ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Quoniam autem à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris quibusdam in locis provisum fuit, ut impium, ac nefandum scelus, quod non solùm inter Christi Fideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicet, ut ali-

quis Sacerdos ad sacras audiendas Confessiones deputatus Sacrosancto Pœnitentiæ Sacramento, solicitando Pœnitentes ad turpia, abutatur; ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, & ex Cælesti Medico infernalis veneficus, ex Patre spirituali proditor execrabilis Animarum reddatur: Idcircò Nos ea, quæ his perniciosissimis Diaboli insidiis arcendis in certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, providendum duximus.

Aliàs siquidem à fel. rec. Pio Papa IV. Prædecessore Nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet. Pius Papa IV. Ven. Fratri Archiepiscopo Hispalensi in Regnis Hispaniarum hæreticæ pravitatis Inquisitori Generali &c. Cùm, sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, diversi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Civitatibus, & Diœcesibus Curam Animarum habentes, sive eam pro aliis exercentes, aut aliàs audiendis confessionibus Pœnitentium deputati in tantam proruperint iniquitatem, ut Sacramento pœnitentiæ in actu audiendi Confessiones abutantur, nec illi, &, qui id instituit, Domino Deo, & Salvatori Nostro Jesu Christo injuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt Confessiones, alliciendo, & provocando, seu allicere, & provocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum hujusmodi Creatori nostro reconciliationis graviori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in Divinæ Maiestatis offensam, & Animarum perniciem, & Christi fidelium scandalum non modicum; Nos in animum inducere nequeuntes, quòd, qui de Fide Catholica rectè sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis injuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cujus eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimùm in Domino confidimus, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Civitatum, & Dioecesum de præmissis quomodolibet diffamatos tam Sæculares, quàm quorumvis, etiam Exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorũ Ordinum Regulares, cujuscumque Dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, tam super præmissis, quàm super Fide Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras, & juxta facul-

tatum

tatum tibi contra Hæreticos, aut de hæresi quovis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos juxta excessuum suorum qualitates, prout juris fuerit, punias, eos etiam, si, & prout de jure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione sæcularis Judicii arbitrio puniendos tradas. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, nec non Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis, etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 16. Aprilis 1561. Pontificatus Nostri Anno Secundo. Igitur ut literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & ubique locorum inviolabiliter observentur, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostra, ac de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, præinsertas literas hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus: illasque non solùm in prædictis Regnis Hispaniarum, sed in quibusvis Christiani Orbis partibus firmiter, & inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus.

Ac præterea, nè in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi ab alio dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quòd omnes, et singuli Sacerdotes tam Sæculares, quàm quorumvis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, et Congregationum Regulares cujuscumque dignitatis, et præeminentiæ, aut quovis privilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, sine inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post, immediatè,

seu occasione, vel prætextu Confessionis hujusmodi, etiam ipsa Confessione non secuta, sive extra occasionem Confessionis, in Confessionario, aut in loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiantur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, solicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis severissimè ut infra puniantur. Et præterea omnes hæreticæ pravitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, & locorum Universi Orbis Christiani, in suis quemque Dioecesibus, & Territoriis, per has Nostras literas, etiam privativè quòad omnes alios, specialiter, ac perpetuò Judices delegamus, ut super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis Fidei, juxta Sacrorum Canonum formam, nec non officii Inquisitionis hujusmodi Constitutiones, privilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant & quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis suspensionis ab executione Ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis activæ, & passivæ, si regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes, & carceris etiam in perpetuum absque ulla spe gratiæ, aliasque pœnis decernant. Eos quoque, si pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ sæculari puniendos tradant.

Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei tam perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cùm difficilis sit probationis, testibus, etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo judicandi, & Curiæ sæculari, ut præfertur, reum tradendum esse pronunciandi.

Non obstantibus omnibus, quæ dictus Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque, Mandantes omnibus Confessariis, ut suos Pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra, solicitatos, moneant de obligatione denunciandi solicitantes, seu, ut præfertur, tractantes Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis. Quod si hoc officium

cium

cium prætermiserint, vel Pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios solicitantes, seu tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant.

Volumus autem, ut præsentium transumptis, &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Augusti 1622. Pontificatus Nostri Anno secundo.

S. Card. S. Susanna.

Lettera della Sacra Congregazione del S. Offizio Sopra la Bolla di Greg. XV. *contra Solicitantes.*

R*Ev. P.* Doppo essersi havuta longa, e matura consideratione sopra il dubbio significato da diverse bande, se i Penitenti siano obligati à denuntiare i Confessori, da' quali sono stati sollecitati nel luogo, & atto della Confessione, quando hanno acconsentito alla sollecitatione. N. S. e questi miei Signori Eminentissimi in Congregatione tenuta avanti Sua Santità à 25. di Luglio passato, doppo haver anco inteso il parere d'una particolar Congregazione deputata à quest' effetto, hanno risoluto, che qualsivoglia Penitente è tenuto à denuntiare il Confessore, dal quale sarà stato sollecitato nel luogo, & atto della Confessione, ancorche gli habbia consentito, e non è tenuto à propalare il proprio consenso, nè sopra ciò s'interroghi dal Vescovo, ò dall'Inquisitore, ò da' loro Vicarii, avanti i quali deporrà: nè meno il Confessore denuntiato, procedendosi poi contro di lui ne i costituti, che se gli faranno, s'interroghi sopra detto consenso, & in caso ch'egli volesse dirlo da se, non si scriva il suo detto, come cosa in ordine alla persona sollecitata non spettante al Sant' Offizio della S. Inquisitione. Le parti dunque di V.R. sono di significar a' Confessori detta risolutione, e d' incaricargliene strettamente l'osservanza, acciò ne i casi, che occorrono alla giornata, conforme al tenore della Costitutione publicata da Gregorio XV. di san. mem. contro i Confessori sollecitanti significhino à i Penitenti l'obligo, che hanno di denunciar' i Confessori, da quali saranno stati sollecitati, & havendoli consentito, e facendo difficoltà di scoprire il proprio consenso, conforme alla risoluzione, che

che si è fatta, gli dichino apertamente, che non sono tenuti à propalare il detto consenso, e che tanto i Penitenti, quanto i Confessori sollecitanti procedendosi contro di loro non saranno di ciò interrogati, e dicendolo da se, non si scriverà, ne riceverà il detto loro. E quando il Penitente persistesse tuttavia nella medesima renitenza, N. S. si contenta, che dal Vescovo, ò dall'Inquisitore si dia autorità al Confessore di ricevere per scrittura, e con giuramento la denuncia per portarla à chi gli havrà data autorità di pigliarla. E se oltre le cose suddette occorrerà altro caso grave, per il quale il Penitente non si possa indurre, Sua Santità vuole, che se ne scriva quà, e si aspetti la risposta, & in tanto non si proceda all'assoluzione: E tanto V. R. si contenterà di far osservare nella sua giurisdizione, facendo registrare la presente negl'atti di cotesto Sant'Offizio per informazione sua, e de' suoi Successori, quali haveranno mira, che la presente risoluzione risguarda solo à quei Penitenti, che per haver consentito fanno difficoltà in denunciare; mà à quei, che non hanno consentito, ò havendo consentito non sono in ciò renitenti, il Confessore non deve porre difficultà alcuna, mà lasciare, che indifferentemente, e liberamente sodisfaccino all'obligo, che hanno di denuntiare, conforme alla Constitutione; & il Signore Iddio la conservi. Di Roma li 27. Settembre 1624.

D. V. R. Come Fratello
Il Cardinal Mellino.

Altra Lettera sopra l'istessa Bolla.

IL Delitto di sollecitare in Confessione Sacramentale hoggidì per humana fragilità pur troppo frequente rimane il più delle volte senza gastigo, per non haverne il foro esteriore notizia, e prova sufficiente, che se bene la S. M. di Greg. XV. nella sua Bolla *contra solicitantes* all'uno, & all'altro providde, imponendo a' Confessori, che avvertissero li Penitenti dell'obligo di denunziare quelli, da quali fossero stati sollecitati, rimettendo al giudizio di questa Sacra, e Suprema Congregazione l'arbitrio delle pene, ad ogni modo l'ignoranza, e malizia di molti Confessori non solo lascia d'insinuare a' Penitenti, che denunzino, mà bene spesso persuade loro il contrario, e li dà à credere, non esser

ser tenuti à farlo, restando in tal guisa un Sacrilegio per altra via, che de Penitenti resti impenetrabile, e del tutto occulto, & impunito.

A si grave inconveniente volendo N. S. per il suo Santo Zelo provedere, hà risoluto col parere di questi Signori miei Illustrissimi, che nell'avvenire à ciascun Sacerdote Regolare, ò Secolare che sia, quando verrà dall' Ordinario, per essere approvato alle Confessioni, nell'atto stesso d'approvarlo li legga, & intimi la Bolla suddetta di Papa Gregorio, e particolarmente l'ultimo §. di essa *Mandantes omnibus Confessariis, &c.* acciò nel medesimo tempo intendano li Confessori la gravità delle pene proposte à tanto eccesso, e sappiano, che non esortando come devono li Penitenti sollicitati à denuntiare, ò insegnando loro non esser tenuti, havranno da esser gastigati dagl'Ordinarj, ò dagl' Inquisitori. Mà per conto de Confessori già esposti si rimette all'arbitrio di V. S. il modo di far avvertito ogni, e qualunque Confessore, acciò non possa alcuno pretendere ignoranza, & il Sig. Iddio la prosperi sempre, e conservi.

Di Roma li 3. Ottobre 1626. Affezionatiss. per Servirla.

Il Cardinal Mellino.

Decreta Sac Congr. Cardinalium super negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium contra absolventes à casibus Episcopo reservatis.

SAcra Congregatio S. R. E. Cardinalium super negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita justis, & gravibus causis id exigentibus, ac de Sanctissimi D. N. Clementis Papæ VIII. speciali mandato, vivæ vocis oraculo desuper habito, Sacerdotibus omnibus tam Sæcularibus, quàm Regularibus per universam Italiam extra Urbem degentibus, ad confessiones audiendas probatis quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congregationum, etiam Societatis Jesu, & generaliter quarumcumque aliarum, quovis nomine nuncupentur, jubet, & præcipit, ne quis eorum sub prætextu privilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè, scripto, aut vivæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel

ejus

ejus auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, aut Archi-confraternitatibus Sæcularium, aut singularibus personis, seu aliàs quomodocumque sub quibusvis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cujusvis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarũ, alicui cujusvis status, gradus, conditionis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm Sæcularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab ullo ex casibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis, vel aliàs quomodocumque Sedi Apostolicæ reservatis, aut in futurum per Sanctitatem suam, ejusque Successores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reservandis, nec etiam à casibus, quos Ordinarii locorum hactenus reservarunt, vel in posterum sibi reservabunt, ullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum nova, vel speciali Sanctitatis Suæ, aut Successorum suorum, vel Ordinariorum quòad casus ab ipsis tantùm reservatos respectivè impetrata in scriptis licentia Ordinariis locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præsumat: sed, cùm opus fuerit, Pœnitentes ad Superiores, legitimosque Judices suos accedere consulat sub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quàm Sæcularibus excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, aut Beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confessiones, & ad quæcumque officia, Prælaturas, Beneficia in posterum obtinenda ipso facto absque ulla alia declaratione incurrenda: Super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo, possit impertiri; Sanctitas enim Sua (quatenus opus sit) facultates, & concessiones ipsas in hac parte uti cassas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult non obstantibus quibuscumque.

Præterea noverint Poenitentes absolutionem, si quam obtinebunt contra hujusmodi prohibitionem, esse nullius roboris, vel momenti.

Et ne locorum Ordinarii, quibus jus hoc reservandorum casuum competit, plurium, quàm opus sit, reservatione subditis, aut Confessariis in Animarum salute procuranda cooperantibus sint onerosi, monentur omnes, ut paucos, eosque tantùm, quos ad Christianam disciplinam retinendam, animarumque sibi creditarum salutem pro cujusvis Dioecesis Statu, & qualitate necessariò reser-

van-

vandos esse judicaverint, reservent. In quorum fidem &c. Romæ die nona mensis Januarii Anni 1601.

Cùm autem dubia quædam, ac difficultates circa ejusdem Decreti interpretationem, atque observationem emersissent, eadem Congregatio, ne ullus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitativè locus relinquatur, & ut clariùs appareat, in quibus casibus vigore ejusdem Decreti reservatis intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato ejusdem Sanctissimi D. N. Clementis Papæ VIII. similiter vivæ vocis oraculo super ea habito ipsum Decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet, sub ejusdem prohibitione illos tantùm in posterum comprehendi casus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur, ac præterea Violationis Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis fel. record. Gregor. XIV. quæ incipit. *Cum aliàs nulli*, Violationis clausuræ Monialium ad malum finem, Provocantium, & pugnantium in duello juxta Decretum Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionem fel. record. Gregorii XIV. incipien. *Ad tollendum*, Injicientium violentas manus in Clericos juxtà Canonem. *Si quis suadente* 17. *quæst*. 4. ac Juris dispositionem, Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam Confidentiæ Beneficialis, item omnes casus, quos Ordinarii locorum sibi reservarunt, vel in posterum reservabunt. In quibus omnibus jam enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confessiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat dictum Decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere. Ac præterea declarat, eos quidem Sacerdotes tam Sæculares, quàm Regulares, qui aliquo ex privilegiis, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis suffulti fuerint, posse juxta eorum privilegia, indulta, & facultates usu ante idem Decretum receptas, & quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantùm, & non aliàs absolvere à casibus in præsenti declaratione non comprehensis, aliis verò Sacerdotibus hujusmodi privilegia non habentibus nihil de novo concedi. Sed ne locorum Ordinarii, ad quos casuum reservatio spectat, ea in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rursus magnopere admonendos censet, ut non passim, sed, cùm id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantùm, & graviorum criminum absolutionem sibi reservent, quorum reservatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat, & in ædificationem,

non autem in destructionem cedat: ne alioquin, Sacramenti Pœnitentiæ Ministrorum coarctata potestate, Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superfluè reservent casus in Bulla die Coenæ Domini legi consueta contentos, neque alios Sedi Apostolicæ specialiter reservatos. Facultatem verò, & licentiam absolvendi à casibus reservatis, quam in scriptis tantùm concedi permittebatur, etiam sola viva voce concedi posse declarat. Cœterum ne quis Sacerdotum Sæcularium, aut Regularium sub prætextu, quòd per primò dictum Decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus privilegiis derogatum, eidem Decreto sic, ut præfertur, declarato contravenire audeat, Sanctitas Sua Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis omnibus in favorem quorumcunque Ordinum, seu Institutorum Regularium, aut Sacerdotum tam *Sæcularium*, quàm Regularium editis, nec non eorundem Ordinum, seu Institutorum, ac etiam Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum Sæcularium, seu Regularium locorum quorumcumque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Mari magno; seu Bulla Aurea, aut aliàs nuncupatis, eisdem Ordinibus, seu Institutis, ac etiam Ecclesiis, & Monasteriis, & Sæcularibus, seu Regularibus locis, aut personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quòad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogat, contrariis quibuscunque non obstantibus.

Ro-

Romæ die 26. Novembris 1602.

Alexander Card. Floren. Episc. Pranestinus.

Hier. Agucchius Secr.

Aliud Decretum ejusdem Sacræ Congregationis de Sanctissimi Domini Nostri Pauli Papæ V. mandato editum confirmans superius Decretum.

QUoniam Sacra Congregatio Cardinalium negociis Episcoporum, & Regularium præpositorum nuper accepit quamplures Regulares tantum facultatis, seu privilegii ab Apostolica Sede sibi concessum profiteri, ut etiam à casibus locorum Ordinariis in eorum Diœcesibus reservatis absque alia ipsorum Ordinariorum licentia Pœnitentes absolvere minimè dubitent, nonnullosque alios in Decreto prohibitionis absolutionis à casibus Sedi Apostolicæ, vel locorum Ordinariis reservatis die 9 Januarii Anno millesimo sexcentesimo primo fel. record. Clementis Papæ VIII. jussu edito, nec non in declaratione illius eodem Clemente Pontifice jubente die 26. Novembris 1602. promulgata, excommunicationes Sedi, vel Ordinariis prædictis reservatas minimè comprehensas asserere; Unde fit, ut metus, quo homines à peccando coercentur, absolutionis facilitate exolescat. ideo Sacra eadem Congregatio de Sanctissimi Domini Nostri Pauli Papæ V. speciali mandato, vivæ vocis oraculo desuper habito, Decretum hujusmodi, illiusque declarationem, nec non censuras, & pœnas in eis contentas, omnia confirmanda, atque innovanda operæ pretium duxit, prout per præsentes confirmat, atque innovat, ab omnibusque Sacerdotibus tam Sæcularibus, quàm Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, Congregationum, aut cujusvis alterius Instituti, etiam necessariò exprimendi, quovis nomine nuncupetur, inviolabiliter observari voluit; ac insuper, ut nulli ex Sacerdotibus prædictis quibuscumque privilegiis, indultis, & facultatibus suffulti, ab excommunicationibus, vel à casibus eisdem Ordinariis, vel Sedi Apostolicæ reservatis tam ad forum contentiosum eorumdem Ordinariorum deductis, quàm non deductis, præterquam in mortis articulo, absolvere audeant, vel præsumant, vel eorum aliquis audeat, vel

præsumat sub eisdem censuris, & pœnis eo ipso, & absque alia declaratione incurrendis, mandat, ac præcipit. Non obstantibus omnibus, quæ idem Clemens VIII. in Decreto, & declaratione hujusmodi voluit non obstare. Datum Romæ 7. Januarii Anni 1617.

Aliud Decretum super eadem materia.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negociis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præposita censuit per confirmationes privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia per prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à casibus Ordinario loci reservatis; quemadmodum neque indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, ut pote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisivisse ex subsequentibus privilegiorum confirmationibus, ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, et Instituti etiam necessariò exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim privilegiorum, aut confirmationum ejusmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt, posse quemquam absolvere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reservatis; ac si secus egerint, absolutiones nullas, atque irritas fore, & esse; ab aliis verò casibus, & censuris, si quidem Regulares habent à Sede Apostolica absolvendi facultatem, illam extra Italiam minimè sublatam fuisse iisdem Sacræ Congregationis Decretis hac de re editis jussu san. mem. Clementis VIII. Quam Sacræ Congregationis sententiam Sanctitas Sua ad se relatam approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari. Romæ 17. Novembris 1628.

Fr. A. Card. S. Honuphrii.

P. Fagnanus Secret.



Let-

Lettera Circolare della Sacra Congregazione del S. Offizio sopra gli Confessori.

DA' casi di Scandalo &c.

Avendo la Santità di N. Signore osservato quanto per ovviarli sia necessario alli Vescovi l'avere un' attenzione la più precisa in eleggere Persone di proposito a Ministero di tanta importanza; Quindi è, che la Santità Sua col parere di questi miei Eminentissimi Colleghi Signori Cardinali Generali Inquisitori hà stimato bene, ch'io con questa mia Circolare, ne facci a V. S. particolar premura, volendo, che da quì avanti ella con ogni maggior studio, e diligenza procuri, che tali Soggetti non siano Giovani, ma d'età, e d'intelligenza provetti, e ben morigerati, a' quali dovrà strettamente ordinare, che non sentano le Confessioni, massime di Donne avanti il Confessionale, ma da' lati di esso, & in luoghi publici, & esposti a vista di tutti; Persuasa la Santità Sua della bontà, e zelo del suo Carattere, che da Lei verrà in ciò a pieno la Sua mente adempita. Roma 14. di Dicembre 1694.

Lettera della Sacra Congregazione del Concilio sopra i Confessionali, e Confessori scritta all Arcivescovo di Napoli.

Eminentiss. e Reverendiss. Sig. mio Osservandiss.

ESsendosi inteso, che molti Confessionali delle Chiese di cotesta Città, e Diocesi sono posti in luoghi così oscuri, e remoti, che bene spesso possono dare occasione di gravi scandali, & inconvenienti. Mi hanno perciò questi Eminentiss. miei Signori ordinato di scrivere à V. E. che si compiaccia di publicare un' Editto, da osservarsi sotto gravi pene, che li Confessionali nelle Chiese tanto Regolari, quanto Secolari, si tengano in luogo patente, e chiaro, & in conspetto di ogni uno, affinche il Penitente, & il Confessore posşano esser veduti da tutti, e trà l'uno, e l'altro di loro vi sia una Tavola con una sola Feneſtrella ferrata con una piastra di ferro forata, e che in altra maniera non sia lecito di sentire le Confessioni, e che quelle delle Donne non posşano esser sentite nè avanti il nascere, nè dopo il tramontar del Sole. La S. Cong. si persuade certamente, che ella non tralascerà intorno

torno à ciò di fare le parti del suo singolar Zelo, onde io resto con baciare à V. E. humilmente le mani. Roma &c.

Humilifs. & Affezionatifs. Ser.
Francesco Maria Card. Brancaccio.

Instructio Parochorum, & Confessariorum pro Casibus, quorum absolutio, seu dispensatio à Sacra Pœnitentiaria Apostolica impetratur.

CUm sæpè sit experientia compertum, plurimos utriusque sexus Christi fideles, & præcipuè in longinquis degentes, censurarum vinculis, votorum obligationibus, matrimoniorum impedimentis, necnon irregularitatum, & casuum quoquomodo reservatorum ligaminibus adstrictos, ad Sanctam Sedem, ejusque Sacram Pœnitentiariam spectantibus irretitos in illis lachrymosè persistere, & continuis conscientiæ agitationibus laboriosè perdurare, cujus mali causas ex similibus provenire innotuit.

Primò eò quòd Parochi, vel alii, ad quos hujusmodi Pœnitentes recurrere contingit, in Pagis, aut locis ruralibus degunt, & viam, modumque recurrendi ad præfatam Sacram Pœnitentiariam ignorant, nec aliquem hic Romæ agnoscunt, ad quem supplicationes dirigant, unde Pœnitentes perplexos dimittunt; quibus, cùm ad Ordinarium accedendi (foeminis præsertim) verecundia, aut timor aditum intercludat, consilium ulteriùs requirere nescientes, remedium desperant, & in prædictis vinculis, obligationibus, impedimentis, inhabilitatibus, & casibus reservatis, cum periculo damnationis insordescunt.

Secundò evenit, quòd Poenitentes egeni recognitionem pro solicitatione, & labore agentium, Romæ commorantium, exsolvere non valentes, inconsolati, ac conscientiæ moribus concussi, in periculoso statu manere coguntur, & forte [quod pejus est] sibi persuadent, Sacræ Pœnitentiariæ Tribunal aliquid lucri pro litteris prædictis recipere, cùm re vera Sacræ Pœnitentiariæ Ministri, nec aliquid quamvis minimum, nec etiam sponte oblatum unquam recipiant, & gratis omnia exhibentes, singulos ad se recurrentes, serena fronte complectantur.

Tertiò accidit etiam nonnunquam per inadvertentiam exponentium, ut gratiæ juxta exposita obtentæ, irritæ evadant, eò quia

quia casus, & circumstantias necessarias reticeant; unde fit, quòd litterarum executores, casu postea Poenitentium examinato, rem aliter se habere, quàm expressum fuerat, comperiant, & gratias subreptitias, aut obreptitias esse inveniant; Quare Poenitentes confusi remanent, & spe novæ dispensationis se carere putantes, in prædictis vinculis, obligationibus, &c miserabiliter remanent.

Quare gratum Deo, & utile fidelibus futurum esse speratur, si iste modus recurrendi ad ipsam Sacram Poenitentiariam proponatur.

Confessores itaque, cùm Poenitentes vinculis præfatis irretitos ad se accedere contigerit, casuum qualitates, & præfatorum casuum circumstantias considerent, causasque dispensationum, aut commutationum exprimant, & caveant, ne quod occultum est, publicum faciant, præsertim impedimenta occulta Matrimoniorum; nam publica, vel ad publicum redacta, non pertinent ad Sacram Poenitentiariam.

Et sic præfati Confessores, seu Poenitentes, poterunt casus præfatos cum dictis circumstantiis, & causis exponere, sive latino, sive quocumque alio idiomate propriæ regionis; nam Sacra Poenitentiaria suos ex quacumque regione Poenitentiarios subordinatos habet; & exprimant insuper in fine expositionis casus, nomen, cognomen, cui sit à Sacra Poenitentiaria rescribendum, etiam si ipsum nomen, & cognomen sit fictitium. Itemque modum, per quem responsio secura dirigi possit, significando scilicet, vulgari nomine, oppidum, seu civitatem, & regionem, cum data mensis, & anni in hunc modum.

Intùs incipiant Epistolam, seu supplicationem sic.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

N. Mulier emisit votum simplex castitatis, manet in periculo incontinentiæ, nisi nubat: supplicat sibi votum commutari, ad effectum contrahendi Matrimonium.

Terminent Epistolam, seu supplicationem sic.

Dignetur Eminentia Vestra rescribere ad N. N. & exprimant nomen, & cognomen, cui est rescribendum: Ad Civitatem N. exprimendo nomen Civitatis. Per oppidum N. exprimendo vulgari nomi-

nomine, nomen Oppidi. Et dirigere Breve, seu gratiam simplici Confessario Magistro in Theologia, sive Decretorum Doctori, sive Parocho, cui Pœnitens aperuit suam conscientiam, ne ipse Poenitens, & præsertim foeminæ cogantur circumire pro executione gratiæ Sacræ Poenitentiariæ.

Dirigant Epistolam, seu supplicationem scribendo extra, seu à foris in hunc modum.

Eminentissimo, & Reverendissimo Domino, Domino Cardinali Majori Pœnitentiario.

Romam.

Et, si tardaverit responsio, Confessarii rescribant, ne forte sit deperdita, & nunquam desperent Pœnitentes.

Constitutio B. Pii V. in qua præscribitur quid servare debeant Medici in curatione Infirmorum.

Supra Gregem &c.

§. 3. Et hac nostra in perpetuum valitura constitutione, statuimus, & decernimus, quòd omnes Medici, cùm ad Infirmos in lecto jacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, ut idoneo Confessori omnia peccata sua juxta Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ confiteantur, neque tertio die ulteriùs eos visitent, nisi longius tempus infirmo Confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo ejus conscientiam oneramus, concesserit, & eis per fidem Confessoris in scriptis factam constiterit, quòd infirmi, ut præmittitur peccata sua confessi fuerint.

§. 4. Conjunctos verò, ac omnes Familiares, & Domesticos Infirmi in Domino rogamus, & monemus, ut de infirmitate Parochum certiorem faciant, & tàm Parochus, quàm conjuncti, & familiares præfati Infirmum ad Confessionem peccatorum suadeant, & inducant.

§. 5. Quòd si qui Medicorum præmissa nonobservaverint, ultra pœnas in Constitutione felic. record. Innocentii III. contentas, quas incurrere declaramus, perpetuò sint infames, & gradu Medicinæ, quo insigniti erant, omninò priventur, & à Collegio, seu Universitate Medicorum eiiciantur, ac pœna etiam pecuniaria arbitrio

bitrio Ordinariorum, ubi deliquerint, multentur.

§. 6. Et ut hæc omnia inviolabiliter observentur, volumus, & eadem auctoritate præcipimus, & mandamus, ut nullus post hac ubique locorum in Medicina doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas à quovis Collegio, & Universitate concedatur, nisi omnia in præsenti Nostra Constitutione contenta medio eorum juramento coram Notario publico, & Testibus observare, in eorum manibus, vel Ordinarii juraverint, & de hujusmodi juramento in privilegio, seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quòd si Collegia, & Universitates præfatæ non recepto à Promovendis juramento hujusmodi eosdem ad gradum prædictum promoverint, aut eisdem medendi licentiam præstiterint, pœnam privationis facultatis alios ulteriùs doctorandi incurrant.

§. 7. Mandantes in virtute S. Obedientiæ omnibus, & singulis Ven. Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in Civitatibus, & Dioecesibus propriis præsentes Nostras litteras publicari faciant, ac juramentum prædictum à Medicis jam promotis, seu licentiam medendi habentibus omnibus Juris remediis exigatur, neque aliquos ad medendum in Civitatibus, & Diœcesibus prædictis admittant, nisi eis constiterit eosdem Juramentum hujusmodi præstitisse, & contumaces, & jurare, & juramentum hujusmodi jam præstitum exhibere recusantes gradu Medicinæ, & omnibus privilegiis iisdem Medicis, tam conjunctim, quàm divisim eis, & eorum cuilibet concessis per quosuis etiam Romanos Pontifices privent, ac ab ingressu Ecclesiæ arceant, donec resipuerint. Dat. &c. hac die 8. Martii 1566. Pōtificatus An. 1.

Lettera Circolare della Sac. Congr. de Vescovi, e Regolari d'ordine d'Innocenzo XI. sopra l'osservanza di detta Bolla.

IL Paterno Zelo di Nostro Signore, indefessamente applicato a ciò, che può ridondare in Benefizio, e salute de suoi Fedeli, non hà potuto ricevere che con particolar sentimento dell'animo suo le notizie pervenutegli, che in molte Diocesi non viene osservata la disposizione della Costituzione 3. della S. M. del B. Pio V. che comincia *Supra Gregem Dominicum &c.* circa l'amministrazione del Sacramento della Penitenza agl'Infermi, e la precisa proibizione, che hanno li Medici di poter visitare li medesimi dop-

po il terzo giorno, se essi non si saranno Confessati, e l'obbligo, che tengono li Parenti, e Familiari d'avvisare li Parochi delle Infermità de loro Congiunti, e Domestici. Onde volendo Sua Santità rimediare à si pernicioso abuso, ridondante in grave pregiudizio della salute dell' Anime, e del Corpo, mentre dal peccato molte volte derivano l'Infermità Corporali, vuole, & espressamente comanda à tutti gl' Ordinari de luoghi, che facciano esattamente osservare quanto providamente si dispone nella predetta Constituzione della S. M. del B. Pio V. ordinando, che venga ogn'anno publicata, tanto da i Parochi, che da i Predicatori sotto le pene in essa contenute, & altre ad arbitrio della Santità Sua; Resterà per tanto servita di dare esecuzione à questa Santa ordinazione di S. Beatitudine mentre per fine le bacio umilmente le mani.

Roma 30. Settembre 1682. Umilifs. e Devotifs. Ser.

C. Card. Fachenetti.

B. Panciatici Sec.

Declaratio Sac. Congr. Concilii circa facultates Regularium ad audiendas Confessiones Monialium tempore Jubilai.

Eminentifs. & Reverendifs. Domini.

CUm vigore Bullæ super declaratione privilegiorum Regularium nuperrimè emanatorum cautum sit, regulares approbatos ad audiendas sæcularium personarum Confessiones, nequaquàm censeri approbatos ad Confessiones Monialium audiendas; sed egere quò ad hoc speciali approbatione Episcopi.

Quæritur an dicta Declaratio extendatur etiam ad tempus Jubilæi, ex quo putant Moniales sibi permissam electionem cujuscumque Confessarii simpliciter, & absolutè, non specialiter approbati, ideo &c.

Die 3. Octobris 1671. Sacra Congregatio Eminentifs. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum re maturè perpensa Respondit affirmativè.

A Card. Celsus Præf.

Loco † Sigilli.

I. Archiep. Brancaccius Ep. Viterb. Secr.

AD

AD CAPUT XIII.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

Decretum Sac Congr. S. Officii super admixtione Olei non Benedicti Oleo Benedicto pro Extrema Unctione.

Eminentissimi, & Reverendissimi Signori.

DEterminandosi nel Decreto di codesta Sacra Congregazione fatto sotto li 2. Marzo 1679. sopra la condanna di 65. proposizioni, che circa il valore de' Sacramenti non si debba seguire l'opinione probabile, lasciata la più sicura. Et essendo opinione controversa trà Theologi, se per supplire all' Olio Santo, che mancasse, sia lecito aggiungerne del non benedetto in più volte, purche l'aggiunto considerato separatamente, & in ogni aggiunta sia in minor quantità dell'Olio Santo, benche considerate tutte le aggiunte insieme, fosse maggiore, di qui è nato dubbio nella Docesi di Sevilla, nella quale per la sua vastità è impraticabile benedire tant'olio, che basti senza l'aggiunta; se sia lecito fare detta aggiunta all'Olio Santo, per esservi molti Theologi, che tengano l'opinione negativa per più sicura. Onde per haver la resoluzione di tal dubbio, l' Arcivescovo di Sevilla divotissimo Oratore fece porgere all' EE. VV. un memoriale consultivo, nel quale si deducevano le opinioni de Theologi sopra questo punto. Ma non havendo fin'hora havuta la dichiarazione, supplica perciò l' EE. VV. degnarsi di dargliela per sicurezza, e quiete della conscienza propria, e del suo gregge. Usches.

Feria quarta die 23. Septembris 1682. in Generali Congregatione S. Officii habita in Conventu S. Mariæ super Minerva coram Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis. Lecto supradicto memoriali, Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinales Inquisitores prædicti decreverunt in casu proposito, *Posse*.

Franciscus Riccardus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

AD CAPUT XIV.

De Sacramento Ordinis.

Lettera della Sac. Congr. sopra i Vescovi, e Regolari intorno agli Esercizj Spirituali da farsi dagli Ordinandi, e dalle Monache.

LA Santità di N. Signore, che con Paterna sollecitudine riflette del continuo a tutti quei mezzi, che possono contribuire alla maggior sicurezza della salute dell' Anime, conoscendo co'l suo Santo Zelo, quanto sia necessario un precedente devoto raccoglimento di spirito per degnamente prepararsi, tanto alli promovendi al ricevimento degl' Ordini, quanto rispetto alle Spose di Christo, al vestire l'abito, e professare lo stato Religioso, vuole, e comanda, che tutti li promovendi a gl' Ordini Sacri debbano per dieci giorni continui avanti l'Ordinazione, ritirarsi a fare gl' Esercizj Spirituali nell' istessa conformità prescritta alli Promovendi in Roma *nella Cost.* 126. della S. M. d' Alessandro VII. che comincia *Apostolica solicitudo &c.* e che parimente tutte quelle, che vorranno farsi Monache in qualsivoglia Monastero, benche soggetto a Regolari, siano tenute fare li detti Esercizi per dieci giorni avanti, che ricevano l'abito, e siano ammesse al Novitiato, e che parimente li medemi Esercizj si debbano ripetere per l'istesso spazio di dieci giorni, avanti, che siano ammesse alla Professione, alla quale la Santità Sua comanda, che non debbano essere ricevute, se prima non havranno adempita questa Santa preparazione. Desidera in oltre Sua Beatitudine, che si procuri con tutte le diligenze possibili, e con modi soavi, e discreti, che ancora tutte le Monache Professe una volta l'anno almeno per qualche tempo, che si stimerà opportuno, facciano li medesimi Esercizi per la rinovazione dello Spirito tanto necessaria à chi, con essersi rinchiusa ne Sacri Chiostri, deve professare lo stato di perfezione si compiacerà per tanto V. E. di dare Esecuzione à comando si Santo di S. Beatitudine, mentre per fine le baccio umilmente le mani.

Umiliss. e Devotiss. Ser.
C. Card. Facchenetti.
B. Panciatici Sec.

Literæ Circulares Sac. Congr. Concilii super Patrimonio Ordinandorum.

ET si Sacri Concilii Tridentini Decreto *cap.* 2. *sess.* 21. *de ref.* caveatur, nè quis Clericus Sæcularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate ad Sacros Ordines promoveatur, nisi priùs legitimè constet, eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate Ecclesiarum suarum, temporis tamen cursu animadversum est, nonnullos Episcopos, ab hac ordinandi norma absque ullo discrimine deflexisse, passim quoscumque ad Patrimonii titulum ad Sacrum Ministerium admittendo, quantum ex hoc jacturæ in Ecclesiastica disciplina acceptum fuerit, manifestum est. Quare Sanctiss. D. N. suo Insigni Zelo malis hujusmodi providè obviaturus prædictæ dispositionis exactissimam observantiam in Urbe in primis instauravit, deindeque per hasce circulares litteras Ordinariis omnibus S. Trid. Decretum in memoriam reduci mandavit, quatenus omnes illud Sanctè custodiant, sciantque non aliter quem ordinandum ad titulum Patrimonii, vel Pensionis, nisi cùm Ecclesiæ necessitas, vel commoditas ità exigat, qua in re prudens Ordinarii, timoratumque Judicium versari debebit, Em. igitur Vestra Sanctitatis Suæ exemplo, & mandato sese conformare non gravabitur; Et E. V. manus humillimè deosculor. Romæ 13. Maii 1679.

Em. V.

Humillimus, & Addictiss. Ser.
F. Card. Columna Præf.
S. Archiep. Brancaccius Sec.

Decreta Congregationis ab Innoc. XII. specialiter deputatæ super moderatione Indultorum suscipiendi ordines extra tempora à Jure Statuta.

SAnctissimus Dominus Noster Innocentius Papa XII. pro pastorali suo in commissum sibi Gregem Dominicum zelo, ac tuendæ Disciplinæ Ecclesiasticæ studio prospicere volens, ne In-

dulta

dulta suscipiendi extra Tempora à Jure statuta Ordines nimis facilè concedantur, Congregationi particulari EE. DD. Cardinalium Carpinei, Casanatis, Marescotti, Colloredi, Panciatici, & Albani, nec non Illustrissimorum DD. Sperelli, Ciampini, Sacripantis, meique Secretarii infrascripti specialiter deputatæ expendendas commisit Causas, ex quibus præfata Indulta tribui solent, ut Sanctitati Suæ referri posset, quæ ratio deinceps ineunda, modusque adhibendus videretur in concessione similium Indultorum.

Quæ quidem Congregatio in ædibus præfati Eminentissimi Carpinei die 10. Novembris, atque iterum 7. Decembris Anni currentis habita, re maturè discussa, censuit Indulta hujusmodi, si Sanctissimo placuerit, concedi posse ex Causis infrascriptis, videlicet.

Ut quis Beneficio, vi cujus arctatur ad Presbyteralem Ordinem suscipiendum, vel alteri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel Capellaniæ ad vitam sibi concessæ per seipsum inservire possit. *Ob penuriam Sacerdotum in illis partibus, vel in Monasterio pro Regularibus.* Ob solatium Patris, vel Matris, dummodo quinquaginta ætatis annos excedant, & Orator saltem per triennium in Clericali habitu honestè, & laudabiliter vixerit. Item concedi posse censuit eadem Indulta Referendariis utriusque Signaturæ, Familiaribus Summi Pontificis, Canonicis Cathedralis, vel etiam Collegiatæ Ecclesiæ, eorumque Coadiutoribus, Magistris, seu etiam Baccalaureis in Sacra Theologia; Doctoribus utriusque, vel saltem Canonici Juris, seu Licentiatis, dummodo singulos præfatos Gradus in publica, & approbata Universitate obtinuerint; Iis etiam, qui saltem per triennium sedulam Theologiæ studiis operam navaverint, ac tandem vigesimum sextum ætatis annum excedentibus, per triennium in Clericali habitu honestè, & laudabiliter vixerint.

E contra censuit non expedire, ut eadem Indulta concedantur ex eo, quòd quis Diaconus, Subdiaconus, Litterarum Apostolicarum Scriptor sit, seu Magister in Artibus, Nobilis, aut Præsens in Curia, vel quòd Philosophiæ cursum absolverit, aut alicui Ecclesiæ adscriptus fuerit, ad cujus servitii titulum ex Apostolico Indulto Clerici ordinari possunt, aut Onus Missarum, non tamen ex Beneficio Ecclesiastico proveniens, habere se doceat.

Insuper censuit Indulta hujusmodi deneganda esse iis, qui aliqua

qua Dispensatione indigent impedimenti ex eorum delicto provenientis, & Sede Episcopali vacante infra annum à die vacationis minimè danda iis, qui Beneficii Ecclesiastici recepti, seu recipiendi occasione arctati non fuerint.

Item nunquam concedenda pro Festivis diebus continuis, sed semper pro interpolatis aliquo temporis spatio arbitrio Episcopi definiendo.

Denique censuit Episcopos omnes, ac etiam Apostolicos Nuncios, & Legatos Litteris in forma Brevis circularibus admonendos, decrevisse Sanctitatem suam Indulta prædicta non ita passim, sed ex certis tantùm, legitimisque causis concedere, nec Episcopos ad eorum executionem astringere, sed illam semper ipsorum arbitrio, onerata eorumdem conscientia, relinquere. Item per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quempiam ad Patrimonii titulum, nisi ad normam Concilii Trid. sess. 21. cap. 2. Eos verò omnes, qui ab Apostolica Sede facultates obtinent conferendi Ordines extra tempora, vel aliis respectivè tribuendi licentiam, ut conferant, maximè cavere debere, ne præscriptos sibi in iisdem facultatibus limites cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu transgrediantur.

Hæc autem omnia, & singula suprascripta Decreta, audita ex me integra eorum relatione, SS. D. N. laudavit, & approbavit, ac tàm in Dataria, & Secretaria Brevium, quàm à cæteris omnibus Ministris, & Officialibus Curiæ, ad quos pertinet, perpetuò, & inviolabiliter servari mandavit, sublata omnibus quacumque facultate prædicta Indulta aliter, quàm ad formam eorumdem Decretorum in posterùm expediendi. Hac die 14. Dec. 1693.

Carolus Augustinus Fabronus Secret.

Constitutio 44. *Innocentii XII. qua plura declarantur, ac præscribuntur pro tollendis abusibus, & fraudibus circa Ordinationes alienorum Subditorum.*

SPeculatores Domus Israel, quæ est Sancta Dei Ecclesia, per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam constituti, eò potissimùm ab ipsis Pontificatus Nostri primordiis Pastoralis vigilantiæ

tiæ Nostræ studia convertenda esse duximus, ut, qui in sortem Domini vocantur, sacrisque addicuntur ministeriis, quippe quos irreprehensibiles esse convenit, ut præesse valeant corrigendis, ac in quos tanquam in speculum reliqui oculos coniiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur, tales sint, qui dignè possint Dominica Sacramenta tractare, ac ædificent cunctos tam fidei scientia, quàm operum disciplina.

Sanè hoc inito consilio, non alios, quantum fieri potest, quàm qui in sanctitate, & justitia per ordinatissimos Ecclesiasticæ Militiæ gradus statis intervallis ambulaverint, ac piè, & fideliter in ministeriis anteactis se gesserint, ad Sacerdotium assumi, sacrasque ordinationes, juxtà priscum Ecclesiæ morem, præscriptis à jure temporibus orationi, & jejunio consecratis, haberi cupientes, severiorem quamdam in concedendis Indultis suscipiendi sacros Ordines extrà tempora hujusmodi, & interstitiis ad id designatis minimè servatis, ultrò Nobis proposuimus adhibendam rationem; qua videlicet servata, ante meritum laboris, ante tempus examinis, ante experientiam disciplinæ, Sacerdotalis honor non probatis minimè tribuatur, nec unquam heri sacrilegi, hodiè Sacerdotes, heri profani, hodiè sacrorum Antistites, veteres vitio, virtute rudes, & recentes, discipuli simul, ac Magistri pietatis creentur; sed ii tantùm, juxta constitutas à Majoribus Leges, ab humili gradu fidelis Populi ad sacratum administrationum sublimitatem promoveantur, qui post mutatum habitum sæcularem diuturna conversatione inter Clericos fuerint comprobati, ac multo tempore didicerint quæ postmodùm alios docere tenentur; Cæterùm per ea ipsa Indulta, quæ super præmissis parciùs quidem, ac ex certis tantùm, & magis rationabilibus causis concedere decrevimus, contraria quavis illorum interpretatione penitus improbata, salutarem illam, quam sacri Generalis Tridentini Concilii Decreta de non ordinandis ad patrimonii titulum, nisi illis, quos Episcopi pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum assumendos judicaverint, præscribunt disciplinam, nequaquam relaxatam intelligi; quinimò nec unquam ad Indulta hujusmodi exequenda Episcopos ipsos arctare, sed illorum executionem arbitrio semper eorumdem Episcoporum, quorum conscientias hac in re strictissimè oneratas volumus, prorsus relinquere declaravimus; sperantes in Domino eos, qui, juxta Apostoli monitum, nemini

nemini citò manus imponendas esse, probè norunt, sibi, & universo gregi attendentes, in quo eos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, reverenda ipsis Spiritibus Angelicis ministeria ab Hominibus sine consideratione apprehendi nunquam permissuros, nec temerè præripi passuros, quæ vita probata dumtaxat accipere promeretur. Omnes insuper, & singulos cujuscumque tandem gradus, Ordinis, & Dignitatis fuerint, quibus ex hujus Sanctæ Sedis gratia sacros Ordines præfatos extra eadem tempora conferendi, vel aliis, ut illos sic conferre valeant, indulgendi potestas fieri consuevit, cùm divinos Ordines largiri districti semper esse judicii oporteat, seriò monitos volumus, ut præscriptos sibi desuper in suis quique facultatibus terminos religiosè custodiant, nec eos cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu ullatenus transgrediantur.

Verùm quò impensius Apostolicæ gubernationis curam, & cogitationes in hæc intendimus, eò majori cum animi Nostri dolore ex quamplurium Venerabilium Fratrum Nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum in diversis Regionibus existentium delatis ad Nos querelis accepimus, graviora quotidiè malignari inimicum in Sancto, sacrilega scilicet illorum impudentia in dies crescente, qui propriæ salutis immemores, Clericales Ordines sibi forsan à propriis Præsulibus denegatos, seu quos, aliquibus canonicis sibi obstantibus impedimentis, denegari meritò verentur, ab alienis Episcopis, non quæ JESU Christi, sed eas, quæ ad ipsos non pertinent, Oves in animarum suarum perniciem quærentibus, nec tot Canonicas damnationes contra usurpantes alienæ Plebis hominem latas perhorrescentibus, absque suorum Prælatorum commeatu, hoc est Dimissoriis, Commendatitiisve eorum literis destituti, quinimò eis insciis, & sæpe etiam invitis, sub minùs legitimis Beneficii Ecclesiastici, Originis, Domicilii, seu etiam Familiaritatis, ac continuæ Ordinantium Episcoporum commensalitatis quæsitis titulis, in sacrarum legum fraudem, & contemptum, illegitimè suscipiunt, atque ita non intrantes per ostium, & nihilominus Tabernaculum Dominicum macula inhabitare non dubitantes, sacrificium in sacrilegium convertunt; judicium absque misericordia sibi consciscunt, Deoque minimè placentes, & tamen placare velle præsumentes, non modò eum non placant, sed ma-

gis irritant, dum videntur in cordibus suis dicere: non requiret.

Hinc est quòd Nos ex commissæ Nobis divinitùs Apostolicæ servitutis munere, abusus, fraudes, ac scandala hujusmodi penitus, & omninò è medio tollere, ac irreligiosam contrafacientium audaciam, quantum Nobis ex alto conceditur, compescere, & reprimere volentes, nec non fel. rec. Urbani VIII. contra malè ordinatos, quæ incipit: Secretis, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, ac etiam Conciliaribus hac in re editis Constitutionibus, & Ordinationibus inhærentes, illasque quòad ea, quæ præsentibus non adversantur, quatenùs opus sit, innovantes; de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini Interpretum, qui quæcumque antehac super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita decreta, declarationes, seu responsa ad earumdem præsentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ad Omnipotentis Dei Gloriam, Ecclesiæ utilitatem, veteris disciplinæ instaurationem, totiusque Christiani Populi ædificationem, hac generali Nostra, & perpetuò valitura Constitutione decernimus, & declaramus: Nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, licere exterum quempiam, ac sibi ratione Originis, seu Domicilii, juxta modum inferiùs declarandum, legitimè contracti non Subditum ad Clericalem tonsuram promovere, cujusvis Beneficii Ecclesiastici ei statim ac tonsura hujusmodi insignitus fuerit conferendi, seu ad quod is à Patronis præsentatus, seu nominatus fuerit, prætextu, etiamsi Beneficium prædictum de novo ea expresè adiecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediatè post Clericalem characterem susceptum ad illud instituatur; Præterà Clericum, qui legitimè jam à proprio Episcopo ad eamdem Clericalem tonsuram, seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Diœcesi obtenti ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem Testimoniales literas proprii Episcopi tam Originis, quàm Domicilii super suis Natalibus, ætate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo Ordinanti in actis illius Curiæ conservandas exhibuerit.

Licet

Licèt verò Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Diœcesi obtenti subjici dicatur Jurisdictioni illius Episcopi, in cujus Diœcesi Beneficium hujusmodi situm est, eam tamen de cætero hac in re inconcussè servari volumus Regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit reditus, ut ad congruam vitæ sustentationem sive juxta Taxam Synodalem, sive, ea deficiente, juxta morem Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudque ab Ordinando pacificè possideatur, sublata quacumque facultate supplendi, quod deficeret fructibus ejusdem Beneficii cum adiectione Patrimonii etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu alia quavis Diœcesi obtineret; ac Episcopus sic Ordinans tam de prædictis Testimonialibus Literis, quàm de reditu Beneficii hujusmodi expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit.

Cæterùm Subditus ratione Originis is tantùm sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodò tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus Patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantùm, & naturalis Patris origo erit attendenda. Quòd si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti, sicut præmittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci literas Testimoniales, ut supra, obtinere, illasque Episcopo Ordinanti per eum in collatorum Ordinum Testimonio similiter recensendas præsentare teneatur.

At si Pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tandiu, ac eo animo permanserit, ut inibi verè Domicilium de Iure contraxerit, tunc non origo Patris, sed Domicilium per Patrem legitimè, ut præfertur, contractum pro Ordinatione ejusdem filii attendi debeat.

Subditus autem ratione Domicilii ad effectum suscipiendi Ordines is dumtaxat censeatur, qui, licèt alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum

ſuorum partem cum inſtructis Ædibus in locum hujuſmodi transferendo, ibique inſuper per aliquod conſiderabile tempus commorando, ſatis ſuperque ſuum perpetuò ibidem permanendi animum demonſtraverit; & nihilominus ulteriùs utroque caſu ſe verè, & realiter animum hujuſmodi habere jurejurando affirmet. Si quis tamen à propriæ originis loco in ea ætate diſceſſerit, qua potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii ſuæ originis teſtimoniales literas, ut ſupra, afferre debebit, ac de illis expreſſa ſimiliter mentio in ſuſceptorum Ordinum literis facienda erit.

Ad hæc nullus Epiſcopus alienæ Diœceſis Subditum Familiarem ſuum ad aliquos Sacros, ſeu Minores Ordines, vel etiam primam tonſuram promovere, ſeu ordinare præſumat abſque ejus proprii, originis ſcilicet, ſeu Domicilii Prælati Teſtimonialibus literis, ut ſupra, & niſi ad præſcriptum Concilii Tridentini prætati ſeſſ. xxiii. cap. 9 De Reform. Familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in ſuo actuali ſervitio ſecum retinuerit, ac ſuis ſumptibus aluerit; Beneficium inſuper, quod ei ad vitam ſuſtentandam, juxta modum ſuperiùs præfinitum, ſufficiat, quacumque fraude ceſſante, ſtatim, hoc eſt ſaltem intra terminum unius menſis à die factæ ordinationis, re ipſa illi conferat, ac in Ordinationis hujuſmodi Teſtimonio expreſſam itidem familiaritatis, ac literarum prædictarum mentionem facere teneatur.

Porrò, ut quicumque fraudibus aditus omninò præcludatur, volumus, & Apoſtolica Authoritate ſtatuimus, atque decernimus, ut Epiſcopus quilibet ſuos ratione Originis, ſive Domicilii Subditos Clericos quoſcumque ab alienis Epiſcopis quavis authoritate, etiam cum ſuis Commendatitiis literis promotos, nedum ad formam Concilii Tridentini ſupradicti ſeſſ. xiv. cap. 3. De Reformat. quòad ſcientiam examinare valeat, verùm etiam Ordinum eis collatorum teſtimoniales litteras, gratis tamen, recognoſcere, ac diligenter perquirere an quòad illos præſentis Conſtitutionis forma, & diſpoſitio adimpleta fuerit, aſſignato ſic promotis termino competenti ei magis beneviſo ad docendum de ejuſmodi adimplemento, ita ut quos eo termino elapſo id minimè præſtitiſſe compererit, à ſuſceptorum Ordinum exercitio, ſi ita, & quamdiu ei expedire videbitur, ſuſpendere, illiſque, ne in Altari, aut in aliquo Ordine miniſtrent, interdicere poſſit.

Ita

Ita verò præmissa omnia, & singula perpetuò, ac inviolabiliter observari, atque adimpleri volumus, ut si quid in iisdem præmissis, seu eorum aliquo secus fiat, Ordinans quidem à Collatione Ordinum per annum, Ordinatus verò à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravioribus pœnis pro modo culpæ Nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque subiaceat.

Decernentes pariter easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existère, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè, & inviolabiliter observa i. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros; Sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique judicari, & definiri debere; Ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, in genere, vel in specie, seu aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata,

eisdem

eisdem præsentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Pridie Nonas Novembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

B. Cad. Prodatarius. I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco † Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, die sexta mensis Novembris Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papæ XII. Anno Quarto. Supradicta Litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Ecclesiæ S. Io. Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Thomam Orlandum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Francifcus Antonius Simonellus Mag. Curs.

Litera Circularis de mandato Sanctiss. Domini Nostri D. Clem. XI. *super assumendis ad Ordines.*

PErIlluſtris, & Reverendiss. Domine uti Fr. Sacrorum Canonum, Conciliique Tridentini provida dispositione statutum est, ut ad Militiam Clericalem non omnes passim admittantur, sed ii dumtaxat, de quibus probabilis spes sit hoc vitæ genus eligere, non rerum humanarum cupiditate, non Sæcularis Judicii effugendi causa, sed animo præstandi Deo in meliori statu famulatum; Subindeque ad majores ordines non promoveantur, nisi quos scientia, jam acquisita commendet, & morum probitas altiori gradu dignos

dignos ostendat; Verùm experimento ipso compertum est ex hujusmodi Canonicarum, sanctionum inobservantia, indiscretisque promotionibus, & ordinationibus multa exoriri mala, quæ Ecclesiasticam disciplinam enervant, & corrumpunt; cùm ex confusa multitudine Clericorum sine delectu, sine peritia, & sæpiùs sub collusivo Patrimonio Ordinatorum, nonnulli mendicare cogantur, alii sordidis se immisceant negociis, aut in ipsis Missarum Eleemosynis quoddam veluti mercimonium exerceant, non sine gravi scandalo Fidelium, apud quos se faciunt contemptibiles; Et si autem Sanctissimo Domino Nostro satis innotescat Ampl. Tuam Sacrarum Constitutionum vigilem esse Custodem, attamen pro eo, quo Sanctitas Sua tenetur erga Disciplinæ Ecclesiasticæ incrementum solicito, fervidoque studio eamdem Ampl. Tuam hisce litteris moneri voluit, quatenus in assumendis ad Militiam Clericalem, eòque magis in promovendis ad Majores Ordines, Canonum, Conciliorum, Apostolicarumque Constitutionum laudabilibus Decretis adamussim servatis debitum adhibeat delectum, mores, doctrinam, in Ecclesiasticis functionibus peritiam, Beneficii, seu Patrimonii sufficientiam, & veritatem diligentissimè examinet, illos non promoveat, de quibus dubitari possit ad Clericatum aspirare, ut sæcularem effugiant Jurisdictionem, neque plures, quàm istius Ecclesiæ necessitas exigat, vel suadeat utilitas. Ita exequetur Ampl. Tua, cui omnia fausta precamur à Deo.

Romæ Prima Aprilis 1702.

Ampl. Tuæ. *Uti Fr. Stud.*
B. Card Panciaticus Præf.

S. D. Thomasus Epis. Cyren. S. C C. Sec.

§. *Decimo d' altra Lettera Circolare d' ordine della Santità di N. Sig. Clemente* XI. *del di* 16. *Marzo* 1703.

§. Decimo. Per ultimo non potendosi negare, che il gran numero degli Ecclesiastici, non diminuisca molto la stima della Dignità Sacerdotale presso del Popolo, mentre non scorge in molti di loro quella prerogativa di merito, che corrisponde al grado, perciò V.S. vada molto circospetta nel conferire gli ordini, ricordevole dell' ammonizione dell' Apostolo - *Manus cito nemini impo-*

impofueris, neque communicaveris peccatis alienis: guardandofi dall' ammettere nel Clero alcuno, come avverte San Leone, *ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante experientiam difciplinæ*, e rigettando affolutamente, e con petto forte coloro, che non per vero defiderio di fervire al Signore Iddio, ma per umani intereffi, e rifpetti vogliono intruderfi nel Santuario del Signore. Offervi perciò efattamente quel tanto, che in quefta materia fi difpone da' Sacri Canoni, e fpecialmente dal Sacro Concilio di Trento, e procuri di fare fcelta di Miniftri idonei, e ben forniti di pietà, e di dottrina; Poichè fe ben quefti fon pochi: *melius eft* (come fi legge ne' Sacri Canoni, e fi comprova colla efperienza) *Domini Sacerdotium paucos habere Miniftros, qui poffint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus grave ordinatori addicant.*

Decretum Clem. VIII. pro Regularibus Ordinandis.

DE mandato S. D. N. Clementis Divina providentia Papæ Octavi tenore præfentium mandatur omnibus, & fingulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cætero obfervent, & obfervari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congr. Conc. Trid. continentur, cujus tenor eft talis.

Congregatio Conc. cenfuit Superiores Regulares poffe fuo fubdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requifitis ordines fufcipere voluerit, litteras dimifforias concedere: ad Epifcopum tamen Diœcefanum nempe illius Monafterii in cujus familia ab iis, ad quos pertinet is Regularis pofitus fuerit, & fi Diœcefanus abfuerit, vel non effet habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Epifcopum, dum tamen ab eo Epifcopo, qui ordines contulerit, examinentur quòad doctrinam, & dum ipfi Regulares non diftulerint de induftria conceffionem dimifforiarũ in id tempus, quo Epifcopus Diœcefanus, vel abfuturus, vel nullas habiturus effet Ordinationes. Verùm cùm à Superioribus Regularibus Epifcopo Diœcefano abfente, vel ordinationes non habente literæ dimifforiæ dabuntur, in eis utique hujufmodi caufam abfentiæ Diœcefani Epifcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam effe. Quod qui non fecerint, officii, & dignitatis feu adminiftrationis, ac vocis activæ, & paffivæ privationis, ac alias arbitrio

bitrio ejusdem S. D. N. Papæ reservatas pœnas incurrent. In quorum, &c. Dat. Romæ, die 15. Martii, Ann. 1596.

AD CAPUT XV.

De Sacramento Matrimonii.

Instructio Sac. Congr. Univers. Inquisitionis pro examine Testium, qui inducuntur pro contrahendis Matrimoniis.

Feria 5. Die 21. Augusti 1670.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram SS. D. N. D. Clemente Divina Providentia Papa X. ac Eminentissimis, & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus, in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, à S. Sede Apost. specialiter deputatis.

CUm aliàs per Sacram Congregationem S. Officii iteratis instructionibus ab eadem emanatis de anno 1665., locorumque Ordinariis transmissis, provisum fuerit, ut præscriptis interrogatoriis faciendis Testibus, qui ad probandum statum liberum contrahentium matrimonium inducuntur, omnis prorsus secluderetur aditus iis, qui adhuc vivente altero conjuge, aut aliàs impediti, ad secunda illicita vota transire satagebant. Videns nihilominus SS. D. N. quamplures locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, & deputatos ad excipiendas testium depositiones, necnon parochos, & notarios in casibus expressis, aut omittere, aut non observare earundem instructionum tenorem, &, licèt aliquando plenè observent, non tamen interrogare Testes super aliis impedimentis dirimentibus.

Ideo volens Sanctitas Sua prædictis malis occurere, re maturè considerata cum Eminentiss, & Reverendiss. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, præsenti Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterum injungit omnibus Vicariis, seu deputatis pro examinandis testibus ad probandum statum liberum contrahentium matrimonium, necnon Parochis, Notariis, & quibuscun-

cumque aliis respectivè, sub pœnis etiam gravibus corporalibus, arbitrio Sacræ Congregationis, ut instructionem infrascriptam ad unguem observent.

Ut autem præsens Decretum, & instructio ad omnium notitiam faciliùs deveniant, decrevit, illa ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatio S. Officii ejusdem Urbis, per aliquem ex Cursoribus Sanctitatis Suæ publicari, ac eorum exempla ibidem affixa relinqui; illaque sic publicata, omnes, & singulos, quos concernunt, post duos menses, à die publicationis in Urbe faciendæ numerandos, perinde afficere, & arctare, ac si illorum unicuique personaliter notificata, & intimata fuissent.

Instructio, pro examine illorum Testium, qui inducuntur pro contrahendis Matrimoniis, tam in Curia Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Urbis Vicarii, quàm in aliis Curiis cæterorum Ordinariorum.

IN primis Testis moneatur de gravitate juramenti, in hoc præsertim negotio pertimescendi, in quo Divina simul, & humana majestas læditur, ob rei, de qua tractatur importantiam, & gravitatem, & quòd imminet pœna triremium, & fustigationis deponenti falsum.

2. Interrogetur de nomine, cognomine, patria, ætate, exercitio, & habitatione.

3. An sit civis, vel exterus; &, quatenus sit exterus, quanto tempore est in loco, in quo testis ipse deponit.

4. An ad examen accesserit sponte, vel requisitus; si dixerit accessisse sponte à nemine requisitum, dimittatur, quia præsumitur mendax; si verò dixerit accessisse requisitum, interrogetur à quo, vel à quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, & quoties fuerit requisitus, & an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes.

5. Interrogetur, an sibi, pro hoc testimonio ferendo, fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum nomine.

6. Interrogetur, an cognoscat ipsos contrahere volentes, & à quanto tempore, in quo loco, qua occasione, & cujus qualitatis, vel conditionis existant.

Si ref-

Si responderit negativè, testis dimittatur; si verò affirmativè.

7. Interrogetur, an contrahere volentes sint cives, vel exteri; si responderit esse exteros, supersedeatur in licentia contrahendi, donec per literas Ordinarii ipsorum contrahere volentium, doceatur de eorum libero statu, de eo tempore, quo permanserunt in sua civitate, vel Diœcesi. Ad probandum verò eorundem contrahere volentium statum liberum pro reliquo temporis spatio, scilicet, usque ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur testes idonei, qui legitimè, & concludenter deponant statum liberum contrahere volentium, & reddant sufficientem rationem causæ eorum scientiæ, absque eo, quòd teneantur deferre attestationes Ordinariorum locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt.

Si verò responderit, contrahere volentes esse cives.

8. Interrogetur, sub qua Parochia hactenus contrahere volentes habitarunt, vel habitent de præsenti.

9. Item, an ipse Testis sciat, aliquem ex prædictis contrahere volentibus quandoque habuisse uxorem, vel maritum, aut professum fuisse in aliqua Religione approbata, vel suscepisse aliquem ex Ordinibus Sacris, Subdiaconatum scilicet, Diaconatum, vel Presbyteratum, vel habere aliud impedimentum, ex quo non possit contrahi Matrimonium.

Si Testis responderit, non habuisse uxorem, vel maritum, neque aliud impedimentum, ut supra.

10. Interrogetur de causa scientiæ, & an sit possibile, quòd aliquis ex illis habuerit uxorem, vel maritum, aut aliud impedimentum, &c. & quod ipse Testis nesciat.

Si responderit affirmativè, supersedeatur, nisi ex aliis Testibus probetur concludenter non habuisse uxorem, vel maritum; neque ullum aliud impedimentum, &c.

Si verò responderit negativè.

11. Interrogetur de causa scientiæ; ex qua deinde Judex colligere poterit, an Testi sit danda fides.

Si responderit, contrahere volentes habuisse uxorem, vel maritum, sed esse mortuos.

12. Interrogetur de loco, & tempore, quo sunt mortui, & quomodo ipse Testis sciat, fuisse conjuges, & nunc esse mortuos. Et, si respondeat, mortuos fuisse in aliquo Hospitali, vel vidisse se-

pelliri in certa Ecclesia, vel occasione militiæ sepultos fuisse à militibus, non detur licentia contrahendi, nisi priùs recepto testimonio authentico à Rectore Hospitalis, in quo prædicti decesserunt, vel à Rectore Ecclesiæ, in qua humata fuerunt eorum cadavera, vel si fieri potest, à Duce illius Cohortis, in qua descriptus erat miles. Si tamen hujusmodi testimonia haberi non possunt, Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quæ de jure communi possunt admitti, dummodo sint legitimæ, & sufficientes.

13. Interrogetur, an, Post mortem dicti Coniugis defuncti, aliquis ex prædictis contrahere volentibus transierit ad secunda vota.

Si responderit negativè.

14. Interrogetur, an esse possit, quòd aliquis ex illis transierit ad secunda vota, absque eo, quòd ipse testis sciat.

Si responderit affirmativè, supersedeatur in licentia, donec producantur Testes, per quos negativa coarctetur concludenter.

Si verò negativè.

15. Interrogetur de causa scientiæ; qua perpensa, Judex poterit judicare, an sit concedenda licentia, nec ne.

Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fides Ordinariorum suorum, esse liberos; & in aliis, servata forma Concilii Tridentini in cap. Multi, sess. 24.

Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, nisi sint munita sigillo, & legalitate Episcopi Ordinarii, & recognita saltem per Testes, qui habeant notam manum, & sigillum; & attentè consideretur, quòd fides, seu testimonia benè, & concludenter identificent personas, de quibus agitur.

Pro Testibus in hac materia recipiantur magis consanguinei, quàm extranei, quia præsumuntur meliùs informati; & cives magis, quàm exteri; nec admittantur homines vagi, & milites, nisi data causa, & maturo consilio; & Notarius exactè describat personam Testis, quem si cognoscit, utatur clausula, MIHI BENE COGNITUS; sin minùs, examen non recipiat, nisi unà cum persona Testis aliqua alia compareat cognita Notario, & quæ attestetur de nomine, & cognomine ipsius Testis, nec non de idoneitate ejusdem ad testimonium ferendum. Et hujusmodi examinibus debet interesse in Urbe ultra Notarium, Officialis specialirer deputan-

putandus ab Eminentissimo Vicario, & extra Urbem, vel Vicarius Episcopi, vel aliqua alia persona insignis, & idonea ab Episcopo specialiter deputanda: aliàs puniatur Notarius arbitrio Sac. Congregationis, & Ordinarius non permittat fieri publicationes.

Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diœcesibus existentibus, ut pro Matrimoniis cum exteris contrahendis, non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Generali Vicario priùs teneantur fidem authenticam reportare, quod pro tali Matrimonio fuerunt examinati Testes in eorum Tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium, &c.

Contravenientes autem severè punientur.

Franciscus Riccardus S. Rom. & Univers. Inquisit. Not.

Loco ✠ Sigilli.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1670. Indictione 8. die verò 30 mensis Augusti Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papæ X. Anno Primo Supradict. Decretum, affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apost. Cancellariæ Apostol. & in Acie Campi Floræ de de Urbe, ac Palatio S. Officii ejusdem Urbis per me Petrum Paulum Desiderium, ejusdem Sanctiss. Inquisitionis Cursorem.

Dubia aliquot circa exterorum Matrimonia cum Responsionibus S. Congregationis.

ORdines ultimo loco ab Urbe emanati, circa Matrimonia cum exteris contrahenda, inter alia disponunt, quòd Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diœcesib. existentibus, ut pro matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Generali Vicario priùs teneantur fidem authenticam reportare, quòd pro tali matrimonio fuerint examinati testes in eorum tribunali, qui probent statum liberum contrahere volentium.

1. Quæritur, an illi ex Diœcesibus circumvicinis, & ipsi teneantur

antur tales probationes facere, an verò sufficiat fides denunciationum in eorum Diœcesibus factarum cum legalitate Ordinarii, & probatio eorum status post discessum ab ipsa Diœcesi.

Hujusmodi habentur pro exteris, & consequenter tenentur probationes facere.

2. Item, an contrahere volentes, in confinibus eorum Diœcesis habitantes, &, ob vicinitatem, ab eorum Rectoribus cogniti, teneantur easdem facere probationes, an verò sufficiant publicationes ab ipsis Rectoribus faciendæ.

Etiam isti tenentur facere probationes.

3. An easdem teneantur facere probationes ii, qui ante ætatem nubilem à propria Diœcesi discedentes, ad aliam se contulerunt, & in ea postmodum semper habitaverunt.

Non tenentur, quia non fuerunt extra Diœcesim tempore habili ad contrahendum.

4. An in Civitate, in qua milites Hispani, Teutonici, Alemani, & aliarum longinquarum regionum residere solent, idem cum ipsis sit servandum, vel sufficiat probationes in ipsa Civitate recipere de eorum statu à testibus ipsarum regionum de negotio edoctis.

Tenentur facere probationes, juxta formam instructionis, quia isti faciliùs committunt Polygamiam.

5 An, facta per Parochum monitione Ordinario contrahere volentis, fides status ejusdem sit ab eodem Parocho, vel à contrahere volente reportanda.

Tenetur fidem reportare, & Parocho consignare is, qui vult matrimonium contrahere, sed est in libertate Parochi hujusmodi onus in se assumere.

6. An eædem probationes sint servandæ in casu necessitatis, & ab existentibus in articulo mortis sic contrahere volentibus.

Non sunt servandæ in articulo mortis, intra quem scilicet probabiliter non adsit tempus sufficiens faciendi diligentias: cum hoc etiam, quòd si infirmus forte convaluerit, debeant fieri diligentiæ, juxta instructionem, antequam simul conveniant.

7. An requiratur attestatio proprii Ordinarii pro exteris, qui, per decem annos, & ultra, domicilium acquisierunt in loco, ubi sunt matrimonium contracturi, si eorum status liber probetur per testes fide dignos tam originis, quàm domicilii.

Requiritur.

8. An

8. An requiratur dicta atteſtatio pro illis exteris, qui unicam, vel plures duxerunt, & è contra, ſi mortuæ fuerint in loco, ubi iterum matrimonium contrahere deſiderant, ac ampliùs poſt mortem à dicto loco non diſceſſerunt.

Requiritur pariter.

AD CAPUT XVI.

De Sacris Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum.

Decretum Generale de Reliquiis inſignibus.

CUm Sac. Rituum Congregationi innotuerit, quamplures abuſus irrepſiſſe circa recitationem Officii, ſub prætextu Decreti ab eadem Congregatione evulgati de anno 1630 & in Breviario Romano impreſſi, in quo permittitur poſſe in Eccleſia recitari Officia, & Miſſas celebrari de illis Sanctis, quorum Corpora, aut Reliquiæ inſignes in ea aſſervantur: Eminentiſſimi Patres eidem Sac. Congregationi Præpoſiti iiſdem abuſibus evellendis præcipuè intenti, inhærendo Decretis aliàs in ſimilibus editis, declararunt prædicta Officia Sanctorum ratione Corporis, ſeu inſignis Reliquiæ recitanda, intelligi debere de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano deſcriptis, & dummodò conſtet de identitate Corporis, ſeu Reliquiæ inſignis illiuſmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano deſcriptus. De cæteris autem Sanctis in prædicto Martyrologio non deſcriptis, aut quibus à Sancta Sede non fuit ſpecialiter conceſſum, Officia recitari, & Miſſas celebrari vetuerunt, non obſtante, quòd ipſorum Corpora, vel inſignes Reliquiæ in Eccleſiis aſſerventur: Quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatis, debitam Fidelium venerationem [prout hactenus ſervatum eſt] exhibendam eſſe cenſuerunt, ſed abſque Officio, & Miſſa, ſub pœnis de non ſatisfaciendo præcepto recitandi Officium, aliiſque in Conſtitutione B. Pii V. contentis die 11. Auguſti 1691.

Et facta de prædictis Sanctiſſimo per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua hujuſmodi Decretum approbavit, ac ut debitæ exequutioni demandetur, locorum Ordinariis injungendum eſſe præcepit die 19. Octobris ejuſdem anni 1691.

Decla-

Declaratio ejusdem Sac. Congregationis.

PEtitum fuit à Sac. Rituum Congregatione declarari, An Episcopus possit statuere diem Dominicam ad Celebrandum Festum alicujus Sancti Martyris, de quo asservetur Reliquia insignis in Ecclesia. Et an Tibia sit Reliquia insignis? Et Sac. Congreg. Respondit Quòad primum Negativè, imò neque posse de eo celebrari Officium, & Missam in die ipsa Martyrii, vel obitus, nisi Reliquia sit de Sancto descripto in Martyrologio Romano, & constet de identitate Reliquiæ ejusdem Sancti. Ad secundum pariter Negativè juxta Rubricas in Missali, & Breviario Romano impressas. Die 3. Junii 1662.

Ita reperitur in Registris Congregationis Sac. Rituum in quorum fidem &c. Hac die 31. Maii 1681.

Bernardinus Casalius Sec.

Constitutio Urbani VIII. circa formam, & habitum Sacrarū Imaginum.

SAcrosancta Tridentina Synodus optimè agnoscens non leve scandalum afferre posse, si quid inordinatum, aut præposterè accomodatum, vel profanum in Ecclesiis appareat, statuit nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia etiam quomodolibet exempta ullam insolitam Imaginem ponere, vel ponendam curare, nisi ab Episcopo approbata fuerit.

§. 1. Cùm autem sicut accepimus ex prædicti Decreti inobservantia varii abusus irrepserint. Idcirco Nos abusus hujusmodi tollere pro debito Pastoralis Officii Nostri volentes, re etiam cum Ven. Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus præpositis communicata, & maturè considerata, & discussa inhærendo d. dispositioni Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi motu proprio, & ex certa scientia Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ne quis cujuscunque gradus, qualitatis, ordinis, status, vel conditionis, ac dignitatis, & præeminentiæ etiam Ecclesiasticæ, etiam individua, ac speciali expressione dignæ existat, Imagines Domini Nostri Jesu Christi, & Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum quorumcunque sculpere, aut pingere, vel sculpi, aut

aut pingi facere, aut ante hàc sculptas, aut pictas, aut aliàs quomodolibet effictas tenere, seu publico aspectui exponere, aut vestire cum alio habitu, & forma, quàm in Catholica, & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consuevit, nec etiam cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis tenore præsentium prohibemus, ac ut Imagines aliter pictæ, vel sculptæ ab Ecclesiis, & aliis locis, quibuslibet amoveantur, vel deleantur, vel reducantur, & reformentur ad habitum, & formam in Ecclesia Catholica, & Apostolica ab aliquo tempore consuetam, ut veneratio, & cultus sic dd. Imaginibus augeatur, & quæ oculis fidelium subiiciuntur non inordinata nec insolita appareant, sed devotionem pariant, & pietatem. Et nè exponantur in Ecclesiis quibuslibet, ac quomodolibet qualificatis, & earum Frontispiciis, & Atriis imagines profanæ, vel aliàs indecentiam, & inhonestatem præseferentes, cum Domum Dei deceat Sanctitudo, præcipimus. Quò circa quibuscumque Ven. Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, ac Nostris, & Apostolicæ Sedis Nunciis ac Legatis etiam de Latere sub ostentatione Divini Judicii mandamus, ut prædicta inviolabiliter, & exactè observent. Mandantes insuper omnibus Capitulis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & majorum, ac Universitatibus, etiam Studiorum, Monasteriis, ac Collegiis, & personis quibuscunque etiam Ecclesiis Sæcularibus, & Regularibus cujuscunque Ordinis etiam Cistercien. Instituti, Congregationis, & Societatis etiam Jesu, etiam Militibus, etiam Hospitalis S. Joannis Hyerosolimitani, aliarumque militiarum, & cæteris quibuscumque quomodolibet qualificatis, ac eadem individua expressione, & speciali nota dignis, ac Monialibus etiam Regularibus Gubernio subiectis, & etiam Sedi Apostolicæ immediatè suppositis, ut in eorum Ecclesiis, & locis omnia, & singula præmissa observent, & observari faciant.

§. 2. Quatenus verò ipsi præsertim Regulares, & Moniales præsentibus litteris, ac omnibus in eis contentis parere neglexerint, possint, & debeant Episcopi, & locorum Ordinarii, Metropolitani, Primates, Patriarchæ, Nuncii, & Legati Apostolici de Latere missi, tamquam in hoc à Sede Apostolica specialiter delegati contra omnes, & singulos prædictos, & quoscumque alios quomodolibet inobedientes, & transgressores procedere, & quacumque appellatione, recursu, reclamatione, aliisque Iuris, & facti

remediis ordinariis, & extraordinariis penitus, & omnino remotis ad omnimodam observantiam illos prævia unica monitione, censuris Ecclesiasticis, & aliis eorum arbitrio, & præsertim quò ad loci Superiores, etiam privationis officii, & vocis activæ, & passivæ pœnis compellere &c. Non obstantibus &c.

Datum &c. hac die 15. Martii anno 1642. Pontificatus Nostri 19.

AD CAPUT XVII.

De Festorum observatione.

Cadit hic §. cum verò 7. Constitut. Pii V. Cum primum Apostolatus, quæ habetur supra ad Tit. de Blasphem.

§. Secondo della Lettera Circolare d' ordine di N. Sig. Clemente XI. del dì 16. Marzo 1703.

§. Secondo. Vuole, che V. S. invigili singolarmente alla Santificazione delle Feste, con fare intendere al Popolo, quanto grave torto si faccia alla Maestà del Signor Iddio, impiegando quei giorni riservati specialmente al suo onore, in opere non solamente servili, ma quel ch'è peggio, peccaminose: Procuri dunque di far ben riflettere al Popolo, che le dette opere servili sono vietate ne' giorni festivi, non perchè si stia in ozio, ma affinchè ci sia maggior tempo, e commodità di frequentar le Chiese, di assistere agli Ofizj Divini, di ascoltar la Divina parola, di ristorar le Anime colle Orazioni, e Santi Sagramenti, e coll' esercizio d'altre opere di pietà, ed in somma d'attendere più di proposito all' unico, ed importantissimo negozio dell' eterna salute, secondo il detto dell' Apostolo: *Rogamus vos, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis.* Dal che si vede quanto sia disdicevole l'abuso pur troppo frequente di quelli, che non si vergognano d'impiegare i giorni consacrati a Dio in traffichi, giuochi, crapule, amoreggiamenti, ed altre vanità mondane. Onde pare, che le Feste ormai siano rese oggetto d'abominazione al Signor Iddio, secondo l'espressione terribile, che ne fa per il suo Profeta -- *Odi, & proieci festivitates vestras, & non capiam odorem cætuum vestrorum*; Anzi si muove giustamente da simili profa-

profanazioni l'ira Divina a mandar publici flagelli di Guerre, Inondazioni, Terremoti, Pestilenze, e simili, dichiarandosi lo stesso Dio -- *Sabbata mea violaverunt vehementer; dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos, & consumerem eos.*

Constitutio 154. *Urbani VIII. quod non sit jejunandum in Vigilia S. Joannis Baptistæ quando contingit in die Solemnitatis Corporis Christi.*

CUm evenire quandoque possit, ut vigilia S. Joannis Baptistæ in diem festum Solemnitatis Sanctissimi Corporis Domini Nostri Jesu Christi incidat.

§. 1. Nos attendentes diem festum hujusmodi, quo tanti Sacramenti institutio summa totius populi Christiani lætitia recolitur, è principalibus anni festivitatibus existere, propterea de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio deinceps perpetuis futuris temporibus, quoties Vigiliam prædictam in dictum diem festum Solemnitatis Sanctissimi Corporis Domini Nostri Jesu Christi incidere contigerit, non esse jejunandum, neque à carnibus abstinendum in die festo hujusmodi, sed antecedenti, nempe feria quarta, prout jejunaretur in ipsa Vigilia, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, & ordinamus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem &c.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Octobris 1638. Pont. Nostri Anno 16.

Decretum Generale super Translatione Festi Annunciationis B. M. Virginis.

CUm Sabatho Sancto proxime futuro occurat Festum Annunciationis B. M. V. dubitatum fuit, an debeant celebrari Missæ privatæ ad effectum, ut Christifideles commodè satisfacere possint præcepto audiendi Missam. Et Sacrorum Rituum Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Coloredi re maturè perpensa censuit prædictum Festum Annuncia-

tionis unà cum præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus in Ecclesia Universali transferri debere ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, protractis omnibus aliis Festis, quæ non sunt altioris ritus ad aliam diem juxtà rubricas Breviarii Romani. Celebrationem quoque Missarum d. die Sabathi Sancti omninò prohibendam in quibuscunque Ecclesiis, & Oratoriis privatis, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, & unicam Missam Conventualem unà cum officio ejusdem Sabathi Sancti celebrandam fore præcepit, si Sanctissimo D. N. placuerit hac die 11. Februarii 1690.

Et facto de prædictis per me Secretarium Verbo cum Sanctissimo Sanctitas Sua benignè annuit, sensum Sacræ Congregationis approbavit, ac præsens Decretum edi, & imprimi mandavit, hac die 12. Februarii 1690.

A. Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli. *Laur. Fliscbus Sec.*

Aliud Decretum super idem.

SAcrorum Rituum Congregatio ad tollenda dubia exorta super celebratione Festi Sanctissimæ Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis in Feria 6. in Parasceve, vel in Sabatho Sancto occurrentis declarando Decretum editum die 11. Februarii prædicti, decrevit Festum Annunciationis in casu proposito unà cum præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus in Ecclesia Universali transferri debere ad Feriam secundam post Dominicam in Albis etiam quocunque alio Festo impeditam, itaut eadem Feria prædicto casu eveniente perpetuis futuris temporibus pro Sede propria, & fixa memorato Festo Annunciationis assignata, & stabilita intelligatur, & in illa eo prorsus modo, & forma præfatum Festum quòad officium, & Missam celebretur, quibus propria die 25. Martii in Kalendario Romano appositum celebraretur protractis ad aliam diem non impeditam juxtà Rubricas Breviarii Romani omnibus aliis Festis in eadem Feria occurrentibus, quæ non sint altioris ritus. Ac ita declaravit, & si Sanctissimo placuerit servari præcepit.

Firmo in reliquis remanente prædicto Decreto edito die 11. Februarii nempe quòd in Sabatho Sancto celebrationes Missarum pri-

privatarum omnino prohibeantur in quibuscunque Ecclesiis, & Oratoriis privatis, non obstante quacunque contraria consuetudine, & unica tantùm Missa Conventualis, unà cum Officio ejusdem Sabathi Sancti celebretur. Die 11. Martii 1690.

Et facta de prædictis Sanctissimo per me Secretarium relatione Sanctitas Sua annuit, prædictamque declarationem laudavit, & approbavit, ac præsens Decretum imprimi, & evulgari mandavit die 11. Martii 1690.

A. Episcopo Ostiensi Card Cybo.

Loco ✠ Sigilli. *Laur. Fliscbus Sec.*

Aliud Decretum super eadem festivitate occurrente in Majori Hebdomada.

ET si secundùm regulas Breviarii Romani cùm plura Festa æqualia in ritu transferenda sunt, unum ante aliud transferri debeat eo ordine, quo erant celebranda propriis diebus; attamen quia anno 1690. ab hac Sacrorum Rituum Congregatione, approbante, & mandante fel. rec. Alexandro Papa VIII. specialis prærogativa concessa fuit translatione Festi Annunciationis B Mariæ Virginis Matris D i, incidentis in Feriam sextam Parasceve, vel Sabbathum Sanctum: idcirco eadem Sacr. Rituum Congregatio istiusmodi novis Decretis inhærens, ob specialem reverentiam Dominicæ Incarnationis, speciali hoc privilegio decorandum censuit idem Festum Annunciationis: nimirùm, ut quotiescunque post hàc contigerit Festum prædictum, etiam quòad solum Officium post Octavas Paschæ transferri, in eodem cæteris semper festis æqualis ritus præponatur, licèt temporis ordine illis sit in Kalendario posterius: Et ita servari mandavit die 14. Junii 1692.

A Episc. Ostien Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli. *I. Vallemanus Sac. Rit. Cong. Sec.*

Decretum Generale de festivitate S. Joseph occurreute in Feria V. Majoris Hebdomadæ.

CUm anno proximè venturo occurat Festum S. Josephi in feria v. majoris hebdomadæ, exortum fuit dubium attenta-

uni-

universali consuetudine Ecclesiæ celebrandi eo die unam tantùm Missam, an unà cum Officio ipsius S. Josephi transferri debeat anno prædicto etiam obligatio audiendi Missam, ac vacandi ab operibus servilibus; Dubioque hujusmodi in Sacrorum Rituum Congregatione proposito, eadem Congregatio ad relationem Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Alban. re maturè discussa censuit Officium tranferendum esse ad aliam diem juxtà Rubricas Breviarii Romani, & decreta ipsius Congregationis: cæterùm præceptum audiendi Missam, & vacandi ab operibus prædictis non esse transferendum, sed servandum esse in prædicta feria v. Majoris hebdomadæ; adeoque per Ordinarios locorum accuratè providendum, ut eo die aliquæ quidem Missæ privatæ ante celebrationem solitæ Missæ Conventualis celebrandæ pro præcepti adimplemento non desint, sed tamen propterea antiquus mos Communionis Cleri in Missa solemni ejus diei, quo Ecclesia Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti institutionem, & memoriam recolit, summa religione hactenus detentus, nullatenus omittatur, & ita declaravit, ac decretum hujusmodi publicari, & imprimi mandavit. Die xiij. Septembris 1692.

A. Episc. Ostien. Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli.

I. Vallemanus Sac. Rit. Cong. Sec.

Decretum de non anticipanda Vigilia S. Mathiæ ratione Carnis privii.

Quæsitum fuit, à Sacrorum Rituum Congregatione declarari; An Vigilia S. Matthiæ Apostoli, occurrens hoc anno in Feria tertia post Dominicam Quinquagesimæ, possit ratione carnis privii anticipari cum jejunio. Et eadem Sac. Congregatio respondit, negativè, & jejunium prædicta Feria tertia omnino servandum. Die 23. Januarii 1694.

A. Cardinalis Cybo.

Loco ✠ Sigilli.

B. Inghiraminus Sac. Rit. Cong. Sec.

Decre-

Decretum super electione Sanctorum in Patronos a Sac. Rit. Congr. de mandato S. D. N. Urbani VIII.

Emanatum die 23. Martii 1630.

SAcr. Rituum Congregatio annuente Sanctiss. D. N. in Electione Patronorum mandavit infrascripta in posterùm servari debere, declarans, quòd aliter facta electio, nulla sit ipso jure.

Primò, quòd eligi possint in Patronos ii solum, qui ab Ecclesia universali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificatorum dumtaxat.

Secundò quòd de Patrono Civitatis electio fieri debeat per secreta suffragia à populo mediante consilio generali illius Civitatis, vel loci, non autem ab Officialibus solùm, & quòd accedere debeat consensus Episcopi, & Cleri illius loci.

Idemque servari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per secreta suffragia à populo singularium Civitatum Provinciæ.

Et quòd Repræsentantibus Regnum, Civitatem, vel Provinciam, nullæ competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulteriùs interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum Civitatum.

Et Tertiò, quòd causæ electionis novorum Patronorum debeant in S. Congregatione deduci, & ab ea examinari, ac demum causa cognita ab eadem Congregatione approbari, & confirmari.

Et ne præmissorum ignorantia ullo unquam tempore possit allegari, eadem Sac. Rit. Congr. supradictum Decretum imprimi, & publicari mandavit.

AD CAPUT XVIII.

De Indulgentiis.

Decretum Sacræ Congregationis circa validitatem Indulgentiarum.

CUm à S. Cong. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita Cameracensis Archiepiscopus quæsivisset, quæ vis, & Sententia clausulæ, quæ hodie Brevibus Indulgentiarum apponi solet [*volumus*

mus autem, ut si aliàs Christi Fidelibus d. Ecclesiam qualibet anni die visitantibus aliqua alia indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit, præsentes litteræ nullæ sint] *S.* Cong. re diligentiùs examinata, clausulam sic explicandam censuit, si videbitur Sanctiss. D. N ea minimè contineri Altaria Privilegiata pro Defunctis, neque Indulgentias, aut certo personarum generi concessas, ut Confraternitati, Regularibus, & Capitulo, aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus, ut Litanias, aliasve hujusmodi preces recitantibus, ac iis, qui Christiana Doctrina erudiuntur, & qui Sanctiss. Eucharistiæ Sacramenti expositioni, cùm Orationi quadraginta horarum intersunt, neque Stationum Urbis, & septem Altarium Indulgentias instar septem Altarium Basilicæ Vaticanæ concessas, neque demum, quæ pro unica vice conceduntur; cæterùm si alia Indulgentia, sive Plenaria, sive non Plenaria, in perpetuùm, vel ad tempus tùm ab eodem, tùm ab alio Romano Pontifice generatim Christi Fidelibus Ecclesiam, vel aliquod ejus Altare, seu Cappellam visitantibus eodem anni die, vel diverso concessa fuerit, de qua non fiat in litteris Apostolicis mentio, has litteras ob adiectam clausulam esse prorsus irritas, ac nullas. Datum die 23. Junii 1676.

De his autem facta relatione ad Sanctiss. D. N die 18. Martii 1677. Sententiam Congregationis approbavit.

C. Cardinalis Maximus.

Loco ✠ Sigilli. *Michael Angelus Riccius Sec.*

Decretum Sac. Congr. super Indulgentiis quòad ingressum in Claustra Regularium.

PRoposito Dubio: An verba Pontificii Brevis concedentis Indulgentiam omnibus utriusque sexus Christifidelibus, Cappellam intra Claustra Regularium sitam visitantibus, sic accipi possint, ut compræhendant Cappellam in ipso Dormitorio constructam Sac. Congr. respondit, minimè illam comprahendere, nullamque tribui facultatem Mulieribus ingrediendi Claustra.

Datum Romæ die 2. Maii 1679.

A. Card. Homodeus.
Michael Angelus Riccius Sec.

Consti-

Constitutio 176. Alex. VII. quò ad Missas de Requiem celebrandas in Altari Privilegiato.

CReditæ Nobis cælitùs dispensationis officium salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentes, quamplurima dubia in diversis mundi partibus orta, & in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum deducta, occasione decreti ejusdem Congregationis, die 5. Augusti 1662. editi, ac à Nobis approbati, de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus, tollere, atque dirimere cupientes.

§. 1. De memoratorum Cardinalium consilio, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus in primis aliud Decretum prædictæ Congregationis editum in una Novariensi, die 22. Novembris 1664. quo declaratum fuit, Anniversaria, & Missas cantatas de Requiem relictas ex dispositione Testatorum, quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingentis, non comprehendi in dicto Decreto.

§. 2 Ulteriùs quòad Altaria perpetuò privilegiata, & in quibus proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandæ sint Missæ de Requiem ex obligatione, auctoritate, & tenore prædictis declaramus, per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri dictis obligationibus, & suffragari cùm eisdem Indulgentiis, perinde ac si essent celebratæ Missæ de Requiem ad formam privilegiorum: salva tamen semper in præmissis auctoritate suprad. Congregationis.

§ 3. Decernentes easdem præsentes litteras &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Januar. 1667. Pontificatus Nostri An. duodecimo.

Constitutio 39. Clem. IX. qua extenditur supradicta Constitutio Alex. VII.

CUm felic. rec. Alexander Papa VII. Prædecessor Noster dubia in diversis mundi partibus, occasione Decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die 5 Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis Defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, aliud ejusdem

Congregationis Decretum in una Novarienſi, die 22. Novembris 1664. editum approbaverit, quo declaratum fuerat, Anniverſaria, & Miſſas Defunctorum cùm cantu ex diſpoſitione Teſtatorum quotannis recurrente ipſorum obitus die celebrandas, tametſi dies obitus hujuſmodi in feſtum ritus duplicis majoris incideret, non comprehendi in primodicto Decreto.

§. 1. Ac ulteriùs quòad Altaria privilegio Apoſtolico pro Animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in feſtis ritus duplicis, celebrandæ eſſent Miſſæ Defunctorum ex obligatione, declaraverit per celebrationem Miſſarum de feſto currenti ſatisfieri injunctis obligationibus, & indulgentias per ejuſmodi privilegia Apoſtolica conceſſas Animabus Fidelium Defunctorum in Purgatorio exiſtentibus ſuffragari perinde, ac ſi celebratæ fuiſſent Miſſæ Defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, & aliàs prout in ejuſdem Alexandri Prædeceſſoris litteris deſuper in ſimili forma Brevis, die 22. Ianuarii 1667. expeditis, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 2. Cumque [ſicut ad aures noſtras pervenit] etiam dubitetur, utrum dictarum litterarum diſpoſitio quòad Altaria pariter quidem privilegiata, ſed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Miſſæ non ex obligatione, ſed ex ſola fidelium devotione celebrantur, locum habeat.

§. 3. Hinc eſt, quòd Nos dubitationes hujuſmodi ex injunctæ Nobis cælitùs paſtoralis ſolicitudinis munere dirimere pariter, atque decidere cupientes de Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum, qui rem maturè perpenderunt, conſilio, declarationem à memorato Alexandro Prædeceſſore, ſicut præmittitur editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, ſed ad ſeptennium, ſeu aliud brevius, vel longius tempus ac non in omnibus, ſed aliquo, vel aliquibus tantùm hebdommadæ diebus, nunc & in futurum quandocumque privilegiata, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium extendimus. Et proinde, ut Miſſæ, quæ ibidem de feſto currenti, in quo Miſſæ Defunctorum celebrari non poſſint, ſive ex obligatione, ſive ex ſola fidelium devotione celebrantur, ſuffragentur, ita ut animæ Chriſti fidelium, pro quibus celebratæ fuerint, Indulgentias per privilegia hujuſmodi conceſſas conſequantur in omnibus,

&

& per omnia, perinde ac si Missæ Defunctorum ad formam eorundem privilegiorum celebratæ fuissent, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

§. 4. Decernentes pariter easdem præsentes litteras &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 23. Septemb. 1667. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Declaratio prædictarum Constitutionum Innocentii XI.

ALias postquam fel. rec. Alexander PP. VII. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 22. Januarii MDCLXVII. expeditas litteras dubia in diversis Mundi partibus occasione Decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die quinta Augusti MDCLXII. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis Defunctorum in festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, inter cætera quòad Altaria Privilegio Apostolico pro animabus Fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in festis ritus duplicis celebrandæ fuissent Missæ Defunctorum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obligationibus, & indulgentias, per ejusmodi privilegia Apostolica, concessas animabus Fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratæ fuissent Missæ Defunctorum ad formam dictorum privilegiorum: rec. mem. Clemens Papa IX. pariter Prædecessor Noster aliam subinde ortam dubitationem, utrum, scilicet, dictarum Alexandri Prædecessoris litterarum dispositio quòad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrarentur, locum haberet, similiter tollere desiderans declarationem à memorato Alexandro Prædecessore, sicut præmittitur, editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantùm hebdomadæ diebus, tunc, & in futurum quandocunque privilegiata, auctoritate Apostolica extendit, & proinde ut Missæ, quæ ibidem de Festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possent, sive ex obli-

obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrandæ essent, suffragarentur, ita ut animæ Christi fidelium pro quibus celebrarentur, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas consequerentur in omnibus, & per omnia, perindè ac si Missæ Defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratæ fuissent, eadem auctoritate concessit, & indulsit, & aliàs prout in ipsius Clementis Prædecessoris litteris etiam in forma Brevis die 23. Septembris MDCLXIX. desuper expeditis, quarum, & præfatarum Alexandri Prædecessoris litterarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberiùs continetur. Cum autem postmodum sicut accepimus, novum circa præmissa excitatum fuerit dubium, videlicet, an supradictæ Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes sibi pariter locum vindicarent etiam in diebus Dominicis, & infra Octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, aliisque anni diebus, quibus, licèt à festo duplici non impediantur, adhuc tamen Missæ Defunctorum juxtà ritum, & morem Ecclesiæ celebrari nequeunt, quatenus nimirùm Missæ, quas iisdem diebus celebrare licet, servata cæteròqui dictorum privilegiorum forma, ad præfata Altaria privilegiata celebrarentur. Nosque dubium hujusmodi Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Eccl. Card. Sac. Ritibus Præpositorum examinandum commiserimus, ac ead. Card. Congr. re maturè discussa, nuper per suum Decretum die 3. Aprilis proximè præteriti editum, præfatas Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus juxtà Rubricas Missæ Defunctorum celebrari non possunt, responderit. Hinc est, quòd Nos, ex commissæ Nobis cælitùs dispensationis munere, Fidelium Defunctorum animarum in Purgatorio existentium suffragiis pleniùs consulere cupientes, Decretum hujusmodi à memorata Card. Congr editum, ut præfertur, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, Salva tamen semper in præmissis auctoritate suprad. Congr. Card. Decernentes &c.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die quarta Maii, Millesimo, sexcentesimo, octuagesimo octavo, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

I. F. Albanus.

De-

Decretum Sac. Congr. quò ad Indulgentias quibus fruuntur Sanctissimi Sacramenti Confraternitates canonicè erectæ.

LIcèt S. M. Paulus Papa III. per binas suas Constitutiones concesserit ut Sanctiss. Corporis Christi Confraternitates omnes, & singulæ ubivis locorum institutæ, ac instituendæ iisdem Privilegiis, concessionibus, Indulgentiis, gratiis, & indultis, quæ Confraternitati Sanctiss. Sacramenti in Ecclesia S. Mariæ super Minervam de Urbe erectæ largitus fuerat, ac in posterum largiretur uti, potiri, & gaudere possent, ac deberent, qui tamen per nonnullas Apostolicas Constitutiones, & Ordinationes, quæ deinceps emanarunt, præsertim verò per Sanct. Memoriæ Clementis VIII. Constitutionem de Aggregationibus editam facultates, & Indulgentiæ, tam supradictæ S. Mariæ de Minerva, quàm cæteris omnibus Confraternitatibus ante concessæ, aut abrogatæ, aut saltem moderatæ comperiuntur, aliaque hoc de genere Decreta sunt, in quibus in dubium revocari posse videtur, an hujusmodi Pauli III. concessiones pristinum suum robur adhuc retineant.

Cong. Eminentiss. & Reverendiss. S. R. E. Cardinalium Indulgentiis sacrisque Reliquiis Præfectorum, optans summoperè Sacratissimi Sacramenti venerationem, & cultum in dies magis augeri, & ob eam causam hujusmodi Societatem in omnibus Ecclesiis Parochialibus erigi, atque ad id Christi fideles præcipuis gratiis excitari, speciali ordine habito vivæ vocis oraculo à Sanctiss. D. N. Clemente Papa X. fel. rec. Pauli V. vestigiis inhærente; Decernit, ac declarat juxtà easdem Pauli III. Constitutiones, Confraternitates omnes, & singulas Sanctiss. Corporis Christi, ubique Terrarum hactenus Apostolica auctoritate erectas, aut post hàc erigendas, absque nova, aut peculiari alia concessione, communicatione, vel aggregatione fore, & esse debere participes quorumcunque Privilegiorum, concessionum, Indulgentiarum, facultatum, gratiarum, & indultorum ab eodem Paulo V. Archiconfraternitati Sanctiss. Sacramenti de Minerva per Breve datum Romæ apud S. Petrum die 3. Novembris 1606. nominatim, & expressè concessorum, ac in posterum à Sede Apostolica concedendorum, illisque omnibus, & singulis uti, potiri, gaudere posse, ac debere statim atque Confraternitatum earumdem erectio Apostolica, vel ordi-

ordinaria auctoritate facta fuerit, servata tamen in reliquis omnibus prædicta Clementis VIII. Constitutione; Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis de Indulgentiis ad instar non concedendis, nec aliis contrariis quibuscumque.

Datum Romæ die 23. Aprilis 1676.

C. Cardinalis Maximus.

Loco ✠ Sigilli. *Michael Angelus Riccius Sec.*

AD CAPUT XIX.

De Sacrosanctis Ecclesiis.

Cadunt hic §. Ut igitur, Constitut. Cum primùm Apostolatus Pii V. quæ superius habetur ad caput de Blasphem Et Litera Circularis de mandato SS. D N. D. Clem. XI quæ dabitur in par. 3. Addition. inter Edicta singulis Annis per Parochos publicanda; quibus debitus honor ac veneratio Ecclesiis injungitur.

§. Primieramente d'altra Lettera Circolare, e sopra più volte enunciata dalla Santità di N. Sig del di 16. Marzo 1703.

Primieramente ricorda la Santità sua a V. S. l'esatta osservanza di quanto con altra simile Lettera Circolare le fu già prescritto intorno alla venerazione, e rispetto dovuto alle Chiese, sopra di che per molto, che già si fosse fatto, ò si fosse detto a tenore della Lettera suddetta, non però si farà mai fatto, nè detto a bastanza; tanto più, che il vederli presentemente porre in uso dalla Maestà Divina quei gastighi, co' quali la medesima suole specialmente punire l'irriverenza alle Chiese, fa manifestamente conoscere quant'oltre si fosse avanzato l'inconveniente predetto.

Resolutio Sac. Congr. Concilii super restauratione Ecclesiarum.

IN Cathacen. 16. Decembris 1634. S. Cong. Concilii censuit, ad refectionem Ecclesiarum cogendos esse earundem Ecclesiarum Parochialium Rectores, quòd si redditus ipsarum Parochialium non sufficerent, Episcopum Juris remediis juxtà formam *cap. 7. Sess. 21.* ipsos Parochianos cogere debere.

Alia

Alia Declaratio super idem.

IN Castri Durantis 2. Junii 1595. Cong. Concilii censuit scribendum ad Abbatem, ut domum pro necessaria Parochi habitatione curet ædificari ex fructibus, & proventibus quibuscunque ad Parochialem ipsam pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, patronos si qui sint, vel alios qui fructus aliquos ex dicta Parochiali percipiant, & in eorum defectum Parochianos dictis remediis opportunis compellat, quemadmodum de Instauratione Parochialium Ecclesiarum cavetur Decreto Concilii *cap. 7. sess. 21.* quod Congr. declaravit habere locum etiam in refectione, vel ædificatione domus necessariæ ad Parochi habitationem.

Declaratio Sac. Congr. Concilii super Oratoriis Regularium.

IN quadam Domo rurali sita in loco, in quo plures degunt habitatores, & adest etiam Ecclesia Parochialis, commoratur unus Sacerdos Regularis qui præest administrationi, & culturæ bonorum Conventus in dicto loco existentium. Cum autem dictus Regularis, licèt reluctante Ordinario loci prætendat in d. Domo Missam celebrare, fretus opinione nonnullorum Auctorum, præsertim Regularium, affirmantium à S. Concilio Trid. nunquam derogatum fuisse Privilegiis concessis Regularibus habendi Oratoria in Grangiis Conventuum, recreationi, vel Bonorum administrationi destinatis, dubitari contingit.

An dictus Sacerdos Regularis absque peculiari Sedis Apostolicæ Indulto possit in d. Domo celebrare.

Sacra Congregatio die 1. Martii 1687. respondit negativè.

Declaratio ejusdem Sac. Congr. Super Oratoriis Privatis. In Placentina 14. Novembris 1676.

COngregatio Concilii censuit si Cappella sit constructa in loco, ad quem omnibus patet aditus, nec habeat aditum, seu prospectum ullum in privatas ædes, d. q. Scipio publico Instrumento se obliget semitam, qua itur ad Cappellam cuicunque liberam in

per-

perpetuum servare, atque illius Dominio, ac Iuri renunciet, Decreto de privatis Oratoriis hac de re edito non comprehendi, ibique de licentia Ordinarii posse Missas celebrari. *Tom.* 13 *Decr. p.* 117.

Similis Declaratio in Lusitana 16. *Martii* 1652.

Congregatio Concilii censuit, non licere alicui absque speciali Sedis Apostolicæ facultate fenestras, nec alios aditus habere ad Ecclesias, pro Missis, & aliis Divinis officiis audiendis.

S. Congr. Episcoporum in Hyeracen. 6. Decembris 1612. Non deve permettere l' Ordinario, che dalle case private si possa havere ingresso, e transito nelle Chiese senza licenza della S. Cong. & in aliis resolutionibus relatis *per Niol. in Flosc. in V. Ecclesia*.

Aliæ Resolutiones ejusdem Sac. Congreg. super eadem materia.

An prohibitione Decreti Pauli V. super Oratoriis privatis comprehendatur Cappella Carcerum publicorum.

S. Congregatio Concilii censuit non comprehendi Cappellam Carcerum publicorum. *To.* 18. *Decret. pag.* 543.

An in Oratorio intus Seminarii ædes existente, prout etiam in Oratoriis intus Sacrestiam Ecclesiarum Sæcularium tàm Cathedralis, quàm Collegiatarum, & Parochialium, quatenus Oratoria ipsa decenter ornata sint, & ab Episcopo approbentur, Sacrosanctum Missæ Sacrificium absque Sedis Apostolicæ facultate offerri valeat, adeout præfata Oratoria in *cap. unico de obs. & evitand. sess.* 22. *Sac. Conc. Trid. non comprehendantur.*

Sacra Congregatio Concilii respondit prædicta omnia Oratoria, neque Decreto Concilii in *cap. unic. de obs. & evit. sess.* 22. *neq.* in Decreto Congregationis de Oratoriis privatis comprehendi.

Decretum Generale SS. D. N. D. Clem. XI. de Celebratione in Oratoriis Privatis.

Quoniam Sancta sanctè tractanda sunt, ac præsertim tremendum incruenti Sacrificii Mysterium, quod omni Religionis cultu

cultu, & veneratione peragendum est; Propterea super observandis, & evitandis in celebratione Missarum in Sacrosanctis Oecumenicis Conciliis, ac præsertim Tridentino sub *cap. unico sess.* 22. inter cætera statutum est, ut tantum Sacrificium solummodò in Ecclesiis, aut Oratoriis Divino tantùm Cultui dicatis celebraretur, præcipiendo Episcopis, & locorum Ordinariis, nè privatis in Domibus, atque omnino extra Ecclesiam peragi paterentur; Ac subinde Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium ipsius Concilii Tridentini executioni, & interpretationi præpositorum sæpe sæpius per opportuna Decreta obrepentes abusus eliminavit. Modernis tamen temporibus innotuit Sanctissimo Domino Nostro, quòd nonnulli Episcopi, sub prætextu Privilegiorum, Cappellis Episcopalibus competentium, & complures Regulares, sub prætextu Privilegiorum, quæ ipsis à Sancta Sede indulta noscuntur per hujusmodi Privilegiorum dilationem, seu potius excessum, & abusum in nonnullis Diœcesibus, præsertim Regni Neapolitani, ac in ipsa Neapolis Civitate, ea sibi licere putant, quæ permissa non sunt, quinimò prohibita: Siquidem nonnulli Episcopi, etiam in aliena Diœcesi, & extra *Domum propria habitationis* in privatis Laicorum Domibus erigi faciunt Altare, ibiquè per unum, aut plures ex suis Cappellanis vivificam Christi Hostiam immolare; Regulares verò in quibusdam Magnatum, seu aliarum Nobilium Personarum privatis Oratoriis, quæ certis quandoquè ex causis à S. Sede Apostolica concedi solent, celebrare audent, vel plures Missas quàm in ipsis celebrare sit indultum, *vel absque præsentia Personarum, quarum contemplatione gratiosa concessio emanavit*, vel extra debitas horas, & post meridiem, vel illis etiam diebus, quibus per Constitutiones Diœcesanas, aut etiam per Decreta Sacræ Congregationis Concilii celebrari prohibetur, aut quæ in ipsismet Indultis Apostolicis excipiuntur, quominùs in iis celebrari possit, aut etiam Altari portatili uti non verentur in sanctarum sanctionum contemptum, ac Sancti Sacrificii irreverentiam.

Quamobrem ad abusus hujusmodi eliminandos, & ad instaurandam venerationem tremendo Ministerio debitam, idem SS. Dominus Noster ex unanimi voto S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, inhærendo declarationibus, aliàs hac de re editis, expressè declarat, Episcopis, & his Majoribus Prælatis,

 etiamsi

etiamsi Cardinalatus dignitate fulgentibus, neque sub prætextu Privilegii clausi in corpore Juris, neque alio quocunque titulo, ullo modo *licere extra Domum propriæ habitationis* in Domibus laicis, etiam in propria Diœcesi, quod fortiùs intelligitur in aliena, etiamsi Diœcesani consensus adhiberetur, erigere Altare, ibiquè Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, seu celebrari facere, ac pari modo in Oratoriis privatis, quæ per S. Sedem concessa fuerint, non licere Regularibus cujusvis Ordinis, aut Instituti, seu Congregationis, etiam Societatis Jesu, aut etiam cujuscumque Ordinis Militaris, etiam S. Joannis Hierosolymitani, aut aliis quibuscunque Sacerdotibus, etiamsi essent Episcopi, in iis celebrare in diebus Paschatis Sanctissimæ Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque anni festis solemnioribus, ac diebus in Indulto exceptis. In reliquis verò diebus prædictis Regularibus, seu Sacerdotibus quibuscunque, etiam Episcopis, in præfatis Oratoriis celebrare non licere, ubi etiam unica Missa, quæ in Indulto conceditur, celebrata fuerit, super quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo se optimè informare; Atque illa etiam in casibus permissis celebrari nequeat post meridiem demandando proptereà ulteriùs, ac declarando in omnibus hujusmodi casibus, Personas quascunque dictas Missas audientes nullatenus Ecclesiæ præcepto satisfacere: Quò verò ad altare portatile, iterum inhærendo declarationibus supradictis, censuit licentias, seu Privilegia concessa nonnullis Regularibus in *cap. in his de Privileg.* & per aliquos Summos Pontifices Regularibus communicata, utendi dicto Altari portatili, in eoque celebrandi absque Ordinariorum licentia in locis in quibus degunt, omnino revocata esse per idem Sacrum Concilium, & propterea eosdem Regulares prohibendos, ne illis utantur, ac mandandum, prout præsentis Decreti tenore mandat Episcopis, aliisque Ordinariis locorum, ut contra quoscunque contravenientes, quamvis Regulares procedant, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, ad pœnas præscriptas per idem Sacrum Concilium in dicto Decreto *sess.* 22. usque ad censuras latæ sententiæ, tributa etiam eisdem facultate per hoc Decretum ita procedendi, perinde ac si per S. Sedem specialiter concessa fuisset. Et ita Sanctitas Sua declarat, & servari mandat. Romæ hac die 15 Decembris 1703.

B. Card. Panciaticus Præf.

Jo. Dominicus Thomatus Episcopus Tyrenen. S. C. C. Secret.

Die 8. Mensis Januarii 1704. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit in Monte Citatorio Curiæ Innocentianæ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Nicolaum Vasellum SS. D. N. Papæ Curs.
Pro D. Mag. Curs. Thomas Orlandus Ap. Curs.

Decretum super Musici Cantus, & Soni Reformatione.

IN Officiis Divinis ita resonet Musica, ut sacra tamen esse non desinat, & Devotionem excitet simplicitate, tædium protractione non moveat; ideòque mandamus Musicæ præfectis, ut in posterum brevitati studeant, & gravitati; dum verò sacrum solemne celebratur, ad Offertorium, post consecrationem, & Agnus Dei; signo per Chori, vel Cæremoniarum Magistros dato, cantus omnis, aut sonus in longius non protrahatur. Quod cum Decreto à Sanctissimo Domino N. Papa Alexandro VII. in Apostolica Romanæ Urb. Visitatione maximè cohæreat, illud propterea in Nostræ Diœcesis Ecclesiis, & Oratoriis omnino observari volumus, cujus exemplar infra in calce Synodi ponitur; Transgressores pro contumaciæ qualitate arbitrio Nostro puniantur.

AD CAPUT XX.

De Decimis.

Decretum Sac. Concil Trid. sess. 25. de Reform. cap. 12. Contra non solventes Decimas.

NOn sunt ferendi, qui variis artibus decimas ecclesiis obvenientes, subtrahere moliuntur; aut qui ab aliis solvendas temerè occupant, & in rem suam vertunt: cum decimarum solutio debita sit Deo: & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt; res alienas invadunt. Præcipit igitur sancta Synodus omnibus, cujuscumque gradus, & conditionis sint; ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in posterum Cathedrali, aut quibuscunque aliis Ecclesiis, vel personis, quibus legitimè debentur, integrè persolvant. Qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur; nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absolvantur. Hortatur dehinc omnes, & sin-

gulos pro Christiana charitate, debitoque erga Pastores suos munere, ut de bonis sibi à Deo collatis, Episcopis, & Parochis, qui tenuioribus præsunt Ecclesiis, largè subvenire ad Dei laudem, atque ad pastorum suorum, qui pro eis invigilant, dignitatem tuendam, non graventur.

AD CAPUT XXI.

De Funeribus.

Declarationes Sac. Congr. Concilii super sepulturis.

Die 15. Maii 1638. Cong. Concilii censuit ad solutionem Quartæ Funeralis non teneri hæredes, nec Executores Testamentarios. Emolumentum vero sepulturæ pro Cadaveribus humandis non posse de Jure peti, nec exigi, sed si quid ex legitima Consuetudine a sponte dantibus solvi consuevit, hujusmodi consuetudinem permitti posse, ita tamen ut ex non solutione interim non denegetur sepultura.

IN Siracusana 10. Junii 1625. Sacra Cong. Concilii censuit non licere Regularibus concedere, aut permittere, ut Defunctorum corpora tumulentur in Sepulcris supra pavimentum Ecclesiæ, cum humari debeant in Tumbis profundis ad præscriptum Constitutionis S. M. Pii V. hac de re editæ.

Decretum Sac. Congr. Episcop. & Regul. quò ad Tertiarias vel ut alii vocant Bizochas.

SAc. Cong. Card. Conc Trid. Interpretum, sæpius censuit, minimè posse Sacerdotes Regulares, Mulierum tertii Ord. quas de Pœnit. vel Bizochas vocant, confessiones sacramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad confessiones Personarum sæcularium audiendas.

Quemadmodùm nec posse illis sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrare in die Paschatis Resurrectionis SS. Domini Nostri JESU CHRISTI.

Quò verò ad sepulturam, atque alia privilegia, Fratres Tertiarios,

rios, Mantellatos, Corrigiatos, aliosque similes, ita demum ordinis, cujus tertiæ Regulæ habitum assumpserunt, privilegiis potiri, & ab Ordinarii jurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter vivant, seu cùm claustralibus habitent, & Mulieres virginalem seu cœlibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu, vitam traduxerint, quemadmodùm cavetur Constitut. Concil. Lateranensis sub Leone X. quæ habetur session. 21 in fine. Hoc autem voto Mulierum alia duo, scilicet Paupertatis, & obedientiæ, nequaquam includi. Quinimò hujusmodi Mulieres, si vitam virginalem aut cœlibem simpliciter expresséque voverint, etiam in consanguineorum, & Affinium suorum, aut propriis domibus, vel seorsim habitantes, supradictis privilegiis Ordinis, cujus tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarii jurisdictione, frui debere: ut idem Leo postea declaravit, constitutione edita die 1. Martii 1518. An autem prædictæ qualitates in hujusmodi Tertiariis concurrant, Ordinarii loci esse judicium.

Præterea si contingat, aliquas ex supradictis Tertiariis sine sepulturæ electione decedere, eas sic decedentes ita demum in Ecclesiis Ordinis, cujus habitum assumpserunt, si in ipsis earum communis sepultura reperiatur; sin minùs, in Ecclesiis Parochialibus sepeliendas esse decernit.

Superioribus autem Regularibus, sufficienti facultate ad id à Sede Apost. suffultis, (Cappuccinis exceptis) licere Mulieres ad hujusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertinere. Non autem ad habitum admittendas, & recipiendas esse, nisi probatæ vitæ, & bonis moribus præditas atque in ætate saltem quadraginta annorum constitutas; quæ de proprio habeant, unde sufficienter vivere possint, & non cum aliis viris, quàm cum consanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu sibi conjunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia priùs impetrata, qui non aliter eam concedat, nisi de prædictis prævio examine diligenti, sibi constiterit.

Verùm in hujusmodi habitu concedendo, & respectivè deferendo, omnino à velo supra caput, quod supra jectum vocant, à Pectorali, quòd vulgo dicitur *sottogola*, & à Patientia, abstinendum esse, quinimò eas, quæ supradicta tria, vel aliquid ipsorum deferre deprehensæ fuerint, illa dimittere, etiam per censu-

ras.

ras Ecclesiasticas, ab Ordinariis locorum compellendas esse decernit.

Supradictis verò decretis Mulieres Tertii Ordinis, quæ collegialiter vivunt, non comprehendi; quinimò eas dispositioni constitutionis B. Pii Papæ V editæ Romæ anno 1566. quarto Kalendas Julii, quæ incipit, *Circa Pastoralis*, penitus subiacere, expressè declarat. Non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus.

Hoc decretum confirmavit, & inviolabiliter servari mandavit Sacra Episcoporum, & Regularium Congregatio 20. Dec. 1616.

AD CAPUT XXII.

De Bonis Ecclesiæ non alienandis.

Breve dichiarazione, e Ristretto della Costitutione di PAOLO II. *proibente l' alienazione de' beni Ecclesiastici, che comincia*: Ambitiosæ cupiditati 23. *Febbraro* 1497. *riposta tra le Estravaganti comuni al Tit.* De Reb. Eccles non alien. *E perciò chiamata comunemente L' Estravagante* Ambitiosæ, *e confermata da GIULIO* III. *e dal Concilio di Trento sess.* 25 *cap.* 11. *de Reformat.*

PAOLO II. nella detta Estravagante *Ambitiosæ* inerendo alle Costitutioni, e proibitioni de' suoi Predecessori, e quelle confermando, e rinovando.

Proibisce l'alienazione di tutte le cose, e beni Ecclesiastici, e specialmente il farsi ogni Contratto, che di essi trasferisca il dominio sì diretto, come utile; ogni concessione, ed ipoteca, che è lo stesso che dire qualsivoglia obligazione, ogni locazione, e conduzione, che si faccia a maggior tempo, che di tre anni. Similmente proibisce il concedere in Feudo, & in Enfiteusi, e per conseguenza a linea, ò ad affitto perpetuo i sopradetti beni, fuori che ne' casi permessi da' Sac. Canoni, ò vero, che fossero beni soliti per antico tempo concedersi in Enfiteusi: con che però in tal caso detta nuova concessione ridondi in utile evidente della medesima Chiesa. E quanto a' frutti, e beni mobili concede solamente l'alienazione di quelli, che non si posono lungo tempo conservare

secon-

fecondo l'efigenza del tempo. Le pene, alle quali foggiaciono quelli, che fenza il precedente Ben placito Apoftolico, e contro il tenore della predetta Coftitutione prefumono in alcuno de' modi fopra efpreffi alienare i beni Ecclefiaftici, fono le feguenti.

Prima. Vi è la nullità del Contratto, annullando ogni alienazione, Ipoteca, ò vero obligazione; ogni conceffione, locazione, conduzione, Feudo, ò Enfiteufi de' fopradetti beni, quelle, e quelli dichiarando *ipfo facto* di niun valore, e momento.

Seconda. Tanto quelli, che alienano, quanto quelli, che ricevono i fopradetti beni, come fopra alienati, incorrono nella Scomunica.

Terza. Se quelli, che alienano, fono Abbati, ò coftituiti in Dignità Pontificale, gli è onninamente interdetto l'ingreffo della Chiefa, e fe in fimile interdetto con animo pertinace perfevereranno per fei mefi immediatamente fuffeguenti, paffato detto termine, fono *ipfo facto* fofpefi dall' amminiftrazione, e governo sì fpirituale, come temporale della Chiefa, ò Monafterio, al quale prefeggono.

Quarta. Se quelli, che alienano, fono Rettori di Chiefe, ò vero Beneficiati di qualfivoglia Titolo, e forte, fubitamente, fatta alcuna delle fopra efpreffe alienazioni, reftano privi delle loro Prebende Ecclefiaftiche, e quefte s'intendono fenza altra dichiarazione vacate; onde poffono gli Ordinarj del luogo, ò altri, a quali fi afpetta la Collazione di tali Prebende Ecclefiaftiche, conferirle a perfone idonee: eccettuati però fempre quelli, che in pena di tale alienazione ne foffero rimafti privi.

E come più diffufamente in detta Eftravagante *Ambitiofa*.

Decreto del Cap. XI. della feff. 22. de Refor. del Sac. Concilio di Trento.

SE l'avarizia, radice d'ogni male, occuperà talmente, e in modo qualfivoglia Cherico, ò Laico di qualunque dignità, ò grado fi fia, quantunque Imperiale, ò Reale, che per fe, ò per interpofte perfone; con forza, ò per timore; ò fotto qualfivoglia pretefto, ò quefito colore prefumerà di ufurpare, ò convertire in ufi proprj le giurifdizioni, beni, Cenfi, e ragioni anco Feudali, ed Enfiteutiche, frutti, emolumenti, e qualfivoglia rendita fpet-

tante

tante ad alcuna Chiesa, ò a qualunque Benefizio secolare, ò regolare, Monti della Pietà, ò ad altri luoghi pii, i quali devono servire per la necessità de' ministri, e de' poveri; ò vero ardirà d'impedire, che da quelli, a quali di ragione si devono, non possono conseguirsi; sia, e resti scomunicato fin tanto, che non averà restituito intieramente alla Chiesa, ò all' Amministratore della medesima, ò vero al Benefizio le giurisdizioni, beni, effetti, ragioni, frutti, ed entrate, che averà occupate, ò che saranno a lui pervenute in qualsivoglia modo, eziandio con titolo di donazione di supposta persona, e finchè non otterrà doppo tale restituzione l' assoluzione dal Sommo Pontefice di detta scomunica; E se tale usurpatore averà l' jus padronato di detta Chiesa, oltre alle predette pene resti ancora privato di detto padronato *ipso facto* I Cherici poi che saranno autori, ò consenzienti a simili usurpazioni, siano sottoposti alle medesime pene, ed in oltre siano privati di qualsivoglia Benefizio, e divengano inabili a conseguirli nell' avvenire, e restino sospesi dall' esercizio de' loro Ordini anco dopo l' intera sodisfazione, ed assoluzione ad arbitrio del loro Ordinario.

Declaratio Sac. Congr. Concilii super alienatione Bonorum Ecclesiasticorum, eorumque concessione ad livellum.

1 BOna Ecclesiastica, quæ excedunt valorem annui Redditus 50. ducatorum non possunt dividi ad hoc ne minuatur valor, & reducantur infra 40. Ducatos, ut res fiat alienabilis.

2 Non possunt bona Ecclesiastica hujusmodi alienari ipsis Rectoribus Ecclesiarum, nec eorum Consanguineis, & affinibus usque ad quemcunque gradum.

3 Sicut non possunt alienari Parochorum, & Rectorum domus, ita prohibentur etiam ne alienentur prædia vicina, & contigua ipsis Ecclesiis.

4 Placet etiam, ut reddatur prohibitio locationis omnium locorum piorum ultra triennium anticipata solutione.

Et facta relatione S. D. N. annuit, & mandavit expediri Breve. 7. Octobris 1602.

Hieronym. Aguccius Secr.

AD

AD CAPUT XXIII.

De Bonorum Ecclesiasticorum Inventario.

Ad ostendendam obligationem, quam habent Ecclesia, ac beneficiati omnes conficiendi repertorium seu Inventarium omnium Bonorum allegatur Constit. Provida Xysti V. publicata Romæ die 8. Junii 1587. apud Quaran. summa Bullar. in verbo Archivium.

Et pro obbligatione, qua tenentur Administratores locorum Piorum illud conficiendi, adest Declaratio Sac. Congr. Episc. & Regul. In Juvenacen. 25. Januarii 1697.

AD CAPUT XXIV.

De Operariorum, aliorumque satisdatione.

Decretum Sac. Concil. Trid. in cap. 9. sess. 22. de Reform.

ADministratores, tam Ecclesiastici, quàm laici, fabricæ cujusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, Hospitalis, Confraternitatis, eleemosynæ Montis Pietatis, & quorumcunq; Piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario: consuetudinibus, & privilegiis quibuscunque in contrarium sublatis: nisi secus fortè in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expresse cautum esset. Quòd si ex consuetudine, aut privilegio, aut ex constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius: & aliter factæ liberationes dictis administratoribus minimè suffragentur.

Declarationes Sac. Congr. Concil.

Potest Episcopus ab Administratoribus requirere Juramentum de fideliter administrando in Aliphana 18. Julii 1705.

Potest illos cogere ad exhibendum, & asportandum libros Administrationis etiam ad Palatium Episcopale, si sint in loco residentia, seu alterius stationis, & permanentia Episcopi; in Narnien. 8. Augusti 1693. in

Montis Falisci 27. Augusti 1695. in Hispalen visitationis 18. Augusti 1696. in Calaguritana Visitationis 18. Junii 1701.

Potest exigere redditionem rationis tam in Visitatione, quàm extra etiam per suum Delegatum in Hispalen. 11. Januarii 1596.

AD CAPUT XXV.

De Vita, & Honestate Clericorum.

Constitutio Xyxti V. de Habitu, & Tonsura Clericorum Beneficia Ecclesiastica obtinentium.

CUm Sacrosanctam Dei Ecclesiam &c.

§. 2. Nos propterea his, & aliis rationibus, de causis adducti, nè quis nimia sive Pastorum, sive temporum Indulgentia, & impunitate, seu obscitantia cum Religionis dedecore, Nominis Dei contemptu, & propriæ salutis dispendio de cœterò abutatur, hac Nostra perpetuò valitura constitutione præcipimus, & mandamus omnibus quibuscunque Clericis, non solùm in Sacris, sed etiam in aliis minoribus Ordinibus constitutis, & Clericali tantùm Tonsura insignitis, ne dum Beneficia Ecclesiastica qualiacunque etiam simplicia nunc, & pro tempore obtinentibus, & in illis, vel ad ea jus habentibus, verùm etiam pensiones super quibusvis fructibus, redditibus, aut proventibus quarumvis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum quarumcunque Ecclesiarum, seu Abbatialium Capitularium, & Conventualium mensarum, nec non Monasteriorum, Præpositurarum, Præpositatuum, Prioratuum, Præceptoriarum, Hospitalium, Canonicatuum, Præbendarum, Dignitatum, Personatuum, Administrationum, Officiorum, & Beneficiorum quorumcunque Ecclesiasticorum, Sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, seu illorum, distributionibus quotidianis, ac Iuribus, Emolumentis, ac obventionibus universis sibi reservatas, aut fructus ipsos, prædiave, aut bona Ecclesiastica loco Pensionum sibi assignatos, vel assignata, ex quacunque concessione, sive dispensatione Apostolica percipientibus etiam Conjugatis, præsertim si iidem Clerici coniugati juxta Constit. Piæ Mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris Nostri

Nostri in Concilio Tridentino innovatam Privilegiis Clericalibus uti velint, tam in Romana Curia degentibus, quàm extra eam ubilibèt gentium, & locorum constitutis, ut ipsi, & eorum quilibet quantumvis exempti existant, & quovis privilegio, vel Immunitate gaudeant quacunque dilatione, aut tergiversatione postposita, debeant omninò, qui in Urbe præsentes fuerint intra quindecim dies, qui verò citra montes intra quatuor menses, qui denique ultra montes constituti sunt intra octo Menses à die publicationis præsentium litterarum in Romana Curia faciendæ Tonsuram, & habitum Clericalem, vestes scilicet talares, aut milites infra dicendi, quibus pensiones, aut fructus, aliave bona Ecclesiastica reservata sunt suæ militiæ convenientem quacunque remota excusatione assumere, & jugiter deferre. In futurum autem non nisi actu Clericis, in habitu Clericali, & Tonsura, & Militibus infra dicendis in militari incedentibus suæ militiæ propria, aut alia quæcunque Ecclesiastica etiam simplicia Beneficia, respectivè conferantur, aut commendentur, aut pensiones, fructusve, aut bona Ecclesiastica reserventur.

§. 3. Alioquin ipsos, & ipsorum quemlibet, qui quòad gestandum habitum Clericalem, & Militarem supradictum lapso hujusmodi tempore eorum unicuique ut supradictum est præfixo, Nostris hujusmodi præcepto, & mandato nunc, & in posterum perpetuis futuris temporibus cùm effectu non obediverint, præter alias pœnas contra eos inflictas, etiam quibuscunque Dignitatibus, Administrationibus, Officiis, Canonicatibus, & præbendis, ac Beneficiis etiam simplicibus, & præstimoniis per eorum quemlibet in titulum, commendam, vel aliàs pro tempore obtentis, nec non pensionibus, & fructibus, ac Prædiis, bonisque Ecclesiasticis hujusmodi quocunque modo eis reservatis, vel reservandis, omnique jure sibi in eis, vel ad ea quomodolibèt competenti, harum serie ex certa Nostra scientia, deque Apostolicæ Potestatis Plenitudine privamus, ac sine ulla alia monitione, citatione, Iudicis Decreto, aut ministerio ipso facto privatos declaramus, ac tam Beneficia ipsa per privationem hujusmodi vacare, & licere aliis conferre posse, quàm etiam pensiones cassatas, extinctas esse, & fore, ac fructuum, vel aliarum rerum reservationes cessare, & quemquam ulteriùs ad illorum solutionem minimè teneri, & ob non solutionem censuras, & pœnas aliquas incurrere non posse, nec

debere decernimus ipsasque Dignitates, Personatus, Administrationes, Officia, necnon Canonicatus, & Præbendas, & Beneficia sic pro tempore vacantia, collationi, provisioni, & dispositioni Nostræ, & Romani Pontificis pro tempore existentis perpetuò reservamus.

Statuentes sic &c. Datum &c. die 9. Ianuarii 1589. Anno Pontificatus 4.

Sequitur Declaratoria ejusdem Constitutionis facta ab eodem Pontifice, in qua moderatur Constitutio pro Clericis pensiones fructus, aut Bona Ecclesiastica annua 60 Ducata de Camera non excedentia, obtinentibus.

Item quòd Constitutio non procedat nisi postquam Pensiones, fructus, aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere ceperint, vel per eos steterit quo minus exigant, vel percipiant.

Literæ Circulares de mandato Innoc. XII.
Ne Sacerdotes cùm eorum status dedecore laicis inserviant.

TRà le più assidue sollecitudini, che occupano la mente zelantissima di Nostro Signore, per il bene spirituale della Chiesa, una si è di conservare, e ravvivare nel suo vero decoro la santità, e dignità del Sacerdozio; poiche dipendendo dagli offizi di quest' Ordine l'istruzione, la correzione, e la santificazione de' Fedeli, conviene ancora, che l'esemplarità della vita, e la gravità de' costumi sia in esso così distinta, e superiore ad ogn'altro, che corrisponda alla sublimità del grado, e al fine della sua istituzione.

Quindi è, che con l'oracolo di Sua viva voce, hà Sua Beatitudine ordinato, che si scriva a tutti i Pastori di Diocesi la presente Lettera Circolare, a fine di eccitare una più esatta vigilanza in procurare l'adempimento, e osservanza delle ordinazioni de' Sagri Concilii Ecumenici, e specialmente di quello di Trento, in ordine all' onestà della vita del Clero, e singolarmente in non permettere, ed omninamente impedire, che i Sacerdoti non s'impieghino in offizj servili del secolo, e de' laici, e specialmente di Donne, impropj a' Ministri dell'altare, ed al Carattere Sagrosanto, il quale, quando venga conferito secondo le disposizioni del Sagro Concilio di Trento, e con l'attuale servigio di una Chiesa cesserà l'occasione di simili scandali, e si toglierà all' ozio-

oziosità, e povertà di un numero straordinario, e disapplicato, ogni scusa, ò compatimento, per tollerarli contro i sagri divieti in impieghi abietti, e indecenti.

Roma 16. Marzo 1697.

Umiliss. & Affezionatiss. Servo.
G. CARD. CARPEGNA.

§. *Ottavo della Lettera Circolare d' ordine di N. Signore Clemente* XI. *del di* 16. *Marzo* 1703.

Ottavo. Quello poi in che V. S. deve premere maggiormente si è il viver regolato degli Ecclesiastici, affinchè tanto nella decenza dell'abito, e portamento esterio e [nel che da molti si manca notabilmente] quanto nella vita, e onestà de' costumi spirino nella Chiesa d'Iddio quell'odore di santità, con cui possano tirar tutti soavemente, ed efficacemente all'amore della virtù, siccome richiede la loro professione, e l'obbigo, che gli viene imposto dal loro grado. Si ricordino di essere nella Chiesa di Dio in alto luogo per esser considerati da tutti, come regola del ben vivere. Perchè come parla il Concilio di Trento - *In eos tanquam in speculum reliqui oculos conijciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur*; Che però è necessario, che in tutte le cose: *Nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum præseferant*. Precedendo a tutti coll'esemplarità della vita, e confermando coll'opere quello, che devono ad altri insegnare colle parole.

AD CAPUT XXVI.

De Clericorum interventu in Choro.

Lettera della Sac. Congr. sopra l'Assistente de SS. Canonici diretta a Monsignore Arcivescovo di Pisa.

Illustre, e Reverendissimo Signor come Fratello. S' intende da questi Illustrissimi Signori della Congregazione de' Riti, che alcuni Preti, e semplici Parochi di codesta Città, e Dioc. si hanno introdotto nel cantar le Messe di tener l'assistente ad immitazione de' Canonici della Primaziale; i quali osservano il medesimo anche

anche presente la persona di V. S. E perchè si sà che i Canonici per ragione di questa osservanza adducono l' immemorabile consuetudine, c'hà forza d'ogni gran Privilegio: non pare che a gl' altri si debba comportare in nessun modo questa usurpazione, contraria per se stessa a' buoni Riti, e che non può haver fondamento alcuno. Però s'è risoluto, ch' io dia ordine a V. S. che prohibisca quest'uso a tutti i Preti fuora de' Canonici, acciò le cose si riduchino all'ordine dovuto ne' gradi, e nelle pesone Ecclesiastiche. Con questo fine a V. S. mi offerisco di tutto cuore.

Di V. S. Di Roma 22. Genn. 1624.

Come Fratello Affezionatissimo.
N. Card. dal Monte.

NOs Julianus Medices Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Archiepiscopus Pisanus, Corsicæ, & Sardiniæ Primas, & Legatus Natus. Ex ordine Illustriss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalium super Sac. Congrega. Rituum deputatorum præcipimus, & mandamus Omnibus, & singulis Presbyteris, Parochis, Rectoribus, Cappellanis, & quibuscunque Sacerdotibus Nostræ Diœcesis quocunque Nomine nuncupentur, ne ullo modo, prætextu, aut quæsito colore in posterùm audeant aut præsumant in cantandis, & celebrandis Missis retinere, & apud se habere Assistentem, quod solùm competit Nostræ Primatialis Ecclesiæ Canonicis, sed habeant tantùm ministrum, & subministrum pro Epistola, & Evangelio. Quòd si secus ab alio attentatum fuerit, pro inobedientia pœnam suspensionis a Divinis se incurrisse sciat. Volumus autem hoc Nostrum Decretum affigi ad valvas d. Primatialis Ecclesiæ, & in aliis locis publicis, & consuetis Civitatis, nè aliquis ullo unquam tempore, ignorantiam allegare possit. Datum Pisis in Palatio Nostro Archiepiscopali die prima Aprilis 1625. Stilo Pis.

Loco ✠ Sigilli. *Jul. Archiep. Pis.*

Decretum Sac. Rit. Congr. super translatione Sanctorum ad libitum.

CUm aliàs Sac. Rituum Congr. decreverit officia Sanctorum ad libitùm non esse transferenda, quando dies eorum festivita-

tum

tum sunt impediti die Dominico, aut aliquo alio die festorum mobilium; quæsitum fuit declarari, quæ regula servanda sit quando occurrunt eodem die cùm officiis Sanctorum Kalendarii proprii, vel translatis; Vel demum semel per hebdomadam, per mensem recitari concessis? Et Sac. eadem Congr. respondit, prædicta officia Sanctorum ad libitùm, etiam duplicia, occurrentia in diebus Dominicis, octavis, & Natalitiis Sanctorum alicujus Religionis, vel Diœcesis ex vi Kalendarii proprii a Sede Apostolica approbati, quamvis sub ritu semiduplici de præcepto celebrandis, non esse transferenda, sed omitti debere. Si autem occurrant eodem die, in quo aliàs aliquod festum translatum poni deberet tunc liberum fore declaravit eadem officia ad libitùm recitare, & officium translatum ulteriùs ad aliam diem non impeditam transferre. Prout etiam omisso officio, quod semel per hebdomadam, aut per mensem ex Apostolico Indulto recitari concessum est, officium ad libitùm eodem die occurrens recitari posse decrevit. Et ita ab omnibus, qui ad horas canonicas tenentur, servari mandavit, die 24. Ianuar. 1682.

Constitutio 122. Clem. VIII. circa Litanias a Sac. Congr. Rit. non approbatas.

SAnctissimus Dominus Noster Clemens Papa VIII. Quoniam multi hoc tempore, privati etiam homines, prætextu alendæ devotionis novas quotidie Litanias evulgant, ut jam prope innumerabiles formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptæ sententiæ, in aliis [quod gravius est] periculosæ, & errorem sapientes inveniantur, pro solicitudine Sua pastorali providere volens, ut animarum devotio, Deique, ac Sanctorum invocatio, sine ullius detrimenti spiritualis periculo foveatur.

§. 1. Præcipit, & mandat, ut retentis antiquissimis, & communibus Litaniis, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, necnon Litaniis de B. Virgine, quæ in Sacra Æde Lauretana decantari solent, quicunque alias Litanias edere, vel jam editis in Ecclesiis, sive Oratoriis, sive Processionibus uti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum rituum recognoscendas, & si opus fuerit, corrigendas mittere teneantur, neque sine licentia, & approbatione prædictæ Congregationis eas in publi-

pu: l... um edere, au: publicè recitare præsumant, sub pœnis (ultra peccatum) arbitrio Ordinarii, & Inquisitoris severè infligendis.

§. 2 Præsens Decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram prædicto Sanctissimo Domino Nostro, ac Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, vii. Idus Septembris, Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1601. Quintilianus Adrianus Not.

Constitutio 22. Leonis X. qua prohibetur ne pulsentur Campanæ in Sabatho Sancto ante Eccl. Cathedralem.

DUm intra Mentis arcana revolvimus, & diligenti consideratione pensamus operosa solicitudinis studia, continuosque labores, pro Divini Nominis gloria, exaltatione Catholicæ fidei, Ecclesiæ unitate servanda, & institutione ac salute fidelium animarum per Coepiscopos, eorumque Superiores, in diversis partibus ad regimen suarum Ecclesiarum à Sede Apostolica constitutos, necnon per Fratres diversorum Ordinum, præsertim Mendicantium indefessè, & indefinenter impensos, tanta ex eorum in vinea Domini fructuosis operibus, & opportunè ac laudabiliter gestis, cordi nostro provenit satisfactio ut his quæ ad pacem, & quietem inter eos conservandam conducere cognoscimus, omni studio intendamus.

§. 1. Novimus enim Episcopos ipsos in partem solicitudinis Nostræ assumptos fuisse, quorum honor, & sublimitas, testante Ambrosio, nullis potest comparationibus adæquari. Religiosos etiam in agro Dominico pro Christianæ Religionis defensione, & ampliatione complura fecisse, ac uberes fructus protulisse, & in dies singulos proferre, ita ut eorumdem Episcoporum, ac Religiosorum bonis operibus orthodoxam fidem incrementa sumpsisse, & per Orbem terrarum undique dilatatam fuisse, fidelium nullus ignoret. Et sicut ipsi sæpe numero vigilantissima, & solerti cura schismata in Dei Ecclesia extinguere, & Ecclesiæ unitatem reddere, & ut eidem Ecclesiæ pacis tranquillitas daretur, innumeros labores subire non dubitarunt, ita quoque par est, eos inter se Nostris provisionibus pacis vinculo, ac fraterna charitate, & unitate

tate conjungi, ut eorum concordi doctrina, & mutuis operibus uberiores in Ecclesia Dei fructus proveniant.

§. 2. Sanè &c.

§. 14. Et ut debitus honor Matrici Ecclesiæ reddatur, tam ipsi Fratres, quàm alii clerici sæculares, etiam super hoc Apostolicæ Sedis privilegio muniti, die Sabbati Majoris hebdomadæ, antequam campanam Cathedralis, vel Matricis Ecclesiæ pulsaverint, campanam in Ecclesiis suis pulsare minime possint: contrafacientes pœnam centum ducatorum incurrant.

§. 15. Censuras &c.

Et pluriès Sac. Congr. Rit. apud Barbos. Collect. Bullar. in verbo, Campana, *ubi, inter alias ejusdem Sac. Congr. Declarationes, referuntur una Placent 21. Augusti 1604. una Meliten. 6. Decembr. 1621. quibus declaratur, supradictam prohibitionem Leonis X. procedere tam in Ecclesiis Sacularibus, quàm Regularibus, etiam S. Joannis Hierosolymitani, etiam extra muros existentibus &c.*

AD CAPUT XXVII.

De Seminario Clericorum.

Declaratio Sac. Congr. Concil. super alumnis admittendis in una Nullius Nonantula Seminarii 1. Decembris 1685.

Quia Nonantulæ deest Fabrica Seminarii, & idonei Præceptores desiderantur; Sex Alumni detinentur, & substentantur in Seminario Bononiæ, cui correspectivè solvuntur libræ 2580. mon: Mutinæ.

Nunc ex prædictis Sex Alumnis tres dumtaxat sunt Diœcesis Nonantulæ Originarii, duo ex ipsa Civitate Bononiæ, & unus ex terra Frvizzani Magni Etruriæ Ducis. Si quidem deficiente aliquo ex dd. Alumnis exteri curant Privilegium Civilitatis consequi ab aliquo ex Oppidis Diœcesis Nonantulæ, ut in d. deficientis locum subrogari valeant, & subinde postq. in Seminario permanserunt, ad Sacros Ordines promoveri negligunt, nec tamen Seminario sumptus restituunt juxta Constit. Synod. Quæ quidem maximum afferunt præjudicium d. Diœcesi Nonantulæ, in qua 35000.

habitatores, & ultra numerantur. Cùm autem Alumnus Fivizzanensis ex Seminario propediem dehabitaturus sit. Modernus Vicarius Nonantulanus, plurimùm verens, ne illius loco proponendi sint cæteri, qui prædictæ Civilitatis privilegium obtinuerint, supplicat declarari.

1. An Cives ex Privilegio admitti possint pro Alumnis Seminarii casu, quo nemo ex veris, & originariis Civibus Diœcesanis concurrat.

2. An in Concursu veri, & originarii Civis, vel Diœcesani admitti possint.

3. An servandæ sint Constit. Synodales quibus, cavetur fidejussionem de restituendo alimenta, & expensas pro eis factas casu, quo ex propria culpa ad Sacros Ordines non promoveantur ab Alumnis præstandam.

Sac. Cong. Concilii Respondit. Ad primum Affirmativè.
Ad secundum Negativè.
Ad tertium ita ut pro pauperibus sufficiat obligatio conjunctorũ.

AD CAPUT XXVIII.

De Parochis.

Declaratio Sac. Congr. Concilii super examine Parochorum Placentina 26. Augusti 1628.

Sacra Cong. censuit Episcopos successores posse, superveniente rationabili causa, etiam ex officio, iterum examinare, tam in Visitatione, quàm extra, Parochos, quamvis Regulares, approbatos tempore Provisionis Parochialium.

Et pluriès eadem Sac. Congr. apud Pignattell. Consult. 133. Tom. pr. & apud Card. de Luca Disc. 16. de Parochis n. 2. & per totum, & apud Rotam Decis. 166. Decis. 257. Decis. 258. par. 19. Recent.



Decre-

Decretum Sac. Congr. Episc & Regul. auctoritate Clem. X. editum de non admittendis Canonicis Congr. Lateranen. ad Curam Animarum in Ecclesiis Sæcularibus exercendam.

CUm fel. record. Greg. XIII. aliique nonnulli Summi Pontifices ejus Successores ad Regularem disciplinam in Congregatione Canonicorum Lateranensium Ordinis S. Augustini magis, magisque firmandam Decretis Suis mandaverint, ne dicti Canonici Curæ Animarum in Ecclesiis Sæcularibus exercendæ, juxta Constitutionem Innocentii III. recol. mem. incipien. *Quod Dei timorem &c.* cæteroqui capaces ad hujusmodi Curam in prædictis Ecclesiis exercendam admittantur; Quorum Decretorum observantiam retinendam esse non semel declaratum fuit: Asserentibus verò è contra quibusdam dictorum Pontificum mentem haud fuisse, certa perpetua lege lata Innocentianam Constitutionem prorsus abrogare; sed immò illorum Decreta, seu mandata cum ipsis expirasse; Ac propterea pro diversitate temporum diversas forsan editas fuisse declarationes, & interpretationes, nec uniformem servatam praxim. Ideo ex prædictis non infrequentes dubitationes, & controversiæ subortæ noscuntur, ob quas Religiosa quies perturbari facilè posset accuratiùs in hoc Sacro Ordine custodienda; cùm illius Apostolica instituta primævam disciplinæ, ac sanctimoniæ antiquorum Clericorum imaginem, & Symbolum referant, quibus ipsa nascentis Ecclesiæ primordia florebant.

Quapropter ad hujusmodi dubitationes explicandas, & controversias definiendas, atque ut magis accurata disquisitione eorum Canonicorum spiritus, & vocatio dignoscatur, qui dum in tranquillitate Montis Sion cælestium contemplatione suavissimè pascuntur; ad frangendum in valle lacrymarum panem parvulis (videlicet è Claustro ad regimen descensuri Parochialium) invitantur. Sacra Congregatio Eminentiss. & Reverendiss. S. R. E. Card. negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, re maturè examinata, atque audito P. Procuratore Generali d. Congregationis Lateranensis, speciali sibi auctoritate per Sanctissimum D. N. Clementem Papam Decimum vivæ vocis Oraculo attributa declarat, atque decernit. Ut in posterum futuris per-

perpetuis temporibus nemo ex Canonicis Regularibus S Augustini Congregationis Lateranensis, quamvis non translatus, ad Curam Animarum in Ecclesiis Sæcularibus, etiam de Jurepatronatus in perpetuum, seu ad tempus, quocunque titulo exercendam admittatur, nisi, præter Abbatis Generalis licentiam, expressum quoque Sedis Apostolicæ Indultum accedat; Quod juxta Sacrorum Ministrorum penuriam, & prout Animarum postulabit utilitas, in contingentibus casibus concedetur; Itaut quælibet collatio, institutio, & deputatio, in favorem hujusmodi Canonicorum aliter facta, irrita prorsus, atque inanis censeatur, & sit; Ac nulla etiam triennalis longior possessio iisdem suffragetur: Canonicus verò, cui ejusmodi concessum fuerit Indultum, ad mentem præfati Innocentii III. (si commodè fieri possit) socium unum ex suo Ordine, & Congregatione secum habeat, cujus in iis, quæ Dei sunt, & Regularis Observantiæ tam consortio, quàm solatio perfruatur &c.

Non obstantibus quoad supradicta omnia, & singula in præsenti Decreto contenta, supradicta Constitutione Innocentii III. aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis necessariò, & individuè exprimendis: Necnon &c. statutis; formula professionis in eo Ordine, & Congregatione emitti solitæ; consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, Indultis, & privilegiis etiam in corpore juris clausis &c. necnon irritantibus Decretis &c quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, eadem Sac. Congreg. Sanctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expressè derogat &c. Datum Romæ hac die 18. Martii 1671.

F. M. Cardinal. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

C. de V. Archiep. Athen.

Hoc Decretum dictos Canonicos regulares præcisè ligare tanquam emanatum per viam legis, & publicè in consuetis Urbis locis affixum, dixit Rota Rom. in Leodien. Parochialis 4. Iulii 1692. & 11. Decembris 1693. coram Pio; eosque incapaces beneficiorum sæcularium dixerat in Decis. 619. par. 19. Tom. 2. recent. coram Paulutio.



AD

AD CAPUT XXIX.

De Residentia.

Declaratio Sac. Congr. Concilii super Residentia Parochorum.

EPiscopus Fulginaten. supplicavit à Sacra Concilii Tridentini Congregatione declarari.

Primò, an Rectores Ecclesiarum Parochialium à Civitate distantium, per duo, tria, aut quatuor milliaria circiter possint sine expressa Episcopi licentia abesse a suis Ecclesiis Parochialibus, relicto ibidem substituto ab eis Deputato, & in Civitate, tam diurno, quàm nocturno tempore jugiter commorari, exceptis solis diebus Festis, in quibus ad dictas Ecclesias se conferunt, revertentes illico ad Civitatem.

Secundò, an Parochi, qui nocturno cœteroquin tempore resident apud suas Ecclesias, possint, celebrata summo mane Missa in dictis Ecclesiis, se conferre ad Civitatem, & in ea diurno tempore totius, vel majoris partis anni commorari, licèt apud dd. Ecclesias adsint eorum substituti.

Tertiò, an dd. Parochi, qui cœteroquin diurno tempore resident apud suas Ecclesias, possint nocturno tempore totius, vel majoris partis anni commorari in Civitate, licèt apud dd. Ecclesias adsint eorum substituti.

Sacra Congr. Concilii die 10. Maii 1687. respondit in omnibus Negativè.

Ultra Constit 10. *incipien. de Salute, Constit* 91. *incipien. In suprema Pii IV; & Constit.* 65. *incipien Cupientes, Pii V. plures alia Declarationes ejusdem Sac. Congr. super onere Parochorum residendi habentur apud Barbos. Summa Bullar. in verbo* Parochus, *& in verbo* Residentia.

AD CAPUT XXX.

De Collat. Casuum Conscientiæ.

Episcopus potest exigere ab Ecclesiasticis accessum ad Casuum Conscientia

tia conferentiam, illosque ad eam mulctis compellere. Sac. Congr. Concilii 11. Iulii 1620. apud Fanmol. Decis. 1. Adnotat. 18. n. 20. Barbos. de Canonicis, & dignit. cap. 27. n. 28. & 29.

AD CAPUT XXXII.

De Sodalitatibus Laicorum.

Constitutio 115. Clementis VIII.

QUæcunque à Sede Apostolica ad promovendam Christi fidelium salutem aliquando concessa sunt, etsi ea maturo consilio, magnaque prudentia, & cautione sancita, & decreta sint, tamen cùm Romanus Pontifex de animarum salute solicitus, progressu temporis animadvertat sensim aliquos abusus in eisdem statutis, & decretis observandis provenire, debet pro Sui Pastoralis officii munere, illis opportuna ratione occurrere, & quantum cum Domino potest, adhibito salutari remedio, providere. Cùm itaque à plurimis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, & forsan etiam à Nobis nonnullis Regularibus ordinibus, Religionis, & institutis, ac etiam Christi fidelium Sæcularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diversarum nationum, nominum, & institutorum, tam in alma Urbe Nostra, quàm in aliis civitatibus, & locis Christiani orbis institutis, facultas erigendi, & instituendi in eorum, & aliis Ecclesiis, & Collegiis, necnon etiam sibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eadem urbe, & in aliis locis existentes, eisque privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta sibi concessa, respectivè communicandi attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio præscripta sit, quæ in hujusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendis, servari debeat, propterea sive negligentia superiorum Ordinum, Religionum, & institutorum, vel Officialium Archiconfraternitatum, & Congregationum erigentium, instituentium, aggregantium, & communicantium, quæ Confraternitatibus, & congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, indulgentiarum, aliarumque gratiarum prædictarum fiunt, non servant formam in hujusmodi erectionibus, institu-

ſtitutionibus, aggregationibus, & communicationibus ſervari debitam, neque præſcribunt modum, quo privilegia, indulgentias, facultates, aliasque ſpirituales gratias, indulta prædicta conſequi debeant, ſeu ipſarum Confraternitatum, & Congregationum incuria, quæ non inquirunt ea, quæ præſtare oportet ut illa conſequantur, nonnullæ pravæ conſuetudines irrepſerunt, multaque incommoda inde provenerunt. Quibus Nos pro commiſſo Nobis Apoſtolicæ ſolicitudinis officio, paternaque erga omnes Chriſti fideles charitate proſpicere volentes, hac Noſtra Conſtitutione perpetuo valitura.

Confraternitates non ſunt erigendæ, niſi de conſenſu loci Ordinarii.

DEcernimus atque ſtatuimus, ut in poſterum tam hujus almæ Urbis Noſtræ, quàm aliarum civitatum, & locorum totius Chriſtiani Orbis Regularium Ordinum, Religionum, & inſtitutorum quibus in eorum, & quibuſcunque aliis Eccleſiis, & Collegiis Confraternitates Sæcularium erigendi, & inſtituendi facultas conceſſa eſt, nec non etiam Archiconfraternitates, & Congregationes cujuſvis nationis, nominis, & inſtituti illæ ſint, & in quibuſcunque Eccleſiis, Domibus, & Oratoriis, tam Sæcularium, quàm ut præfertur quorumcunque etiam mendicantium Ordinum, Religionum, & inſtitutorum Regularium quavis tam ordinaria, quàm Apoſtolica auctoritate erectæ, ac conſtitutæ exiſtant, ſeu aliàs quovis modo introductæ reperiantur, quibus alias Confraternitates, & Congregationes inſtituendi, erigendi ac ſibi aggregandi, illiſque privilegia, indulgentias facultates aliaſque ſpirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi, & communicandi poteſtas à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris, vel à Nobis, & Apoſtolica Sede attributa fuit, Magiſtri Priores, Præpoſiti, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerii, Prælati, Cuſtodes, Guardiani, Præfecti, Adminiſtratores, & alii officiales ſeu ſuperiores quovis modo nuncupati, regularium ſiquidem ordinum, religionum, & inſtitutorum, unam tantùm confraternitatem, & congregationem de conſenſu tamen Ordinarii loci, & cum literis ejus teſtimonialibus quibus confraternitatis, & congregationis erigendæ, & inſtituendæ pietas, et Chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum,

&

& quibuscunque aliis Ecclesiis, & Collegiis erigere, & instituere, cæterarum verò Archiconfraternitatum, & Congregationum in singulis civitatibus, oppidis, vel locis unam etiam confraternitatem, & congregationem dumtaxat, quæ Apostolica, vel Ordinaria auctoritate priùs erecta nulli alteri Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi ejusdem, vel alterius nationis, nominis, & instituti aggregata sit, prævio similiter loci Ordinarii consensu, & cum ejus litteris testimonialibus quibus ejusdem confraternitatis, & congregationis aggregandæ institutum, pietas, & Christianæ charitatis officia, quæ exercere consuevit apud eos cōmendentur sibi adjungere, & aggregare possint. Huic verò confraternitati, & congregationi erigendæ, instituendæ, seu aggregandæ ea tantùm privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta, quæ ipsi ordini, religioni, instituto erigenti, instituenti ac communicanti, seu Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti nominatim, & in specie, non autem, quæ per extensionem, vel communicationem sibi quovis modo concessa sunt, & illa quidem non sub generali forma verborum, vel ad instar, sed expressè, & in specie communicare valeant.

Statuta confratrum ab Ord. examinari approbari, & corrigi possunt.

STatuta autem pro regimine ordinum, religionum, & institutorum erigentium, & instituentium, ac communicantium, seu Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium edita, confraternitatibus, & congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt, impartiri non possint, nisi ea priùs ab Episcopo Diœcesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus ejusdem Episcopi decretis ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subiecta remaneant.

Indulgentias concedendas aggregatis confraternit. Ordinarius prius cognoscere debet.

INsuper volumus, & ordinamus, ut prædicti ordines, religiones, instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, necnon Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes, certam erigendi

gendi, aggregandi, & communicandi formulam à Nobis novissimè approbatam diligenter observent, secundùm quam privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta ipsis ordinibus, religionibus, institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus seu archiconfraternitatibus, & congregationibus aggregantibus nominatim, & expressè non autem per communicationé neq; ad instar, ut sup. a concessa ipsis confraternitatib. & congregationib. erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare possint, quibus confraternitates, & congregationes ejusdem dumtaxat nationis, & nominis, ordinis, religionis, et instituti, archiconfraternitatis, et congregationis, cui aggregantur, tam hactenus aggregata, quàm in posterum aggregandæ utantur, potiantur, et gaudeant, ita ut dictarum confraternitatum, et congregationum erectarum institutarum, et aggregatarum, ac quibus communicationes factæ sunt, ministri, et officiales, et alii supradicti privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, et indulta hujusmodi, prævia tamen recognitione Ordinarii loci, qui adhibitis duobus de ejusdem Ecclesiæ Capitulo, illa juxta Sacri Conc. Trid. decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant.

Quibus etiam ministris, officialibus, et aliis prædictis, eleemosynas, & alia oblata Christianæ charitatis subsidia juxta modum, & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mensis, pelvibus, & capsis, quæ in Ecclesiis, & Oratoriis dictarum confraternitatum, & congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum ordines, religiones, instituta erigentia, instituentia, ac communicantia seu archiconfraternitates, & congregationes aggregantes tam Almæ Urbis Nostræ, quàm aliarum civitatum, & locorum quorumcunque juxta modum à Vicario Urbis, et ab Ordinariis locorum respectivè prescribendum observare teneantur.

Eleemosynas collectas pro arbitrio Ordinarii ad pios usus exponant Confratres.

ELeemosynas autem sic collectas in reparationem, & ornatum Ecclesiarum tam ordinum, religionum, institutorum erigentium, instituentium, & communicantium, ac archiconfraternita-

tum, & congregationum aggregantium, quàm confraternitatum, & congregationum erigendarum, instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios earum pios usus arbitrio ejusdem Vicarii Nostri in Urbe, necnon Ordinariorum locorum respectivè fideliter exponere atque erogare procurent, ut omnes intelligant Cælestes Ecclesiæ thesauros non quæstus, aut alicujus lucri causa, sed pietatis, & charitatis excitandæ gratia ex Apostolicæ Sedis benignitate Christi fidelibus aperiri.

Confessarii Confrater. sint approbati ab Ordinario.

PRæterea volumus, ut confessarii, qui vigore Privilegiorum ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, ac Congregationibus aggregantibus concessorum, ac confraternitatibus, & congregationibus aggregandis cõmunicandorum eligi possunt, & potuerunt, Sæculares in alma Urbe à prædicto Nostro Vicario, extra Urbem verò à locorum Ordinariis, Regulares autem non solùm à prædicto Vicario Nostro, & à locorum Ordinariis respectivè, sed etiam à suis Superioribus approbati sint, utque confratres confitentes à criminibus, casibus, & censuris juxta dictorum privilegiorum, (quatenus tamen sint in usu, & Sacris Conc Trid. decretis, ac Romanorum Pontif. Prædecessorum Nostrorum, & Nostris Constitutionibus non adversentur, nec revocata, aut sub aliquibus revocantibus comprehensa sint,) formam, & tenorem dumtaxat absolvere valeant.

Casus reservatos quos absolvere non possint Confessarii Confraternitatum.

DEcernimus insuper, ut iidem confessarii prædictos confratres cujuscunque gradus, status, conditionis, & præeminentiæ, etiamsi speciali nota dignæ fuerint, à casibus contentis in litteris, quæ die Cænæ Domini legi consueverunt, necnon violationis immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ, & Clausuræ Monasteriorum Monialium, si videlicet sine necessaria, & urgenti causa, ac sine Superiorum licentia, vel etiam si causa, & licentia concessa abuten-

tentes, prædicta monasteria ingressi fuerint, necnon violentæ manus injectionis in Clericum, & singularis certaminis, seu duelli, ac ab aliis etiam casibus tam à Nobis, quàm à prædicto Nostro in Urbe Vicario, & locorum Ordinariis respectivè reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine lata absolvere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quàm occasione delicti contractis, cum aliquo dispensare prætextu dictorum privilegiorum nullo modo possint.

Confraternitates ante erectæ novas erectionum litteras petant.

Demum statuimus, & pariter ordinamus, ut confraternitates, & congregationes, ubivis locorum quavis auctoritate, ut præfertur, erectæ, & institutæ, quibus communicationes prædictæ factæ sunt, ac cuicunque ex dictis ordinibus, religionibus, institutis, archiconfraternitatibus, & congregationibus ubilibet existentibus hactenus aggregatæ, ab eisdem respectivè Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus, novas erectionum, institutionum, communicationum, & aggregationum litteras, juxta formam à Nobis novissimè approbatam infra annum, si in Europa sint, & si extra Europam fuerint, infra biennium, à die publicationis præsentium in Romana Curia faciendæ computandos, impetrare teneantur, alioquin dicto tempore elapso erectiones, institutiones, & quæcunque communicationes privilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratiarum, & indultorum, & aggregationes illarum vigore ipsis concessæ, nullius sint roboris, & momenti, ac revocatæ, & abolitæ censeantur eo ipso.

Litteræ erectionum gratis dandæ.

Erectionum autem institutionum, communicationum, & aggregationum, tam hactenus factarum, quàm deinceps faciendarum litteræ ab ipsis ordinibus, religionibus, institutis, seu archiconfraternitatibus, & congregationibus, gratis omnino ac nulla prorsus mercede etiam a sponte dantibus accepta expediri, & concedi debeant.

Pœnæ contra contravenientes.

QUòd si ministri aliqui, superiores, vel officiales quocunque nomine nuncupati, Ordinum, Religionum, Institutorum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum hujusmodi, quavis auctoritate, vel privilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumpserint, erectiones, institutiones, & communicationes privilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualiumque gratiarum, & indultorum, aliorumque præmissorum concessiones, necnon aggregationes per ipsos faciendæ, seu revocandæ nullius sint roboris, & momenti, & quilibet eorumdem ministrorum, superiorum, officialium, & aliorum prædictorum privationis officiorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnam, quæ ab alio, quam à Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente remitti non possit, incurrat eo ipso. Decernentes præsentes litteras perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, sicque Nostræ mentis, & intentionis existere, & ita, & non aliter per quoscunque judices, &c. Non obstantibus, &c.

Declaratio Sac. Congr. Concilii quò ad revisionem Computorum.

QUæsitum fuit in Mediolanen. an Regulares teneantur præstare patientiam, ut Eminentissimus Archiepiscopus Confraternitates, Cappellas, seu loca earumdem in suis Ecclesiis erecta, visitans possit in ipsis Cappellis, seu locis revidere computa administrationis bonorum earumdem Confraternitatum.

Sacra Congregatio Concilii die 13. Novembris 1688. respondit affirmativè.

Declaratio ejusdem Sac Congr. Concilii quò ad Confraternitatum, quæ sunt erectæ in Ecclesiis Regularium, visitationem.
Nucerina Paganorum 23. Junii 1629.

SAc Congregatio &c. inhærendo declarationibus aliàs factis, censuit Confraternitates laicorum in Ecclesiis Regularium exem-

exemptorum institutas, subesse jurisdictioni, & visitationi Episcopi, illasque ab eo visitari posse, nec non illarum Cappellas in eisdem Ecclesiis Regularium existentes, in his tamen, quæ Confraternitatum administrationem respiciunt, & si Confraternitatibus incumbit onus manutenendi Altare, & illius cultum, Episcopum posse visitare circa ea, quæ respiciunt ipsam manutentionem, cultum, & ornamenta Altaris, seu Cappellæ, onera Missarum, atque Divinorum Officiorum ibidem celebrandorum, & circa ea omnia, quæ ad obligationem eorumdem Confratrum relationem habent.

Cum qua Declaratione pertransiit eadem Congr. in Urbanien. 23. Septembris 1690. & quam pariter tenuit Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Fanen. 10. Aprilis 1693. referente Eminentissimo Card. Carpineo.

AD CAPUT XXXIII.

De Monialibus.

Decretum Sac. Congr. Episcop. & Regul. super Accessu Regularium ad Monasteria Monialium ab Urbano VIII. approbatum.

CUm aliàs de anno 1590. per Sacr. Cardinalium negociis Regularium Præfectorum Congregationem de mandato fel. rec. Xysti V. circa accessum Regularium cujuscunque Ordinis ad Monialium Monasteria fuerit decretum, quòd nulli Religioso cujuscunque ordinis, gradus, & qualitatis existat (Superiore, cui Monasterii, seu Domus cura incumbit, Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque Ordinario, & Extraordinario, cùm ad tempus deputabitur dumtaxat exceptis) liceat absque licentia expressa ejusdem Sacræ Congregationis accedere ad Monasteria, seu Domos quarumcunque Monialium, vel Sororum, sivè sui, sive alterius cujusvis Ordinis ad colloquendum, sivè tractandum cum eis. Quòd si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum Verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra Clausura existentibus, mitti contigerit, ne dicti Religiosi ullo quæsito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam personam intra Clausuram degentes alloqui possint, sub pœnis privationis Offici-

ficiorũ, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendæ, aliisq. ejusdem sac. Congreg. arbitrio, fuerítque postmodum declaratum, etiam Equites Sancti Joannis Hierosolymitani sub eodem Decreto comprehendi, & quoscunque contrafacientes ab alio, quàm ab Apostolica Sede, aut à Sacra Congregatione absolvi, & rehabilitari non posse; Amplissimi ejusdem Sacræ Congregationes Patres, Decreta hujusmodi innovanda, & inviolabiliter observanda statuerunt. Verùm quia experientia compertum est, interdum ob pias, & rationabiles causas, easque ita ferente casu repentinas, ut ab eadem Sacra Congregatione licentiam expectari summè incommodum, vel inutile sit, Regularibus supradictis colloquendi cum Monialibus sibi attinentibus necessitatem obvenire; facto verbo cum Sanctissimo D. N. Urbano VIII. & de Sanctitatis Suæ expresso ordine, & mandato, facultatem tribuerunt in posterum locorum Ordinariis, ut quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summùm, quolibet anno cuicunque Regulari, ut Moniales sibi in primo, & secundo tantùm consanguinitatis gradu conjunctas convenire, & alloqui possint. *Id verò non aliter, quam servata ad unguem forma infrascripta. Ut id nullo modo liceat diebus festivis, aut in Adventu, Quadragesima, feria sexta, Sabbato, & vigiliis; prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectat eam concedere, consignetur Confessario Ordinario Monasterii, qui penes se retinere debeat, isque associet, & præsens sit, & Auscultatrices de more, non autem aliæ assistant, prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, in librisque Cancellariæ ejusdem Ordinarii adnotetur.* Quòd si prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, aut aliter quàm servata forma supradicta licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis Sanctissimi Domini Nostri, & Sac. Congreg. Transgressores, judiciumque reformident. Regulares autem in pœnis in supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso se se noverint esse addictos, & arbitrio Sac. Congregat severiùs puniendos.

Romæ 13. Kal. Decembris 1623.



Decla-

Declaratio Sac. Congr. Concilii a Clemente IX. approbata super eodem accessu.

DIE 11 Maii 1669. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. Conc. Trid interpretum, habita notitia, quòd nonnulli Regulares, absque licentia crates monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non esse interdictum per breve tempus etiam usque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod Horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliasque personas in Clausuram existentes alloqui, & hanc opinionem tamquam tutam affirment, disseminent, & forsan etiam scriptis evulgent, proprias graviter illaqueantes conscientias, & scandala consoventes; ad hujusmodi perniciosos errores eliminandos, opinionem prædictam improbans, reiiciens, ac damnans declaravit Regulares cujuscunque Ord'nis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Instituti, etiam de quibus specialis mentio foret habenda, qui ad Monasteria Monialium, quamvis ab Ordinariis jurisdictione quomodolibet exempta, ac etiam ipsis Regularibus subiecta, vel aliàs speciali mentione digna, absque legitima facultate accedunt, colloquendo, etiam per quodcunque modicum temporis spatium, cum Monialibus, aut aliis intra Clausuram degentibus peccare mortaliter, eosque sub excommunicationis, privationis vocis Activæ, & Passivæ, aliisque contra Regulares accedentes sine licentia ad Monasteria Monialium statutis pœnis posse ab Ordinario tanquam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri. Et die 7. Junii ejusdem anni, facta relatione Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas Sua præsentem declarationem approbavit, ac Typis dari, & servari jussit.

A Card. Celsus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

S. Brancacius Archiep. Adrianopolis Sec.

Spoletana Accessus ad Monasteria.

ET si Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum sub die 11. Maii

11. Maii 1669. apertè declaraverit Regulares, qui ad Monasteria Monialium, absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcunque modicum temporis spatium cum Monialibus, aut aliis intra Clausuram degentibus peccare mortaliter; hancque declarationem Sanctissimus Dominus approbaverit, ac Typis dari, servarique jusserit; Quia tamen nonnulli sunt, qui declarationem hujusmodi perperam interpretantes, verumque sensum subvertentes, varia confingendo sophismata, asserunt accedentes ad bonum finem non peccare mortaliter, & declarationem præfatam non obligare sub mortali contendunt, ad omnem tollendam dubietatem resolvendum.

Primò. An Regulares accedentes ad colloquendum cum Monialibus sine licentia Episcopi peccent mortaliter.

Secundò. An peccent mortaliter saltem dicta declaratione Sac. Congregationis Concilii cum approbatione Sanctissimi.

Die 26. Novembris 1672. eadem Sac. Congr. ad utrumque respondit affirmativè, etiamsi ex rationabili Causa, quando non adest licentia &c.

P. Card. de Alteriis Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

S. Archiep. Brancacius Episc. Viterb. Sec.

Dubia super collocutione eorumdem Regularium cum Monialibus ad prædictum Decretum Clem. IX.

EDita vix lege, statim illam eludere malitia excogitat; non ita pridem emanavit generale Decretum arctissimè prohibens colloquia Regularium cum Monialibus, quando jam super eo variæ interpretationes confingi cœperunt, aliæque nunc Bergomi suboriuntur: pro quarum resolutione supplicant Confessarii Monialium quærendo.

Primò. An Regularibus missis ad Crates Monialium prò munere prædicationis obeundo, prohibitum sit sub peccato mortali, censuris, & pœnis &c. immediatè post cum ipsis Monialibus, absque expressa licentia ad colloquendum, immiscere sermones cum quæstionibus, vel dubiis spiritualibus, aut materiis ipsius Concionis.

Secun-

Secundò. An talis prohibitio intelligatur, tam de collocatione cum aliquibus Monialibus, quàm cum una tantùm (omnibus tamen aliis audientibus) immediatè post Concionem.

Die 21 Maii 1678. Sac. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Card. Concilii Tridentini Interpretum ad utrumque respondit affirmativè.

Constitutio Alexandri VII. determinans quomodo, & quando liceat Superioribus Regularibus Monialium sibi subiectarum, earumquue Confessoribus ingredi septa Monasterii, & prope illud commorari.

ALEXANDER EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

FElici Sacrarum Virginum statui, quæ, contemptis illecebris Sæculi, divinis se obsequiis manciparunt, quantùm Nobis ex alto conceditur, consulere volentes Motu Nostro proprio, non ad alicujus instantiam, sed ex Nostra mera deliberatione, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, de voto tamen nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quibus negotium sedulò, ac maturè examinandum commisimus.

§. 1. Præsentibus perpetuò valituris sancimus, ut in posterum intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, & quibuscunque aliis Superioribus Regularibus, quibus cura, & regimen Monasteriorum Sanctimonialium quovis modo incumbit, intra septa eorundem Monasteriorum nullatenus ingredi liceat, nisi ex causa visitationis localis, & hoc semel tantùm in anno, ita ut in eo anno, in quo unus ex memoratis Superioribus visitaverit, alius Superior à visitatione hujusmodi se omnino abstineat.

§. 2. Quòd si ob Clausuram, quæ à Sancta Tridentina Synodo, etiam in Monasteriis exemptis, curæ, & vigilantiæ Episcopi imprimis committitur, aut ob aliam urgentem, ac necessariam causam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluriès ingredi septa Monasterii, tunc non aliter ingrediatur, quã cum præsentia Episcopi

Diœcesani, vel alterius personæ Ecclesiasticæ Sæcularis boni exempli, ac maturæ ætatis ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputatæ.

§. 3. Visitet autem Superior Regularis interiorem clausuram per se ipsum, non autem per alium, etiamsi fuerit legitimè impeditus, quo casu differatur visitatio in aliud tempus, quo cessaverit impedimentum, & visitationem celeriter, & unica die, debita tamen cum diligentia, absolvat, nec ante ortum Solis eam incipiat, nec post occasum protrahat, neque ipse Visitator, neque ejus Socii ullam sumant in Monasterio refectionem. Porro si visitet Generalis, possit secum habere duos Socios sui Ordinis; si alius à Generali, unum tantùm, exclusis omnibus aliis, etiam ratione officii; Qui quidem Socii assumantur exemplares, & maturæ ætatis, & in actu visitationis à Visitatore nunquam separentur, sed eum aspicere, & ab ipso aspici semper possint.

§. 4. Ac præterea Visitatori assistant quatuor Moniales ex senioribus Monasterii, quæ similiter Visitatione durante nunquam separentur à Visitatore, & Sociis. Reliquæ verò Moniales, & quæcunque aliæ mulieres, & puellæ sæculares in Monasterio degentes, nisi legitimo detineantur impedimento, conveniant omnes in Choro, antequam Visitator ingrediatur interiorem clausuram, & in eo permaneant durante visitatione, & quousque idem Visitator cum Sociis è Monasterio exierit. ideòque curet Visitator, ut tempestivè admoneatur Abbatissa, seu Monasterii Præfecta de præstituta die, & hora visitationis. Visitatio verò personalis fiat ad Crates, & omnino extra clausuram Monasterii, & per ipsummet Superiorem duntaxat, ut supra dictum est de Visitatione interioris clausuræ.

§. 5. Ad hæc Confessor Sanctimonialium tam ordinarius, quàm extraordinarius minimè ingrediatur septa Monasterii, nisi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis ibi degentibus, nec non ad commendandam animam agonizantium, nec unquam ingrediatur, nisi cum Socio, qui sit probatæ vitæ, & maturæ ætatis, semperque maneat in ea parte Monasterii, qua Confessorem videre, & ab ipso videri semper possit.

§. 6. Insuper districtè præcipimus memoratis Superioribus Regularibus, ut infra terminum duorum mensium à publicatione præsentis Constitutionis computandorum revocent ad claustra Con-

fes-

fessores, eorumque Socios, Concionatores, & alios quoscunque Regulares apud Monasteria Sanctimonialium, vel assiduè, vel ad tempus quocunque titulo pernoctare solitos: neve permittant eosdem, seu alios Regulares, intra, seu prope septa Monasteriorum hujusmodi habitare, vel commorari; quin etiam infra eundem terminum quascunque cellas, mansiones, seu cubicula prope Monasteria prædicta ad usum memoratorum Regularium existentia, si clausuræ Monasteriorum earundem Monialium contigua sint, eidem clausuræ includi, vel dirui omnino faciant, Si verò sint extra septa, vendi, pretiumque in Monasterii utilitatem converti; nec in posterum alia similia aptari, ædificari, aut emi permittant. Quòd si infra dictum terminum Superiores Regulares præmissa cum effectu non adimpleverint, teneatur Ordinarius loci, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, illa adimplere, & omnino exequi, etiam invocato, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio.

